CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. III. PARS III. APPENDIX.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI OPERA SPVRIA CVM INDICIBVS
ET PRAEFATIONE
EX RECENSIONE G. HARTELII.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXI.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI
OPERA OMNIA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS HARTEL

PARS III.

(OPERA SPVRIA. INDICES. PRAEFATIO)

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXI.

APPENDIX
SCRIPTORVM QVAE
CAECILI CYPRIANI
NOMEN FERVNT.

TABVLA MANVSCRIPTORVM.

B	=	codex	Bambergensis 476, saec. XI.
C	=	„	Sangermanensis 839, nunc Parisinus 13331, saec. VIIII.
D	=	„	Sangermanensis 841, nunc Parisinus 13047, saec. VIIII. sed fol. 109a — 112b (Ad Fortunatum de resurrectione mortuorum) saec. VII—VIII.
E	=	„	Compediensis 68, nunc Parisinus 17349, saec. X.
F	=	„	Parisinus 2832, saec. VIIII.
G	=	„	Sangallensis 454, saec. VIIII.
H	=	„	Parisinus 2772, saec. X.
I	=	„	Victorinus 101, nunc Parisinus 14461, saec. XII.
K	=	„	Vossianus lat. 40, saec. X.
L	=	„	Laureshamensis, nunc Vindobonensis 962, saec. VIIII.
M	=	„	Monacensis 208, saec. VIIII.
N	=	„	Cassinas 204, saec. X.
n	=	„	alterum Orationis II. apographum in cod. N. fol. 3.
P	=	„	Parisinus 1647 A, saec. VIIII—X.
Q	=	„	Trecensis 581, saec. VIII—VIIII.
R	=	„	Victorinus 380, nunc Parisinus, saec. XIII.
S	=	„	Seguierianus, nunc Parisinus, saec. VI—VII.
T	=	„	Reginensis 118, saec. X.
V	=	„	Vindobonensis 1010, saec. XI.
W	=	„	theolog. Wirceburgensis 145, saec. VIII.
X	=	„	Parisinus 18095, saec. X.
Z	=	„	Parisinus 1658, saec. XIIII.
Y	=	„	Veronensis X, 8; saec. VIII.
b	=	„	bibl. S. Remigii Remensis olim 71, postea 133 saec. VIIII.
c	=	„	Cottonianus s. VIIII.
r	=	„	Remensis (218) 311, saec. XV.
t	=	„	Parisinus 1648, saec. XII.
w	=	„	Vindobonensis 798, saec. XV.
β	=	„	Trecensis 442, saec. XIII.
μ	=	„	Monacensis 18203, saec. XV.

I. DE SPECTACVLIS.

CYPRIANVS PLEBI IN EVANGELIO STANTI S.

Vt me satis contristat et animum nostrum grauiter affligit cum 1
nulla mihi scribendi ad uos porrigitur occasio, detrimentum est enim meum uobiscum non colloqui, ita nihil mihi tantam laetitiam hilaritatemque restituit quam cum adest rursus occasio. uobiscum me esse arbitror, cum uobis per litteras loquor. quamquam igitur ita se haec habere quae dico certos uos esse sciam nec quicquam de uerborum meorum ueritate dubitare, tamen etiam argumentum sinceritatem rei asserit: nam cum nulla prorsus praeteritur occasio, probatur affectio. quamuis ergo certus sim uos non minus esse in uitae actu graues quam in sacramento fideles: tamen, quoniam non desunt uitiorum assertores blandi et indulgentes patroni qui praestant uitiis auctoritatem et quod est deterius censuram scripturarum caelestium in aduocationem criminum conuertunt, quasi sine culpa innocens spectaculorum ad remissionem animi appetatur uoluptas — nam et eo usque eneruatus est ecclesiasticae disciplinae uigor et ita omni langore uitiorum praecipitatur in peius ut non iam uitiis excusatio sed auctoritas detur — placuit

Incipit de spectaculis Z, de spectaculis μ, *om* r. — 3 nostrum rμ, meum Zr 4 mihi *om.* r 5 nichil michi Z *ut semper* 6 quam quom r (quom *pro* cum *semper*), quanta Z me] enim me Z 7 uobis] uobiscum Z, *cf. Ant. de Rooy Spicil. crit. 1771* igitur *om.* μ haec se habeat res quam dico ut Z 8 uos certos μ quisquam Z meorum uerborum Z 9 dubitant Z 10 p̃teritum μ; praeteritur occasio *om* r *in lacuna* 11 sum μ uitae actu] iustis actibus Z 13 uitiis] flagitiis Z et *om.* r 14 est] sit rμ auocatione μ¹, uocationem r 15 conuertant rμ sine culpa Zrμ, sicut r *fort. expungenda* 16 uoluntas Zμ nam et] namq. Z 18 peius] poenis r iam non μr uitiis] intus r datur μ

paucis nos non nunc instruere, sed instructos admonere, ne quia male sunt uincta uulnera sanitatis obductae perrumpant cicatricem. nullum enim malum difficilius extinguitur quam quod faciles reditus habet, dum et multitudinis consensu asseritur et excusatione blanditur.

2 Non pudet, inquam, non pudet fideles homines et christiani sibi nominis auctoritatem uindicantes superstitiones uanas gentilium cum spectaculis mixtas de scripturis caelestibus uindicare et diuinam auctoritatem idololatriae conferre. nam quando id quod in honore alicuius idoli ab ethnicis agitur a fidelibus christianis spectaculo frequentatur, et idololatria gentilis asseritur et in contumeliam Dei religio uera et diuina calcatur. pudor me tenet praescriptiones eorum in hac causa et patrocinia referre. 'ubi', inquiunt, 'scripta sunt ista, ubi prohibita? alioquin et auriga est Israel Helias et ante arcam Dauid ipse saltauit. nabla cynaras aera tympana tibias citharas choros legimus. apostolus quoque dimicans caestus et colluctationis nostrae aduersus spiritalia nequitiae proponit certamen. rursus cum de stadio sumit exempla, coronae quoque collocat praemia. cur ergo homini christiano fideli non liceat spectare quod licuit diuinis litteris scribere'? hoc in loco non immerito dixerim longe melius fuisse istis nullas litteras nosse quam sic litteras legere. uerba enim et exempla quae ad exhortationem euangelicae uirtutis posita sunt ad uitiorum patrocinia transferuntur: quoniam non ut spectarentur ista scripta

1 nunc non *v* sed et *Z* admonere] amouere *Z* ne] nec *Z* 2 sunt u. uulnera] metuende sunt uoluptates *Z* sanitati *Z*, sanitas *μ* perrumpat *μ*, prorumpant *r*, corrumpant *Z* 3 redictus *μ*[1], aditus *r* 5 non pudet, inquam *v*, inquam *Z* infideles *Z* 6 nominis] inr̃us *Z* uanas] uarias *r* 7 mixta *Z* diuinam *om*, *rμ* 8 idolatriae *Zrμ ut semper* quando *rμ*, quomodo *Zv*. *cf. p. 6, 4* 9 christianis *om. Z; item l. 18; pag. 5, 10; 6, 16; 9, 20; 11, 2; 12, 2, 9* 10 contumelia *μ* 11 p̃scriptionem *Z* 12 proferre *Z* 13 alioquin et] alioquin *μ*, an qui net *Z* israel *om. r in lacuna*, ĩhl *μ exp. et in marg add:* israel helyas *r*, elias *μ* archam *rμ* 14 nabulas cynuras *Z*, cynaras nabla *r* aera *om. Zμ* tympanos *μ* 15 apostolus . . . *l. 17* praemia *om. r* et] dimicationis et *Z* 16 spualia *μ* certamina *Z*, certaminis *ex* certamen *μ m. 2* cum *om. μ* stadiis summit *μ* 18 expectare *Zrμ* 19 non immerito *om. rμ* fuisset *Z* istis] nobis *Z* 22 expectarentur *Zrμ*[1], expeterentur *μ*[2]

sunt, sed ut animis nostris instantia maior excitaretur in rebus profuturis, dum tanta est apud ethnicos in rebus non profuturis.

Argumentum est ergo excitandae uirtutis, non permissio siue 3
libertas spectandi gentilis erroris, ut per hoc animus plus accendatur ad euangelicam uirtutem propter diuina praemia, cum per omnium laborum et dolorum calamitatem concertatur peruenire ad terrena compendia. nam quod Helias auriga est Israelis non patrocinatur spectandis circensibus: in nullo enim circo cucurrit. et quod Dauid in conspectu Dei choros egit nihil adiuuat in theatro sedentes christianos fideles: nulla enim obscoenis motibus membra distorquens desaltauit Graecae libidinis fabulam. nabla cynarae tibiae tympana et citharae Deum cecinerunt, non idolum. non igitur praescribetur ut spectentur illicita. diabolo artifice ex sanctis in illicita mutata sunt. praescribat igitur istis pudor, etiamsi non possunt sanctae litterae. quaedam enim scriptura magis prouidet in praecipiendo: uerecundiam passa plus interdixit quia tacuit, ueritas ne si ad haec usque descenderit, pessime de fidelibus suis sensisset: nam et plerumque in praeceptis quaedam utilius tacentur. admonent saepe dum interdicuntur. ita etiam tacentur dum diuinis litteris scripta sunt, et praeceptorum loco seueritas loquitur et ratio [docet] quae scriptura conticuit. secum tantummodo unusquisque deliberet et cum persona professionis suae

1 suscitaretur *Z* 2 hetnicos *Z* 4 expectandi *Zrμ* hoc] hanc *rμ* 5 eum] quod *Z* 6 concertatur *scripsi*, concedatur *rμv*, contendatur *Z* terrena *μ*, aeterna *Zr* 7 isrl *Z* non] helias non *Z* 8 expectandis *Zr*μ^1, expetendis μ^2 is circo *v* concurrit *r* 10 obcenis *Z* membris distorquendis *Z* 11 saltauit *Z* fabula *Z* nabule *Z* cymare *r*, aera *v* tympana *om. rμ* et *om. Zv* 12 cythara *r* deum cecinerunt *rμ*, domino seruierunt *Zv* idolis *Zv* praescribatur *Zv*, praescribitur *malim* 13 expectentur *Zr*, et petentur *μ* a diabolo *v* ex] et *Z* in *add. v*, illa in *malim* mutata *om. r* 14 praescribatur *Z*, perscribat *μ* 15 preuidet *r*, prohibuit *Z* 16 quia tacuit. Veritas *sic distinguit v* ne si *scripsi*, nisi *rμ*, non *Z*, si *v* haec] hoc *Z* descenderet *Zv* 17 nisi pessime *Z* 18 quaedam utilius] utilia quaedam *Z* admonentur enim *Z* interciduntur *rμ* 19 tacentur dum] que *Z* diuinis *Z*, duoris *μ*, *om. r in lacuna*, in *v* 20 locis *Z* seueritas *rμ*, ipsa ueritas *Z* loquatur *r* docet] loquitur *rμ* 21 tantummodo] tantum *rμ* professionis] defensionis *r*

loquatur, nihil umquam indecorum geret: plus enim ponderis habebit conscientia quae nulli se alteri debebit nisi sibi.

4 Quid scriptura interdixit? prohibuit enim spectari quod prohibet geri. omnia, inquam, ista spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit ludorum omnium matrem, unde haec uanitatis et leuitatis monstra uenerunt. quod enim spectaculum sine idolo, quis ludus sine sacrificio, quod certamen non consecratum mortuo? quid inter haec christianus fidelis facit: si idololatriam fugit, quid loci ei? quid qui iam sanctus sit de rebus criminosis uoluptatem capit? quid contra Deum superstitiones probat quas amat dum spectat? ceterum sciat haec omnia inuenta daemoniorum esse, non Dei. impudenter in ecclesia daemonia exorcizat quorum uoluptates in spectaculis laudat: et cum semel illi renuntians rescissa sit res omnis in baptismate, dum post Christum ad diaboli spectaculum uadit, Christo tamquam diabolo renuntiat. idololatria, ut iam dixi, ludorum omnium mater est, quae ut ad se christiani fideles ueniant blanditur illis per oculorum et aurium uoluptatem. Romulus Conso quasi consilii deo ob rapiendas Sabinas circenses primus consecrauit, ceteri reliquis. dum urbem fames occupasset, ad aduocationem populi adquisiti sunt ludi scenici

1 et nihil *Zv* geret] dicet *Z* 2 conscientia *Z*, sententia *rμv* 3 quidquid omnis ista scriptura *Z* expectari *rμ* prohibuit *Z* 4 inquit *r* ista *om. Z* quando] quomodo *Z* ydolatria *Z* 5 hec unde *r* et leuitatis *om. Z* 6 monstra uenerunt] deuenerunt *r* 7 non *ex* sine *μ m. 2* consecratum] sacramentum *μ* quid ... fugit *om. Z* 8 facit] erit *r* quid loci ei quid qui *scripsi*, quid loqui qui *μ*, quid qui *r*, qui contra dn̄m superstitiones proprias fingit qui quod *Z* 9 de] et de *Z* criminis uoluntatem *μ* quid] qui *Z* 10 dn̄m *Z* expectat *μ* ceterum] certe cum *Z* 11 omnia haec *Zv* imprudenter *r* 12 in *om. μ* spectaculo *Z* 13 se semel *μ* se *s. l. m. 2* renuntians *om. Z; censet legendum* renunciando *aut locum esse mutilum Pamelius* rescisa *μ*, remissa *Z* 15 renunciauit *Z* ut] quam *Z* mater est quae] matrem *Z* 16 fideles *om. r* illis] illosq. *Z* et aurium] auriumque *Z* 17 uoluptatem] *add. Z*: amplectitur nam conso] consul *Zrμ* quasi consuli deo *rμ*, *om. Z* 18 ceteri reliquis *scripsi*, ceteris reliquis *rμ*, ceteri reliqui *Z*, ceterum reliqui *v*; *cf. Tertull. de spect. c. 5:* et ceteri quoque per ordinem cum *Z* orbem *rμ* 19 auocationem *v*. aduocationem = solacium *cf. Tertull. Patient. 11; Res. 26 p. 262* scenice *Z*

et Cereri et Libero dicati postmodum reliquisque idolis et mortuis. graeca illa certamina uel in cantibus uel in fidibus uel in uocibus uel in uiribus praesides suos habent uaria daemonia: et quidquid est aliud quod spectantium aut oculos mouet aut delinit aures, si cum sua origine et institutione quaeratur, causam praefert aut idolum aut daemonium aut mortuum. ita diabolus artifex quia idololatriam per se nudam sciebat horreri, spectaculis miscuit, ut per uoluptatem posset amari.

Plura prosequi quid est necesse uel sacrificiorum in ludis genera 5 monstruosa describere, inter quae nonnumquam et homo fit hostia latrocinio sacerdotis, dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus spumanti patera, dum adhuc feruet, et quasi sitienti idolo in faciem iactatus crudeliter propinatur, et inter uoluptates spectantium quorundam mors erogatur, ut per cruentum spectaculum saeuire discatur, quasi parum sit homini priuata sua rabies, nisi illam et publice discat. in poenam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat. erudit artifex belluam, quae clementior fortasse fuisset, si non illam magister crudelior saeuire docuisset. ergo ut taceam quicquid latius idololatria probat, quam uana sunt ipsa certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, fauores in honoribus, gaudere quod equus uelocior fuerit, maerere quod pigrior, annos pecoris computare, consules nosse, aetates discere, prosapiam designare, auos ipsos atauosque memorare. quam hoc

1 et ceteri et *ru*, cerei et *Z* reliquisque] reliquis *Z* 2 graeca- sit grata *Z* cantibus] flatibus *Z* 3 uiribus] uirtutibus suis *Z* 4 expectantium *ru* aut *om. Zu* oculus *r* cum] enim *Z* 5 origine sua et *r*, origine *Z* instituto requiratur *Z* causa *Z* proferet *Z* 6 daemonium] dm̄m *ru* 7 sciebat horreri] nolebat horriorem *Z* 8 possit et armari plus et prosequi: non est necesse *Z* 9 uel *om. Z* in ludis] ludos et *Z* 11 dum] cum *Z* 12 spumanti *om. ru* et *om. Z* 13 propinatus *r* s *in ras.* et *u s. l. m. 2* inter] in *Z* uoluntates *u* 15 publice et *u* 16 in] ad *u* hoīe *Z* et in delitias *Z* ut sub *u*, ut *r*, *om. Z* 17 oculis *om. Z* insanit *Z* eruditur *u* belua *Zru* 18 dementior *u*[1] fortasse *om. Z* crudelius *ru* 20 cursibus *Z* 21 fauores in honoribus *om. ur* merere *Z* 22 pectoris *Z* dicere *Z* 23 prosapiam] presepia *Z* et signare *Z* auos] uos *ru* acta uosq. *u* commemorare *r*

totum otiosum negotium, immo quam turpiter ignominiosum? hunc, inquam, memoriter totam equini generis sobolem computantem et sine offensa hunc locum magna uelocitate referentem, parentes Christi si perroges, nescit, aut infelicior si scit. quem si rursus perrogem quo ad illud spectaculum itinere peruenerit, confitebitur per lupanarium, per prostitutarum nuda corpora, per lubricam libidinem, per dedecus publicum, per uulgarem lasciuiam, per communem omnium contumeliam. cui ut non obiciam quod fortasse commisit, uidit tamen quod committendum non fuit et oculos ad idololatriae spectaculum per libibinem duxit: ausus secum sanctum in lupanar ducere, si potuisset, qui festinans ad spectaculum dimissus e dominico et adhuc gerens secum ut assolet eucharistiam inter corpora obscoena meretricum Christi sanctum corpus infidelis iste circumtulit plus damnationis meritus de itinere quam de spectaculi uoluptate.

6 Sed ut ad scenae iam sales inuerecundos transitum faciam, pudet referre quae dicuntur, pudet etiam accusare quae fiunt, argumentorum strophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, scurriles iocos, parasitos sordidos, ipsos quoque patres familias togatos modo stupidos modo obscoenos, in omnibus stolidos, certis nominibus inuerecundos. et cum nulli hominum aut generi aut professioni ab improbis isto sermone parcatur, ab omnibus tamen ad spectaculum conuenitur. commune dedecus delectat uidelicet uel recognoscere otia uel discere. concurritur

1 turpiter] turpe et *Zv* ignominiosum *Z*, non ociosum *rμ* 2 totum equum *r* 3 hunc locum *rμ*, spectaculi cum *Zv* parentes] partes *rμ* 4 perroges *rμ*, praerogem *Z* aut] ut *Zv* infelicius *Zv* si scit] sit et scire *Zv* quem] quod *Zv* rursum *v* prorogem *rμ*, praerogem *Zv* 5 illud] aliquod *Z* spectaculi *rμ* lupanarum *Zμ*. luparum *rv* 6 *prius* per *om. Z* lubricam *Z*, publicam *rμv*, urbicam *fort.* 10 ausus est *Z* sanctum] sp̃m sc̃m *rμ*, christi corpus quod est sc̃m *Z* lupanarium *μ* 11 demissus *rμ*, amisso *Z*; '*post* dimissus *lacuna patebat in manusc.*' *Latinius* e *om. Z*; e dominico *om. v* et] ueniret etiam *Z* 12 ut assolet *om. Z* 13 christi . . . circum *om. rμv* 14 de itinere quam *om. rμv* spectaculi] itinere *add. Z* 15 ad sc. iam sales *rμ*, de hoc sc. inquinamento *Zv* inuerecundo iam *Zv* 17 argumentorum] agentium *v* 19 et togatos *Z* obsenos μ^1, scenicos *Z* 20 certis nominibus *rμ*, in omnibus *Zv* 21 ab *om. Z* improborum istorum *Zv* 23 uidelicet *rμ*, uidere *Zv* otia $r\mu^1$, uitia $Z\mu^2$*s. l.*

in illud pudoris publici lupanarium, ad obscoenitatis magisterium, ne quid secreto minus agatur quam quod in publico discitur: et inter ipsas leges docetur quicquid legibus interdicitur. quid inter haec christianus fidelis facit cui uitia non licet nec cogitare, quid oblectatur simulacris libidinis, ut in ipsis deposita uerecundia audacior fiat ad crimina? discit et facere dum consuescit uidere. illas tamen quas infelicitas sua in seruitutem prostituit libidinis publicae occultat locus et dedecus suum de latebris consolantur: erubescunt uideri etiam quae pudorem uendiderunt. at istud publicum monstrum omnibus uidentibus geritur et prostitutarum transitur obscoenitas: quaesitum est quomodo adulterium ex oculis admitteretur. huic dedecori condignum dedecus superducitur, homo fractus omnibus membris et uir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit uerba manibus expedire: et propter unum nescio quem nec uirum nec feminam commouetur ciuitas tota ut desaltentur fabulosae antiquitatum libidines. ita amatur quicquid non licet ut quae etiam aetas absconderat, sub oculos memoria reducat.

Non est libidini satis malis suis uti praesentibus, nisi suum de 7
spectaculo faciant in quo etiam aetas superior errauerat. non licet, inquam, adesse christianis fidelibus, non licet omnino nec illis quos ad delinimenta aurium ad omnes ubique Graecia instructos suis uanis artibus mittit. clangores tubae bellicos alter imitatur raucos, alter lugubres sonos spiritu tibiam inflante moderatur, alter cum choris et

1 in i. p. publici *rμ*, illic ad pudorem publicum *Zr* lupanarum *Z*. lupanaris *Bal.* 2 quod *om. Z* 3 inter haec] hic *Z* 4 facit fidelis (christianus *om.*) *Z* nec] non *Z* 5 libidinis] quid prospicit libidines *Z* 6 et *om. rμ* illae *v* 7 ad seruitutem *rv*, *om. Z* prostituit *rμ*, inseruit et prostrauit *Zv* libidinis p. o. locus *rμ*. libidines publicas occultant belua uel *Zv* *nisi quod* belua uel *om. r* 8 latebris *om. r* 10 geritur] concurritur *Z* prostitutorum *r* 11 quomodo] quō *μ* ex *om. Zr* 12 cumdignum *μ* faretus *μ*[1] 13 mulierem *Z* mollitiam *Zμ* ars sit *e.r* ars et *μ m. 2* 14 et *om. Z* 16 etiam *om. Z* 17 abscondit *Z* oculos *scripsi,* occulis *Z*, oculorum *rμv* memoriam *Zv* reducantur *v* 18 libidinis *rμ* suis *om. r* suum] usum *Z* 19 faciat *Zv* aetas] et a *rμ* superioribus *r* 21 delinimenta aurium] elementa aurium *rμ*, liniendas aures *Z*, oblectamenta a. *v* 22 tuba *rμ* 23 ut lugubres *Z* tibia *rμ*, tibias *Z* moderetur *Z* choris et cum *om. Z*

cum hominis canora uoce contendens spiritu suo quem de uisceribus suis superioribus nitens hauserat tibiarum foramina modulatur: nunc effuso et nunc intus recluso ac represso nunc certis foraminibus emisso atque in aerem profuso, item in articulos sonum frangens, loqui digitis elaborat, ingratus artifici qui linguam dedit. quid loquar comicas inutiles curas, quid illas magnas tragicae uocis insanias, quid neruos cum clamore commissos? haec etiam si non essent simulacris dicata, obeunda tamen et spectanda non essent christianis fidelibus: quoniam etsi non habebant crimen, habent in se maximam et parum congruentem fidelibus uanitatem.

8 Nam illa altera reliquorum dementia est manifesta otiosis hominibus negotiatio: in iniuriam suam pinguescit in sagina corpus ut robustius aut feriat aut uapulet, et prima uictoria est ultra modum, humani uentris esurire potuisse, super titulo coronae edacis flagitiosae nundinae: ictibus infelix facies locatur, ut infelicior uenter saginetur. amquam foeda praeterea ipsa luctamina, uir infra uirum iacens amplexibus inhonestis et nexibus implicatur. in tali certamine stare * uiderit quis uincat, pudor uictus est. ecce tibi alter nudus salit, alter orbem aeneum contentis in aerem uiribus iactat. haec gloria est

1 de spū *Z* 2 suis *om. Z* superioris *rμ*, in superiora corporis *Z* foraminibus *Zv* modulante et *r*, modulanter *μ* r *s. l.* nunc *om Zμ* 3 incluso *Z*, occluso *v* ac represso nunc *rμ*, atque in aerem pro *Zv* certis] tortis *r* foraminum meatibus *Zv* , 4 atque in aerem profuso item *rμ*, nunc in *Zv* articulo *Zμ* sonus *rμ* 6 comicas et *v*, de comicis *Z* traicae *rμ* 7 missos *rμ* 8 sim. dicata] simulatoris dcā *Z* obeunda *rμ*, adeunda *Zv* 9 fidelibus non erant *Z* haberent *v* et maximam *rμ*; *fort.* uel m. 10 parum] non paruam *Z* incongruentem *Z* 11 ille *r* reliquorum *om. rμ* manifesta dementia est *Z* 12 negotiatio est *Z*, negotiatio sua ut uapulet *μ*, negotia sua ut ra *r post* ra *lacuna 5 litt.* in iniuriam . . . uapulet *om. rμv* 13 ut ultra *Zv* 14 humanum uenter *Zv* potuisset *Zv* super] sub *Z* coronae edacis *rμ*, coronatae edacitatis *Zv* 15 ictibus] ictibus uulnerum *Zv* loquatur *Z* 16 ipsa] ista *v* uirium *μ* et amplexus *μ*, amplexus *r* 17 et *om. rμ* stare uideris quis *rμ*, uiderit uel *Zv*; *post* stare *uidetur* est iacere *uel tale quid intercidisse* 18 uincat] *add. Z*: quis uicerit pudor] *add. Zv*: tamen uinctus *μ* 19 aereum *Zv* comptentis *μ*, extensis *coni. Pamelius* iactat] iacit *Z* non est sed dementia *Zv*

dementiae. denique remoue spectatorem, reddideris uanitatem. fugienda sunt ista christianis fidelibus, ut iam frequenter diximus, tam uana, tam perniciosa, tam sacrilega spectacula: et oculi nostri sunt et aures custodiendae. cito in hoc assuescimus quod audimus, celere in id quod uidemus. nam cum mens hominis ad uitia ipsa ducitur, sibi quid faciet, si habuerit exempla? natura corporis lubrica quae sponte corruit quid faciet, si fuerit impulsa? auocandus est animus ab istis.

Habet christianus spectacula meliora, si uelit, habet ueras et 9
profuturas uoluptates, si se recollegerit: et ut omittam illa quae nondum contemplari potest, habet istam mundi pulcritudinem quam uideat atque miretur, solis ortum aspiciat, rursus occasum mutuis uicibus dies noctesque reuocantem, globum lunae temporum cursus incrementis suis detrimentisque signantem, astrorum micantes choros et assidue de summa mobilitate fulgentes, anni totius per uices membra diuisa et dies ipsos cum noctibus per horarum spatia digestos et terrae molem libratam cum montibus et profusa flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus atque litoribus, interim constantem pariter summa conspiratione nexibusque concordiae extensum aerem medium tenuitate sua cuncta uegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc serenitatem refecta raritate reuocantem et in omnibus istis incolas proprios, in

1 expectatorem *rμ* rediderís *μ*, consideras *Z* 2 ista a *Zv* 3 perniciosa] periculosa *Z* tam s. spectacula *om. Z* a quibus pectora pectora *om. r*) et oculi nostri cum auribus (et aures *v*) *Zv* 4 custodienda *Z* hoc] id *Z* celere in id *scripsi* (*cf.* celerus *Gruter 549, 6*), scelere *rμ*, et celerius *Z*, *om. v* 5 quod uidemus *om. rμ* ducit sibi *Z*, ducatur *r* 6 naturae *rμv* lubricae *rμv*, lubrica est *Z* 7 corruit] congruit *Z* abuocandus *Z* est] *add. Z*: igitur omnis, *add. v*: igitur 8 sibi habet *Z* christianus *om. Z* 9 recollegerit] recognouerit *Zv* obmittat *Z* 10 potest] possunt *Zr* 11 rursum *Zr* 12 et temporum *Z* 13 decrementisque *Zv* asterum *r*, austrum *μ* micantem *rμ*², micantium *v* 14 assidue] a summa *rμ* summo *rμ* nobilitate *Z* uices] *add. v*: summa de summo 16 et terrae] terrae *Zv* et *om. Z* profusa *rμ*¹, proflua *v* 17 lictoribus *Z* 18 interim] inter haec *coni. Latinius* constantem *om. Z* pariter ac *Z* aspiratione *Z*, conspici ratione *rμ* nexus qui *Z* 19 extensus *Z* aerem medium] latere medio *Z* 20 serenitate *rμ* 21 rariter euocantem *rμ* istis] hiis *Z*

aere auem, in aquis piscem, in terra hominem. haec, inquam, et alia item opera diuina sint christianis fidelibus spectacula. quod theatrum humanis manibus exstructum istis operibus poterit comparari? magnis licet lapidum molibus exstruatur, cristae sunt montium altiores, et auro licet tecta laquearia reluceant, astrorum fulgore uincentur: numquam humana opera mirabitur quisquis se recognouerit filium Dei. deicit se de culmine generositatis suae qui admirari aliquid post Deum potest.

10 Scripturis, inquam, sacris incumbat christianus fidelis: ibi inueniet condigna fidei spectacula. uidebit instituentem Deum mundum suum et cum ceteris animalibus homines illam admirabilem fabricam melioremque facientem. spectabit mundum in delictis suis, iusta naufragia, piorum praemia impiorumque supplicia, maria populo siccata et de petra rursus populo maria porrecta. spectabit de caelo descendentes messes, non ex areis aratro impressas: inspiciet flumina transitus siccos refrenatis aquarum agminibus exhibentia: uidebit in quibusdam fidem cum igne luctantem, religione superatas feras et in mansuetudinem conuersas: intuebitur et animas ab ipsa iam morte reuocatas: considerabit etiam de sepulcris admirabiles ipsorum consummatorum iam uitas corporum redactas. et in his omnibus iam maius uidebit spectaculum, diabolum illum qui totum detriumphauerat mundum sub pedibus Christi iacentem. quam hoc decorum spectaculum, fratres, quam iocundum, quam necessarium? intueri semper spem suam et oculos aperire ad salutem suam. hoc est spectaculum quod uidetur etiam luminibus amissis. hoc est spectaculum quod non exhibet praetor aut consul, sed qui est solus et ante omnia et super omnia,

1 aues *Zv* pisces *Zv* homines *Z* 2 item] id est *Z*, *om. v* 4 criste *Z*, crusta *rμv* altiores *om. rμv* 5 auro] rura *rμ* lacunaria *μr* reluceant] resplendeant *Zv* astrorum tamen *Z* 6 cognouerit *rμ* 7 reicit *Z*, scit *μ* mirari *Z* 8 post] pot̃ *μ*, praeter *Zv* dominum *Zv* 9 et ibi *Zv* 10 d͂nm *Z* 11 animabus *rμ* hominis *v* 12 inmundum *r*, in undis *Z* suis *om. Z* 13 piorum praemia *om. Z* 15 areis *om. Z* aratro impressas *om. μr* inspiciet *om. Z* 17 cum *om. r* feras religione superatas *Zv* 18 uersas *Z* iam *om. rμ*, etiam *v* 19 consumtorum *Zv* 20 uitas] ad uitam *Zv* reductas *Zv* in his] hiis *Z* maius iam *Z*, tam maius *r*, tñ auis *r* 25 etiam] et *Z* 26 omnia deus *Z* et super omnia *om. r*

immo ex quo omnia, pater Domini nostri Iesu Christi, cui laus et honor in saecula saeculorum. opto uos, fratres, bene ualere.

II. DE BONO PVDICITIAE.

*** aliquas officiorum meorum partes praeterisse, dum semper 1
enitor uel maxime cotidianis euangeliorum tractatibus, aliquando uobis fidei et scientiae per Dominum incrementa praestare. quid enim aliud in ecclesia Domini utilius geri, quid accommodatius officiis episcopi potest inueniri, quam ut doctrina dominicorum per ipsum insinuata conlataque uerborum possint credentes ad repromissum regnum peruenire caelorum? hoc certe mei et operis et muneris cotidianum uotiuum negotium absens licet optinere conitor et praesentiam mei uobis reddere per litteras conor. dum uos solito more allocutionibus missis in fide interpello, ideo conuenio, ut euangelicae radicis firmitate solidati aduersus omnia diaboli proelia stetis semper armati. absentem me non credam, si fuero securus. uerum tamen

1 immo *om. Z* 2 saeculorum] amen *add. Zμ* opto . . . ualere *om. rμ* semper bene *v* ualere] amen *add. v.* — De spectaculis explicit *Z, om. rμ.* —

Incipit de bono pudicitiae *K*, Incipit de pudicicia *Z.* — 4 *ante* aliquas *lacunae signum addidi, Z ita incipit*: pudicicia lorica et ipsi uos scitis tunc quando metu apud uos pns essem aliquas partes] *add. K in marg. m.2 et v:* non aestimo 6 scientiae] sententiae *K* quid] qui *Z* 7 domini u. geri *om. Z* accomodatius *om. Z* officiis *scripsi,* officii * *K*, in officiis *Z*, officio *v* 8 dominicorum *K*, diuinorum *Zv* 9 uerborum] neruorum *Z* possit *Z* 10 certe *ex* certo *K*, ergo pudica est *Z* *prius* et *om. Z* muneris] imminens *Z* 11 conitor et] contineor et *K*, contingeret *Z* per litteras praesentiam meam uobis reddere *v* 12 conor] consolor *Z* uos solito] sollicito *Z* 13 ideo] et in dnm *Z* ut] ut in *Z* 14 proelia] praemia *K* firmiter stetissem per arma si absente *Z* 15 tamen] quoniam *Z*

omnia quae utiliter proferuntur et aeternae uitae statum tractatibus uel definiunt uel promittunt ita demum fructuosa sunt, si ad emolumentum operis diuinae indulgentiae uiribus adiuuentur. non solum uerba proferimus quae de scripturarum sacris fontibus ueniunt, sed cum ipsis uerbis preces ad Dominum et uota sociamus, ut tam nobis quam uobis et sacramentorum suorum thesauros aperiat et uires ad inplenda quaeque cognoscimus tribuat. periculum enim maius est uoluntatem Domini cognouisse et in Dei uoluntatis opere cessasse.

2 Quamuis ergo ad multa uos negotia et ad diuinae admonitionis praecepta semper ut scitis exhorter — quid enim mihi aliud uotiuum aut maius potest esse quam ut per omnia perfecti stetis in Domino — tamen praecipue pudicitiae claustra teneatis, quod et facitis, admoneo: scientes templum esse uos Domini, membra Christi, habitationem Spiritus sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad salutem, filios Dei, fratres Christi, consortes Spiritus sancti, nihil iam carni debentes qua renatos ex aqua et pudicitia praeter uoluntatem quam uelle debemus ut nostra sit: praestetur etiam propter redemptionem, ut corrumpi non possit quae a Christo consecrata sit. nam si apostolus ecclesiam sponsam Christi pronuntiat, oro uos quanta pudicitia exigitur, ubi ecclesia inter matrimonia sponsa uirgo praestetur? et ego quidem, nisi quod breuiter uos admonere proposui,

1 quae omnia K^1 et aeternae u. statum *om. Z* tractantibus *v* 2 uel—uel] ac—ac Z definiuntur K^1 promittuntur K^1, repromittunt *Z* daemum K^1, dum *Z* sunt *om. Z* si ad *K sed* ad *s. l. m. 2,* sine *Z* 4 proferimus uerba *v* scripturis *Z* 5 prece *Z* uobis quam nobis *Z* 6 et] et t̃n *Z* thes. aperiat et] tensa ut rosa per tactus *Z* 7 quaeque *K*, quae *Zv* 8 d̃ni *Z* uoluntate operis K^1 9 et ad *om. Z*, ad *K* monitionis *v*, institutionis *Z* 10 praecepta *add. K in marg., om. Z* ut sciatis semper *Z* enim *om. Z* mihi aliud] ualuit michi *Z* uotum *Z* 11 aut m. potest] maius *Z* perfecti stetis] stetis p̃cipue *Z* deo *K* 12 tamen ut praecipue *v*, ut *Z* pudicitiae] pudice *Z* et *om. Z* factis K^1Z 15 dei *Z* sc̃i sp̃s *Z* filii *K* consortes] conseruatos *Z* 16 qua] quasi *v* ex] et *Z* et *om. Z* pudicitiam *Z* 17 quam uelle] quia uel *Z* ut] et *Z*, et in *K* sit] sunt *Z* praestentur *Z* 18 redemptorem *Z* quae a] quia *Z* 20 ecclesiam *Z* sponsa christi *Z* 21 praestetur] testatur *Z* et] ei *Z* quod] qm̃ *Z*

latissimas satis puto et locupletes pudicitiae laudes proferre potui: sed superuacuum duxi laudare eam diutius apud colentes. uos enim illam ornatis dum geritis et plures eius laudes exercendo profertis, facti eius ornamentum, dum et illa uestrum est, mutuo decore inuicem fenerandum. illa uobis disciplinam bonorum suggerit morum, uos illi ministerium praestatis operum sanctorum. nam et illa quantum et quid posset, per uos apparuit, et quid uos uelitis ipsa demonstrauit et docuit, copulatis in unum duobus bonis mandatorum et rerum, ne quid mutilum uideretur, si aut praecepta ministeriis aut praeceptis ministeria defuissent.

Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas 3
sexuum, uinculum matrimoniorum, fides generis, propugnaculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiae caput. pudicitia sollicita est ne cui placeat nisi sibi: pudicitia semper uerecunda, dum innocentiae mater est: pudicitia semper ornatur solo pudore, bene sibi tunc conscia de pulchritudine, si inprobis displicet. pudicitia nihil ornamentorum quaerit, decus suum ipsa est. haec nos conmendat Domino, conectit Christo: haec expugnat omnia de membris inlicita desideriorum proelia, pacem nostris corporibus inducit, beata ipsa et beatos efficiens apud quoscumque habitare dignatur, quam numquam accusare possunt, nec qui eam non habent: uenerabilis etiam hostibus suis, dum illam multo magis mirantur qui expugnare non possunt. sed ut uirtus ista in uiris probata semper et a feminis adpetenda, sic inimica eius inpudicitia semper est detestanda: obscoe-

1 puto *om. Z* et *om. K*[1] potui sed *ex* potius sed *K m. 2*, potuisse *Z* 2 enim magis *Z* 4 facti] facturi *Z* muto] modulo K 5 fenerando *v*, foenerato dum *Z* illam *Z* suggeret *Z* 7 possit *v* uelletis illa *Z* 8 copulatis in] copulans *Z* et rerum] ut iterum *Z* 9 mutilum uideretur] utilium sineretur *Z* aut praecepta ministeriis *om. Z* 11 pudicitia *om. Z* honor est *Z* 12 matrimoniorum f. g. propugnaculum *om. Kv* 13 pudica *Z* sollicita *om. Z* 14 est ne cui *scripsi*, est ne *Z*, est cui *K*, non est cui *v* uerecunda] fecunda *Z* 15 est] et *Z* semper *om. Z* 16 nunc *Z* si *om. Z* 18 deo *Z* 19 beata ipsa] de beatitudine sua *Z* 20 quam] qui *Z* 21 non possunt *Z* nec] ne *Z* 22 illa *Z* miramur *Z* qui *K*, quia *Z*, qui eam *v* 23 uirtus ista *Z*, matus^{matura} ita *K corr. m. 2*, matura et *v* a*feminis *K*, infimis *Z* 24 sic *om. Z* semper] omnibus *Z*

num ludibrium reddens ministros suos, nec corporibus parcens nec animis. debellatis enim propriis moribus totum hominem suum sub triumphum libidinis mittit: blanda prius, ut plus noceat dum placet, exhauriens rem cum pudore, hostis continentiae, frequenter perueniens ad sanguinem cupiditatum infesta rabies, incendium conscientiae bonae, mater impaenitentiae, ruina melioris aetatis, contumelia generis, expugnans sanguinis et familiae fidem, alienis affectibus suos inserens filios, in aliena testamenta sobolem ignoti et corrupti generis inducens. quae plerumque extra sexum ardens, dum se non continet intra concessa, parum sibi putat satisfactum, nisi in uirorum quoque corporibus non uoluptatem nouam quaerat, sed extraordinaria et portentuosa contra ipsam naturam ex uiris per uiros monstra conquirat.

4 Sed enim pudicitia locum primum in uirginibus tenet, secundum in continentibus, tertium in matrimoniis: uerum in omnibus gloriosa est cum gradibus suis. nam et matrimoniorum fidem tenere laus est inter tot corporis bella, et matrimonio de continentia modum statuisse maioris uirtutis est, dum etiam licita reiciuntur. certe ex utero sanctitatem custodisse et infantem se usque in senectutem in sua tota aetate tenuisse admirandae utique potentiae est: nisi quod blandas corporis leges non nosse magis felicitatis est, notas iam uicisse uirtutis est, sic tamen ut et uirtus ista de domo Dei ueniat, licet se in membris hominibus ostendat.

5 Pudicitiae, fratres, antiqua praecepta sunt. quare antiqua dico? quia cum ipsis hominibus instituta sunt. nam ideo ex uiro suo et

1 ministris suis K^2v 2 suum *om.* Z 3 blanda] et blandet Z dum] ut Z placeat Z 4 perueniet Z 5 conscientiae] continentiae Z 6 bonae m. impaenitentiae *om.* Z contumelie Z 8 ingerens Z 11 uoluntatem K extraordinarie portentuosa quedam Z 12 uirum *ex* uiro K *m. 2* 15 tertio K^1 uerum] saciū Z est] sed Z 16 suis *om.* Z nam et] manet Z est *om.* Z 18 inlicita K 19 in *ex* i K, ad Z tota sua aetate Z 20 admiranda potentia est Z plangas corporales Z 21 facilitatis Z 22 ut et *om.* Z domo K^1, dono K^2Zv 23 homines Z 24 quare . . . instituta sunt *om.* K^1Z, *add. in marg.* K^2 25 nam et v ex *om.* Kv uir suus v et *om.* v

[illegible] praeter eundem alterum nesciat, et ideo uiro reddita est mulier ut suppleto quod fuerat ei ereptum nihil requirat alienum. sic et duo inquit erunt in carne una, ut in unum redeat quod unum fuerat, ne separatio sine reditu occasionem praestet alterius. inde et apostolus caput mulieris pronuntiauit uirum, ut coniunctione duorum pudicitiam probaret. nam ut alterius caput membris aptum non potest esse, ita et alieno capiti membra non sua: caput enim suis conuenit membris et membra capiti suo, utraque naturali fibula in concordia mutua cohaerent, ne qua oriente discordia de diuisione membrorum pactum diuini foederis rumperetur. addit tamen et dicit: quoniam qui uxorem suam diligit, se ipsum diligit. nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam. caritatis cum pudicitia ex hoc magna praescriptio, si uxores diligendae sunt a uiris suis, sicut Christus dilexit ecclesiam, et ita uxores maritos debent diligere, ut ecclesia diligit Christum.

6 Hanc sententiam Christus quando uxorem dimitti non nisi ob adulterium dixit interrogatus tantum honorem pudicitiae dedit. hinc nata est illa sententia: adulteras non sinetis uiuere. hinc apostolus dicit: haec est uoluntas Dei ut abstineatis uos a fornicatione. hinc et illud dicit: membra Christi membris meretricis non esse iungenda. hinc traditur satanae in inter-

3 Matth. 19, 6. 5 cf. I Cor. 11, 3. 11 Eph. 5, 28. 29. 17 cf. Matth. 5, 32. 19 Lev. 20, 10 20 Thess. 4, 3. 21 I Cor. 6, 9. 15.

1 [illegible] K [illegible] eundem] unum Z 2 et mulier Z [illegible] Z [illegible] K, subiecto K [illegible] ei om. K, et Z erepto Z, [illegible] 3 [illegible] sic duo erunt inquit Z in unum] unum Z 4 separationi ne [illegible] occasionem praebeat Z 5 pronunciat Z coniunctionem K 6 duorum pudicitiam: uiro non pudicam Z alterius caput om. Z membris suis Z 7 esse] apud alienum add. Z et om. Z non om. Z 8 et om. Z utrique ista naturalis Z 9 mutua] ut ita Z coherente K, coherentem Z qua om. Z 10 addidit t. e. dixit Z 12 eam] illam Z 13 et om. Z caritas K cum om. Z ex] ut Z 14 si] ut sicut Z suis om. Z sicut et r, ut Z 15 et om. Z 16 diligit] dilexit Z 17 dixit christus Z non om. Z 18 nata] tanta Z 19 adulteros] Z 20 dixit Z 21 et dicit] nullum dem Z 22 sathana Z

itum carnis qui proculcato iure pudicitiae uitia carnis exercet. hinc merito regnum caelorum non tenent adulteri, hinc est quod omne peccatum extra corpus dicit esse, solum adulterum peccare in suum corpus: hinc ceterae praeceptorum auctoritates quas nunc recolere omnes non est necesse apud uos praesertim qui illas nostis frequenter et facitis, quae licet descripta non sint, queruli tamen de illis non potestis esse. adulter enim non habet excusationem aut habere potuit, quia ducere licebat uxorem.

7 Sed sicut matronis iura praescripta sunt quae ita sunt nexae, ut diuelli inde non possint, uirginitas uero et continentia extra omne ius sunt: nihil ad uirginitatem de matrimoniorum legibus pertinet, altitudine sua transcendit omnes, * * * si ulla praua hominum leges ausa supergredi conantur. uirginitas aequat se angelis: si uero exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata uictoriam etiam contra naturam refert quam non habent angeli. uirginitas quid aliud est quam futurae uitae gloriosa meditatio? uirginitas neutri est sexus, uirginitas est perseuerans infantia, uirginitas est uoluptatum triumphus, uirginitas filios non habet, sed quod plus est filiorum contemptum habet, non habet fecunditatem sed non habet orbitatem, felix quod est extra partus dolorem felicior est autem extra funerum filiorum calamitatem. uirginitas quid aliud est quam soluta libertas?

1 procul conculcat eos *Z* exercet] nescit *Z* 2 regna *Z* quod *om. v* 3 dicit *om. Kv* adulterium *K* 4 praeceptoris *v* auctoritatem *Z* quas *om. Z* colere *Z* 5 praesertim qui illas] praeferuntque illas que nescis uel quas *Z* et frequenter *Z* 6 descripta] districte *Z* non *om. KZ* sunt *Z* quaerellae t. *K*, relata mente *Z* 7 adulteri *Z* enim *om. Z* habet] obesse *Z* quis aut haberet *Z*, aut habet aut habere *K* 8 ducere *om. Z*, *add. in marg. K* 9 sed *om. Z* matrimoniis *Z* ita sunt nec se *K*, sic non sunt fixa *Z* 10 inde *om. Z* .Sit uirginitas *Z* uero *om. Z* 11 pertinent *Z* 12 omnes] super hominem *Z* si ulla] alta *Z* praua h. leges *om. Z* ausa] uasa *Z* 13 supergredi *K s. l. m. 2*, *om. Z* conantur] coronari *Z* aequat se] equasse *Z* requiramus *Z* 14 excidit *K*[1], extendit *Z* 15 referto *Z* est aliud *Z* 16 neuter est sexus *K*, uentere suum sexuus *Z*, neutri sexus est *v* 17 est uirginitas uolũtum triumplus *Z* 18 est uirginitas etsi *Z* est *om. Z* contentu *Z* 19 sed non] sed *Z* 20 est autem *om. Z*, autem quod est *v* 21 est aliud *v* soluta] sola *Z*

maritum non habet dominum. uirginitas affectionibus omnibus soluta est, non matrimoniis est dicata, non saeculo, non liberis. persecutionem non potest timere, dum illam de securitate potest prouocare.

Sed quia pudicitiae nobis breuiter sunt exposita praecepta, iam 8 pudicitiae ponamus exemplum. plus enim proficitur, cum in rem praesentem uenitur, nec de uirtute dubitatur, quando quod praecipitur etiam exemplis sancitur. exemplum pudicitiae a Ioseph coepit. adolescens Hebraeus generosus de patre, generosior de innocentia, ob inuidiam reuelationum distractus a fratribus Ismaelitis in domum deuenerat hominis Aegyptii. obsequio et innocentia et tota seruitutis fide facilem et beneuolum in se animum sui prouocauerat domini, cuius facies *se* et tam sermo liberalis quam aetas omnibus commendauerat. sed ista generositas ab uxore domini aliter quam decebat accepta est: in domus parte secreta et sine arbitris latebra facinoribus accommodata putauit se pudicitiam adolescentis incontinens mulieris inpudicitia nunc promissis nunc minis posse superare. et cum retentus est uestibus eo quod moliretur fugam propter tanti facinoris audaciam ipsas uestes relinquens et corporis nudi sinceritatem habiturus innocentiae testem ad crimen inpudicitiae suae inpudens mulier adicere non dubitauit calumniam: et ceteris et marito calida

7 cf. Gen. 39, 7.

1 dominum *ex* domi *K m.* 2 affectibus *Z*. affectationibus *v* 2 matrimonia *Z* est dicata] abstupta *Z* 3 cum illa *Z* prouocare] prouide seu prouocare *Z* 4 exposita] posita seu proposita *Z* 5 exempla *Z* in] ad *Z* repntetem *Z* 6 dubitabitur *v* quando quod *K*. cum id *Z* praecipitur] praeceptis *Z* 7 exemplis etiam *v* sancitur *scripsi*. sanatur *K*. probatur *Z*. signatur *v* pudicitiae *om. Z* ab *Z* coepit *om. Z* 8 ebreus *Z*. breuis *K* ob] ad *Z* 9 relationum *Z* a f. hismahelitis *K*, is a maledictis fratribus *Z* 10 hominis] hores *Z* obsequio et innocentia *om. Z* et de *Z* 11 facile beniuolum *Z* domini *om. Z* 12 facies se *scripsi*. facies *KZ*. faciem *v* et tam *K*. etiam *Z*. tam *v* sermo] seruo *Z* ei aetas *Z* commendaret *Z* 13 sed] et *Z* dni sui *Z* 14 accepta] aspecta *Z* arbitrii *Z* ad latebra *Z*, adlata etiam *K*, alta et *v* facinoris *Z*, facinorosis *K* 15 putabat *Z* mulier impudica *Z* 16 et] sed *Z* 17 est] ex *Z* tanti *om. Z* 18 relinquisset *Z* et *om. Z* sinceritate *Z* 19 innocentiam *K*. innocentia *Z* ad *om. Z* imprudens *v* 20 [illegible] [illegible] *Z* et marito] maritoque *Z* [illegible] *K*

et feruens spreto desiderio suo conquesta est dolore simulato, quod Hebraeus adolescens uim sibi molitus fuisset inferre quam ipsa conata fuerat inrogare. maritalis ardor rerum inscius et uxoris accusatione grauiter inflammatus incenditur. pudicus uero iuuenis quia delicto conscientiam non miscuit, in imum carceris truditur. sed sola non est in carcere pudicitia: nam est cum Ioseph Deus et nocentes dantur in manu eius, quia ipse innocens fuerat. somniorum praeterea obscura dissoluit, quia spiritus in temptatione uigilabat, et per dominum liberatur a uinculis. qui in domo minor cum periculo fuerat, regiae domus sine periculo dominus effectus est: generositati suae redditus fructum pudicitiae et innocentiae Deo iudice a quo meruerat accepit.

9 Sed non minus ex parte diuersa aliud nobis pudicitiae simile de continentia feminarum exoritur exemplum. fuit, ut legimus, Susanna filia Helciae, uxor Ioachim pulcherrima facie, pulchrior moribus. hanc nullum ad decorem commendabat species: simplex enim erat. excoluerat pudicitia et cum pudicitia sola natura. hanc ex senioribus duo coeperant deperire, nihil memores nec diuini timoris sed nec suae annis iam marcescentis aetatis: ita illos in flagrantia transactae iuuentutis incendia recidiuae libidinis flamma reuocabat: pudicitiae latrones amorem confitentur, sed oderant. resistenti minantur calumnias,

13 cf. Dan. 13.

1 suo *om.* Z 2 *et* hebreus K ad. uim] adolescium Z molibus K conata] minata Z 3 fuisset Z uxoris] honoris Z 4 inpudicus Z uero *om.* Z 5 imam K¹Z traditur KZ est et Z 6 et nocentes] innocentes Z 7 in manu] sub manibus Z ipse *om.* v 8 dissolui K quia ... et *om.* Z 9 liberatus Z a] ei Z minor cum *om.* Z cum *om.* K fuerat] sed inerat Z 10 domus regie Z periculis Z est] ei Z 11 dō K *sed* o *in ras.*, de Z a quo] quem Z 12 similis K¹Z 14 filia *elchiae K, elchie filia Z facie *om.* Kv pulchrioribus K 15 nullam Z commendabant in specie Z erat] eam Z 16 pudicitiam K² ex s.] seniores Z 17 timoris diuini Z suis Z 18 marcentes Z aetatis *om.* Z ita] nam Z fraglantia K, flagrantiam Z transuectae Z 19 incencidia Z rediuiuae Zv reuocaret Z; *add. idem liber*: insidias infauste de simplicitate mulieri parant pudicitia uel Z 20 amore Z profitentur v oderunt Z minantur] limantur Z

adulteri se dicunt accusatores noto adulteri. inter duos libidinis scopulos auxilium de Domino petebat, quia uiribus corporis repugnare non ualebat. et exaudiuit de caelo clamantem ad se pudicitiam Dominus, et cum iniquitate obpressa duceretur ad poenam, uidit inimicorum liberata uindictam. bis uictrix et in periculo suo tam funeste totiens consaepta et libidinem euasit et mortem. infinitum erit si exempla prosequar plura: his duobus contentus sum, praesertim cum omnibus sit uiribus per istos pudicitia defensata.

Non illos emollire potuit inuita generosi sanguinis memoria quae 10
in quosdam licentia lasciuiae est ministra, non decor corporis et apte positorum figura membrorum quae suggerit plerumque ut quasi flos quidam properantis uelociter transiturae aetatis porrectae uoluptatis occasione pascatur, non anni primi uirentis et maturioris aetatis, cum rudis adhuc sanguis aestuans naturae flammas accendat et in medullis uersata caeca incendia ad remedium *uerum etiam per periculum pudoris itura: non ulla latebrarum et sine ullo conscio tuta quae quibusdam putatur occasio, quae maxima uis est admittendi sceleris, dum deliberationibus occurrit inpunitas: non posita necessitas de auctoritate iubentium et in temeritate participum atque sociorum, quo genere franguntur etiam recta saepe consilia: non praemia ipsa et bonitas, non accusationes, non minae, non poenae, non

1 adulteris sed dicunt accusatori *Z*   noto] tuo *Z*   adulter *om. Z*   inter] posita mulier inter *Z*   duos] quos *r*   2 deo *Z*   petebat] parebat *Z*   qui *Z*   uiris *K*¹, auxilio *Z*   3 ualebat] poterat *Z*   et *om. Z*   se clamantem ad *Z*   dominus] dans *Z*   4 inimicorum] unum eorum *Z*   5 libera mendicata uix uictrix *Z*   et *om. Z*   6 concepta *Z*   et lib.] a libidine *Z*   et m.] ac morte *Z*   7 exemplo *Z*   plura *om. Z*   conuentus *Z*   8 sit per istos] sed uiribus peritos *Z*   defensa *Zr*   9 inuita *scripsi*, in uita *KZr*   quae in] quem *Z*   10 quibusdam *Z*   est minister *K sed* est *a in marg.*, ministrat *Z*   decor] de *K*¹*Z*   11 aggerit *Z*   12 properans *r*   et uelociter transitis *Z*   porrecta *r*   uoluntatis *Z*   13 et *Z*, sed *Kr*   maturioris *scripsi*, maioris *K sed* ai *in ras.*, melioris *Z*   14 rudis] iuris *Z*   accendit *Z*   15 uersata *om. Z*   caeca] caecauerat *Z*   uerum] suum *Z*; erumpant *fort.*   16 nullo consocio *Z*   quae tuta *r*, tuta *KZ*   17 putatur] tutatur *K*   18 dum] cum *r*   liberationibus *Z*   imposita *Z*   necessita *K*¹, nec adsistas *Z*   19 participium *Z*   20 frangantur *Z*   saepe recta *r*   21 et bonitas] aut cadunt sepe et uini *Z*   accusationi *Z*   non minae] nomine *Z*

mortes: nihil tam saeuum, tam durum, tam triste, quam cecidisse de alto pudicitiae gradu. digni tanto iudicis diuini praemio, quorum alter regio paene throno inlustraretur, altera concordia mariti dotata inimicorum mortibus redimeretur. haec sunt et his similia semper nobis ante oculos exempla ponenda, his paria diebus noctibusque meditanda.

11 Nihil animum fidelem sic delectat quam integra inmaculati pudoris conscientia. uoluptatem uicisse uoluptas est maxima: nec ulla maior est uictoria quam ea quae de cupiditatibus refertur. qui hostem uicit fortior fuit, sed altero: qui libidinem repressit se ipso fortior fuit: qui inimicum prostrauit externum hostem percussit: qui cupiditatem depressit hostem domesticum superauit. malum omne facilius uincitur quam uoluptas, quia illud quidquid est horridum est, hoc blandum est. nihil tam difficile obprimitur quam quod per illud armatur. qui cupiditates tollit et metus sustulit: nam ex cupiditatibus metus ueniunt. qui cupiditates uicit de peccato triumphauit, qui cupiditates uicit malum generis humani sub pedibus suis iacere ostendit, qui cupiditates uicit pacem sibi perpetuam dedit, qui cupiditates uicit libertatem sibi quod est etiam ingenuis difficillimnm reddidit. meditanda est ergo nobis, fratres, ut res docent, semper pudicitia: quo facilior sit, nullis artibus constat. quae enim illam consummat uoluntas est, quae nec nisi

1 mortis *Z*, mores K^1 seuos *Z* durum fuit *Z* 2 diuini iudicis *Z* alterue *Z* 3 regio] religio *Z* altera] alter *K*, alter alterum *Z* concordia m. d.] concordando totam *Z* 4 mortibus] mortui *Z* redderetur *KZ* 6 anime *Z* integram *Z* inmaculata *K* cu *s. l.*, maculari *Z* 7 conscientiam *Z* uoluntatem u. uoluntas *KZ* nulla *Z* 8 ea *om. Z* de *om. K* cupiditate *Z* 9 altero] et aliter *Z* 10 qui c. d. hostem] cupiditatis *Z* 11 superauit *om. Z* omne] nonne *Z* 12 quam *om. Z* quia] quam *Z* quidquid] quod *Z* orrid*ũ*est *K*, horridum *Z* hic *K* blandum] placencia *Z* 13 armatur] quod amatur quod non esset *Z* cupiditate *Z* 14 tollat K^1 metum *Z* 15 cupiditate *Z* cupiditatem *Z* uincit *Kv* triumphat *v* uincit *Kv*; *add. Z*: mundo ipso superior fuit qui uerum se discipulum christi probauit qui antiquum 17 cupiditate *Z* 18 quod] querit *Z* etiam est *v*, etiam *Z* in ingenuis *K* reddit *v* est *om. v* 19 a nobis *K* ut res] uirtutes *Z* quo] que quam *Z* 20 illam consumat *Z*, illa consummata *Kv* est *om. K* nec nisi *scripsi*, nec *Z*, nisi *Kv; sed uerba grauius corrupta uidentur*

impediretur, longe esset. nostra est: ita non est adquirenda, sed fouenda quae nostra est.

Quid est enim aliud pudicitia quam mens honesta ad custodiam corporis data, ut sexibus redditus pudor seueritate signatus fidem generis de incorrupta sobole seruaret? pudicitiae autem, fratres, conpetunt et cogniti sunt in primis diuinus pudor et praeceptorum sancta meditatio et animus propensus ad fidem et mens attonita ad sacram religionem: deinde uidere, ne quid in se sit ultra modum sculptum, ultra honestatem productum, ne quid prodigum, ne quid arte fucatum, ne quid ad inritandos aut detinendos oculos lenocinatum. non est pudica quae adfectat animum alterius mouere etiam salua corporis castitate. longe absint quibus pulchritudo non ornatur, sed prostituitur. nam sollicitudo de pulchritudine et malae mentis indicium et deformitatis est. sit natura corporum libera nec diuinis operibus inferatur uis. semper est misera quae sibi non placet qualis est. quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates suffucantur? quid facies artibus in diuersam formam conuertitur? quid postremo speculum consulitur, nisi quia ne ipsa sit timetur? cultus etiam mulieris pudicae pudicus sit: adulterium fidelis nec in coloribus nouerit. uestibus aurum intexere quasi pretio est uestes corrumpere. quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla? nisi ut fluentes 12

1 impenditur si *Z* esset *Z*, est sed *Kv* nostra enim *malim* non *om. Z* 2 fauenda *K*, fruenda *Z* 3 enim est *v* a custodia *Z* 4 sexubus *Z* deditus *Z*, reditum *K* seueritatem signatur fides *Z* 5 generis *Z*, oneris *K*, honoris *v* fratres *om. Z* 6 cogniti] conata *Z* pudor] timor *Z* 7 propensis *Z*, profensus *K* ad fidem] et fides *Z* actonita *Z* 8 sit *om. v* modum] domum *Z* scultum *K*[1], excultum *Z* 9 productam *K*[1] prodiguum *Z*, proditum *Kv* arte *om. Z* 10 ne quid *om. Z* ad *om. Z* et audetinendos *Z*, aut redintegrandos *Kv* occulos *Z*, dolos *Kv* lenocinantium *K* 11 alterius] adulterium *Z* 13 nam] autem *Z* et malae mentis] alimentis *Z* et deformitatis indicium *Z* 14 est sit natura] signatum *Z* corporis *v* inf. uis] suis inferatur *Z* 16 suffocantur *K*, infuscantur *Z*, suffuscantur *v* 17 actibus *K* diuersa forma *Z* 18 seculum *Z* timetur ne ipse sit *Z* mulieris p. p. sit] mulieri pudicicie pudica sed *Z* 19 adulterium] ad ultimum *K* fidelis. Nec *K* 20 uestis est *Z* 21 filias taminis delicatas *Z* rigida] [illegible] *Z* [illegible] fluentis unneus *Z*

humeros premant et luxuriam infeliciter se animi iactantis ostendant. quid cum ceruices peregrinis lapidibus urgentur et absconduntur, quorum pretia etiam sine artibus kalendarium cuiusuis excedunt? non ornatur mulier, sed uitia mulieris ostenduntur. quid cum digiti tali auro onerati nec intrare possunt nec egredi? utrum usus exposcit an patrimoniorum inanis pompa monstratur? mirum negotium, mulieres ad omnia delicatae ad uitiorum sarcinas fortiores sunt uiris.

13 Sed ut repetam quae coeperam, colenda semper est pudicitia et uiris et feminis, omni custodia seruanda est intra limites suos. cito de natura corporis periclitatur in corpore, dum rapit illam secum caro quae semper in lapsu est. sub praetexto quippe naturae quae homines semper urguet ad affectus, quibus ruinae conlapsi generis resarciuntur, blandimento uoluptatis fallens non ducit ad continentiam legitimae coniunctionis sobolem, sed iactat in crimen. ergo contra has carnis insidias, quibus se diabolus et socium inserit et ducem, obluctandum est omni genere uirtutis. adsumantur secundum apostolum Christi opera et a consortio carnis in quantum potest animus colligatur, separetur omnis sensus a corpore, uitia semper castigentur ut odiantur, ante oculos obuersetur deformis iste atque deiectus peccati pudor, paenitentia ipsa cum luctibus suis quae commissorum criminum inhonesta contestatio est. nihil consideretur curiose in alienis

1 et *om. Zv* se *om. v* animi] autem *Z* ostendat *Z* 2 quid] nam *Z* abscondentur *Z* 3 etiam] enim *Z* calendarum *K*; cilindrorum onus *coni. Erasmus, sed conf. Tertull. de cultu fem. I 8*: graciles aurium cutes kalendarium excedunt cuiusuis urbis *Z* 5 tali] quid cum tali *K*, circumdati *Z* honorati *Z* nec] ne *Z* intrari *K sed* ri *in ras. et alterum* r. *s. l.*, ingredi *Z* nec egredi *om. Z* exposcitur *Kv* 7 mulieris *Z* delicata *Z* 8 sed] sic *Z* est *om. v* et a uiris *Z*, uiris *v* 9 et a *Z* est] et *Z* limites] milites *Z* de *om. v* 11 labzum *Z* praetecto *Z*, praetextu *v* 12 ad *om. Z* quibus] Quippe *Z* resarciuntur] reiciuntur *Z* 13 uoluntatis *Z* continentiam *om. Z*, conscientiam *K* 15 *post* insidias *ras. 7 litt. in K* se diabolus] sedibus *Z* ingerit *v* ducem] docet *Z*, ducem facit *v* 16 assumatur *v* 17 a *om. Z* in *om. v* 18 omnes sensus *Z*, consensus *Kv* uitia] uite *Z* 19 odiatur *Z* obseruetur *K* deformis iste] deformis esse *K*, deformitas *Z* 20 pudor. Paenitentia *sic distinguit v* ipsis *Z* quae *om. v* 21 contestatio] commutatio *Z* curiose consideretur *Z*

uultibus. sermo et breuis sit et sobrius risus, signum est enim animi facilis et remissi: nam contactus recedat etiam honestus. nihil corpori liceat, ubi quid uitandum est corporis uitium. cogitetur quam honestum sit uicisse dedecus, quam inhonestum uictum esse dedecore.

Dicendum etiam, quod adulterium uoluptas non est, sed mutua 14
contumelia: nec delectare potest quod et animam interficiat et pudorem. coerceat animus stimulos carnis, refrenet impetum corporis. accepit enim hanc potestatem, ut illi ad imperium eius membra seruirent, et quasi legitimus ac perfectus auriga ultra concessas corporis metas extollentes se carnis impetus caelestium praeceptorum habenis reflectat, ne ultra terminos suos currus iste corporis raptus in periculum suum secum et ipsum rapiat aurigam. sed inter haec, immo et ante haec, contra turbas et uitia omnia de diuinis castris auxilium petendum est: solus est enim potens Deus qui homines dignatus est facere et plena hominibus auxilia praestare. ego pauca dictaui, quoniam non est propositum uolumina scribere, sed adlocutionem transmittere. uos scripturas aspicite, exempla uobis de ipsis praeceptis huius rei maiora conquirite. fratres carissimi, bene ualete.

1 sermo . . . sobrius *om.* Z risus] aisus Z enim *om.* Z 2 et] ac Z nam] non Z recedat] regebat Z 3 quid *om.* v uitamdum Z corpori uitium est Z concitetur quam honestus Z 4 uicisset Z 5 uoluntas K 6 nec] sed nec Z delectari K quod et] qui eciam Z interficit et pudore Z 7 et animus Z stimulus K¹Z refrenat K, et refrenet Z 8 accipit Z 10 extollentis Z caelestium . . . *l. 12* sed inter *om.* Z 11 currum K 12 et *om.* K 13 turbas et] ista Z omnia de] oratio Z auxilium *om.* KZ 14 solus enim potens est v, enim solus est petendus Z hominem Z 15 et plena] si de Z quo *ex* qui K, quia Z 16 uolumine K, uolumen v 17 scriptura inspicite et Z 18 huius rei praeceptis Z ac bene ualete frs cmi semper in dno Z. — Explicit de bono pudicitiae K, Caecilii Cipriani de pudicicia explicit Z. —

III. DE LAVDE MARTYRII.

1 Etsi incongruens est, fratres carissimi, in hoc fauore dicendi aliquid trepidationis adferre minimeque deceat gloriam tantae deuotionis infringere ex eo quod fatear me coepisse dubitare, tamen identidem dico ipsa animum deliberatione confringi: nam exequendae laudis cupiditate succenditur et a loquendo magnitudine uirtutis inhibetur, cum aut non deceat tacere aut periculosum sit parum dicere, nisi quod haec aestuanti res sola subuenit quod uideatur ignosci ei facile posse qui non timuit audere. quam ob rem, carissimi fratres, etsi potentia rei oneratur facultas ingenii, ut quantum se in exprimenda martyrii dignitate protulerit, tantum ipso pondere laudis oppressa adque aestimatione rerum omnium de quibus cum maxime loquitur debilitata ac facta, intra se ipsa inlaqueata oratione deficiat nec habenis liberis: nac solutis in apertum sermonis eloquium uim tantae laudis expromat tamen erit aliqua, nisi fallor, in eloquendo fides quae ipsius operis

Incipit (Cyprianus *add.* *P*) de laude martyrii *LNPQT*. — 2 cme *P* fa*uore *T*, feruore *fort.* 3 minimeque] et minime *N*, minime *PQT* 5 ipse *T* animi mei *LNP* deliberationum *T* confringi nam *scripsi*, confringam *LPQT*, confracta ea *N*, confringi cum *v* exaequenda *M* (exaequendae *Q*), sequendae *N* laude *T* 6 et a] ea *N* inhibeatur *L*[1] 7 aut non] autem non *Q* 8 aestuanti haec *v* et facile ignosci posse *QT* 9 audire *PQT* fratres] *add.* *Q*: in tot tantisq. rebus 10 ingenii . . . *p. 30, 6* suppeditat *om.* *P* 11 dignitatem *T* tanto *NQT* 13 ipsam *v* abenis *NT*, auenis *Q* 14 exprimat *L*[2] 15 fides] facultas *v*

oratione munita uage fundat quod a dicendo inpar ingenii conscientia summoueat. cum igitur, carissimi fratres, tot tantisque rebus inpliciti ad conprobandos salutis eximios pulcherrimosque prouentus omni studio ac labore nitamur, non uereor ne quo ignauiae metu territus uel reuocer uel extinguar, cum si quis ad id uoluerit de quo agimus intueri sede deuotionis expensa adque ipsa eius magnitudine ponderata magis miretur audere potuisse, in quo me positum et amplitudo rei premeret et confusam gaudio mentem in angustias animi uoti sui feruor urgueret. nam quis est quem non ista res terreat, quis quem non admirationis suae pauore subuertat?

Est etenim profecto, nisi fallor, etiam in ipso conscientiae robore 2
admiranda formido quae nos exagitet pariter et inflammet: cuius quanto penitius inspexeris potestatem, tanto ex ipso uenerandae claritatis aspectu religionis suae praemittat horrorem. considerare enim utique debetis: quanta est gloria, e uita quamlicet maculam sordis et polluti corporis licet modice iniusta concreta contagia tantoque tempore mundi crimen exceptum unius ictus remediis expiare, quo et augeri merces et crimen possit excludi. unde omnis consummatio et status uitae in martyrio est collocatus. hoc fundamentum uitae et fidei, hoc praesidium salutis, hoc uinculum libertatis et honoris: et quamuis

1 uage] large *Oxon.* fundata *N* quo *T* addicendo *QT* inpari ingenii *N*, impar ingenti *Q*, par ingenti *M* conscientiae *L*, conscientias *Q* 2 summouebat *v*, cummoueat *Q* fratres carissimi *v* 3 comparandos *T* eximio *T* 4 ac labore] clamore *T* quo] quid *Q*, q. *T* 5 reuocare *QT* ad id] ad *T*, aditum *Q* 6 sede *scripsi*, se LM^1NQ^1T, secum M^2, spe Q^2v ipsa *om. LN* 7 audire *T* amplitudinem *N* rei] re *L* 8 uoti] uitis *T* 9 et quis *LTQ* quem *om. QT* 10 pauor *M* (pauore *Q*) 11 etenim] enim *v* profecti nisi *L*, profectionis T^1, profecto ni T^2, profectionis *NQ* rubore *T* (*pro* pudore *fort. recte*) 12 admirandasi *Q* i *s. l.* (admiranda *M*) nos *om. T* sexagitat *T* et *om. L* 13 quando *QT* penitus *N*, paenitus *QT*, enitus *L* 14 honorem *QT* considerare *ex* conserare *L m. 2* 15 quantae sit *v* gloria e *scripsi*, gloriae *LNQTv* uitae *Tv*, uirtus *Q* quamlibet *v*; quamlibet quando licet *fort.* macula *QT* et sordes *v*; cordis *fort.* 16 licet m. iniusta] et longa uitiorum tabe *v* concreta *om. N* temporis *QT*, temporis tractu *v* 17 ictus *MQ* (s *eras.*) remedii *Q*, redmediis *L* 18 posset *LN*, posse *T* 19 est *om. N* uitae et *om. LN* 20 honoris] horis *T* et quamuis] quamuis *Q*

sint et alia per quae adipisci lux possit, tamen ad proximitatem muneris repromissi poenis melius patrocinantibus peruenitur.

3 Quantae enim sit gloriae ponderate *ab* huius uitae cupiditatibus adque ab omni animum natura mundique commercio segregatam contra aduersantis discrimen opponere, nec saeuitiam torquentis horrere, animari hominem nec dolore quo credatur extingui et id sibi in augmentum uirtutis adsumere quod cruciatui putat prodesse qui punit. nam praedurantibus licet costis resultans ungula recurrat in uulnus et euntibus flagris cum auolsa corporis parte rediens habena ducatur, stat immobilis tamen poenis suis fortior, hoc solum secum ipse conuoluens quod in illa crudelitate carnificum plus pro quo patitur Christus ipse patiatur. nam quando, si negauerit Dominum, pro eo crimen subeat pro quo uicisse debebat, necesse est eum uideri cuncta tolerare cui uictoria debetur ex poena.

4 Igitur quoniam res summa martyrium, tria sunt quae ex eo nobis proposuimus esse dicenda, quid sit, quantum sit, cui rei prosit. quid est ergo martyrium? delictorum finis, periculi terminum, dux salutis, patientiae magister, domus uitae, quo perfecto etiam ea occidunt quae in futuri discriminis potuissent tormenta reputari. per hoc et testimonium nomini redditur et maiestas nominis ampliatur, non quod per se ipsa minui possit uel de scelere retractantis magnitudo eius

1 lux] uix *N* 2 repromissi *om.* *QT* poenis . . . peruenitur *om.* *L* patrocinantibus melius *v* 3 quanta e. s. gloria *N* ponderatae *Q* ab *addidi* cupiditatibus] *add.* *v*: relegatis; *nonnulli codices add.*: debellatis *uel* reuelatis 4 ab] ad *QT* naturae *v* segregare *L* 5 aduersantes *LNQT* torpenti* *N* s *eras.* horrere] horrea *T* 6 anima*i *N* nec dolore *LN*, dolere *Q*, dolore *MTv* extinguere *QT* 7 et quod *Q* cruciatum *M* um *in ras.* (cruciatui *Q*) punitur *M*, ponit Q^1 8 custis *Q*, gestis *T* 9 euentibus *Q* (seuientibus *M in ras.*) fragilis *T* auolso *L* abena Q^1, aduena M^1, auena LM^2NQ^2Tv 10 statim mobiles *LQ* conuoluens] sibi consulens M^2, consuens M^1Q 11 plusque *QT* 12 quam ipse *v* si] se *M* (si *Q*) dn̄s *N*, dn̄o M^1Q, dn̄o si M^2 13 uicisset *T* eum] cum *LT* 14 ex] et *LNQTv* 15 martyrium est *v* 17 terminus *v* 18 * * patientiae *Q* quo] que *M* (quo *Q*) profecto M^2Nv, profectio M^1TQ 19 futuro *v* discrimine *Qv* 20 redampliatur *QTv* 21 se *om.* *LNQT* ipsam *LQT* innui *L*, noui *QT*, non *M* on *in ras.* de scelere *eras. in N* tractantis *L*, tranctantes *QT*, *eras. in N*, detrectantis *Oxon.*

infringi, sed quod redundet ad gloriae cumulum. dum circumstrepentis populi terror inpauidos animos dat dolori et minis frendentis inuidiae addit ad titulum, quod tantum sibi mens crescat in pugna, quantum se ille putauerit uincere, per quem Christus hominem uoluerit coronare. tunc ergo omne fidei robur expeditur, tunc credulitas conprobatur, cum in sermones uulgi adque in opprobrium ueneris cumque te contra illas populares insanias religiosa mente firmaueris, conuincens scilicet ac repugnans quicquid sub persona tua in iniuriam Christi profanus sermo iactauerit: ut cum aduerso mari moles opposita reluctatur, feriant licet fluctus et reuolutum aequor identidem pulset, tamen haeret inmobilis uirtus nec undis circumspumantibus adoperta succumbit, donec per scopulos uis digesta se supprimat et superiacens in aperto litoris spatia ictum aequor euadat.

Quid enim est in illis quam sermo uacuus et inane conloquium et 5
animi uoluptas praua uerborum, sicut scriptum est: oculos habent et non uident, aures habent et non audiunt: grauatum est cor insipiens eorum, ne quando conuertantur et saluem illos. non enim dubium est quin hoc omnibus dixerit, quorum dura mens semper et obstinata pectoris feritas a deuotione uitali fugata dissentit ducente dementia, furore rapiente, omni denique illos inmanitate uexante qua instigantur pariter ac feruntur: ut cum illis

15 Ps. 113, 14. cf. Es. 6, 9 sq.

1 refrigi *Q* 2 terror] terrores *N*, error *QT*, errori *L* inpauidus *LQT* animus *N*¹*QT* doloris *QT* frendentis] frequentis *QT* 3 addit *N*, addis *L*, addi *QT* ad *om. Q* tantum *N*, quantum *LQT*, *om. r* in pugna] inpugnat *T* 4 quem *om. QT* 5 omnem *Q* fidem *Q*, fide *T* expenditur *Nr* crudelitas *N* 7 contra] inter *QT* 8 conuinces *L* in *om. N*¹*Q* 9 ut *om. Q* mari] mali *QT* moles] uoles *T* 10 et licet *Q*, te licet *M* 11 eret immobiles *QT* 12 succumbet *N*, se succumbit *Q* (succumbit *M*) uis] uix *LNQ* digestas *Q*¹*T*, delecta *r*, delectas *M* 13 superiacens] saxis *add. r* aperta *Nr* spacio *M* (spatia *Q*) ictum *scripsi*, istum *LN*, ipsum *QT*, aictum *r* 14 quam] aliud quam *r* 15 animi] inanium *r* uoluntas *LN* 17 conuersantur *T* 18 saluem] sanem *Qr*, sanent *T* quin] qui in *LN*¹*QT* de omnibus *r* 19 et *om. QT* a *om. N* 20 dissenti *T* furores *L* 21 qua *om. M* (*exp. Q*) instigantur *L*¹*M*²*N*, stigant uel *M*¹*Q*, tigantur *T*

ad poenam sua facta sufficerent, poenam ipsam persecutionis agitatae crimen oneraret.

6 Totum hoc in laudem martyrii spectat, totum gloria passionis inluminat, in qua spes futuri temporis cernitur, in qua Christus ipse operatur, cuius aguntur exempla quae petimus, cuius uirtus est qua repugnamus. et quia in hoc loco aliquid proferre suppeditat, summa nimirum est ista adque admiranda dignatio, quam nec mente concipere nec uerbis ualeamus inplere. quid enim nobis amplius potuisset larga pietate largiri quam ut in se primus ostenderet quid in aliis coronaret? mortalis factus est ut inmortales esse possemus et humanae sortis exitum pertulit per quem reguntur humana: ut nobis uideatur praestitisse quod passus est, confessionem tribuit, martyria subiecit, omnia denique quibus lux subprimi posset in remedium salutare natiuitatis suae meritis religauit, humilitate praecipua uirtute diuina. cuius rei quique digni esse meruerunt, caruerunt omnem hanc mundi deterrimam labem, subacti mortis condicione uixerunt.

7 Non enim dubium est quantum a Domino consequantur qui saluti suae nomen Dei praetulerunt, ut in illa iudicii die meliores cruor faceret et sanguis suus * * * esse monstraret. mors quippe integriorem facit uitam, mors magis deducit ad gloriam. sic quotienscumque**

1 poena *T* 2 oneraret *MN*, onerarent *LQ*, onerarem *T* 3 laude *LT* expectat *LNQ*, et expectet *T* gloriam *Qv* 4 cernitur] cerni turi temporis *T* 5 operatur ipse *QT* exemplo quae patimur *fort.* quae] quaeque QT^2 cuius *om. N*, cuius et *v* uirtus est *L*, uirtute *NQT* qua *om. Q* 6 in *om. L* subpeditant *L*, suppetat *QT*, suppetit *v*; suppeditat *etc. exh. P* 7 est et *Q* dignatione *Q*, miratione *T* et quam *Qv* 8 ualemus *N* quid] qui *QT* potuisse *T* larga pietate *om. QT* 9 ut *om. T* quod *v* 10 et] * * *Q* (et *M*) 11 sortis] ortis *T* exitium *L* ut] atque ut *v* uideretur *QTv* 13 suprimi *QT*, opprimi *v* posse *Q* salutarem *LQT* 14 relegauit *v* humilitate] humanitate *QT* 15 quique] qui *N* morte caruerunt *v* omnem *om. LNP* omni hac Q^2 *Oxon.* (omnem hanc, MQ^1) 16 deterrima Q^2, teterrimam *v Oxon.* labe Q^2 *Oxon.* subacte *LNP*, subacta *v* condicionem *Oxon.* uixerunt *scripsi* uicerunt *LNPQTv* 17 salutis PQT^1 18 facere *P* 19 et sanguis] sanguis *QT*, sanguisque *v*, quos sanguis *Pamelius* suus $LMNPQ^1T^2$, suis T^1, suos Q^2, fusus immaculatos *v*, suus martyres *Pamelius* esse] sese *L* 20 sic] si *QT*

lactentibus stipulis distenta imbribus frumenta turgescunt, fecundae messes coguntur aestate. sic quotiens ferro uitis absciditur, erumpentibus pampinis melius uua uestitur. nam et in aduentum prouenturi temporis cedit quidquid iniuria sua proficit. flammas quippe plerumque agris iuuit inmittere quo calor euagantis incendii caeca terrae spiramenta laxaret: iuuit leues stipulas crepitanti igne torrere ut sic se altius grauida seges tolleret, parturientibus culmis densior arista floreret. igitur talis et martyrii primo casus, postmodum fructus est, qui morte uitam condemnat ut uitam morte custodiat.

8 Quid enim tam eximium adque sublime est quam inter tot instrumenta carnificum deuotione robusta cunctam fidei reseruare uirtutem? quid tam magnum adque pulcherrimum quam inter tot circumstantium gladios libertatis suae dominum ac salutis auctorem repetita saepius uoce profiteri, et maxime si ante oculos tuos ponas nihil detestabilius esse dedecore, nihil foedius seruitute, aliud te debere iam petere, aliud optare *iam nihil* quam eripiendum esse cladibus saeculi, exuendum malis mundi et inter ruinas orbis iam iamque perituri alienum a terrena contagione uersari. quid enim tibi cum hac luce cui lux

1 lactentibus *scripsi*. latentibus *LNPQT*. laetantibus *r*. iacentibus *Pamelius* turgrescunt *L*. turgesgunt ac *T* 2 coquuntur *Q*^{2} (coguntur *MQ*^{1}). *fort.* conduntur uites *N* es *in ras.* abscinditur *v*, absciduntur *N* 3 uba *T* aduentu *N*, augmentum *v* 4 cedit] sed id *Q*^{1}*T*. sedit *Q*^{2}. se edit *M sed* edit *in ras.* quidquid in *N*. quid *T* profecit *Q* 5 agris iuuit *P*. agris iuuat *Q*^{2}*T* (uat *T in ras.*), agris (agri *L*) si uult *LN*, agris ubit *Q*, acris subit *M* calores *L*. calore *PQTr* uagantis *LP*. uacantis *T*. uocantis *Q* 6 terrae *om. N* laxaret *L*, laxare *NPQT*, laxentur *v* iuuet *N*. iubet *QT* leues *om. T*. plebe *Q* crepitati *PQ*^{1} torre *QT*^{1}. terrore *L*^{1} 7 sic se *scripsi*. si se *LN*. sin *Q*. si in *T*. si *P*. se *r* tollere *QT Oxon.*, set tolleret *P*, tolleret et *v* 8 ualeat florere *Oxon.* tales *LNQT* martyri *fort.* 9 mortem *Qr* uitam] tam *v* condempnat *M*. contemnat *Qv* uita mortem *T* 10 quid…uirtutem *om. Q* eximium] exiguum *P* sublimen *T* strumenta *T* 11 reserare *fort.* 12 quid] enim *add. Q* circumstantes *N* 13 libertate suae dm̄ *L* 14 profiteri *MQ* teri *in ras.*, profecti *Q*^{1}*T* ponam *Q* 15 seruitute] nihil *add. v* petere] praeter *Q* 16 iam nihil *addidi*, *om. LNPQTr* cladibus *ex* gladiis *T* exeundum *M*^{2}*PQ*^{2}. exeundem *M*^{1}*Q*^{1}*T* 17 et *T*. nec *LNPQ* 18 uersare *QT* lux *ex* lex *L*

aeterna promissa est? quid cum hoc uitae naturaeque commercio quem caeli amplitudo deposcit? sane teneat cupiditas ista uiuendi, sed quem post inexpiabili malo saeuiens ignis aeterna scelerum ultione torquebit. teneat cupiditas ista uiuendi, sed quibus et mori poena est et durare tormentum. tibi iam et mundus ipse succumbit et terra cedit qui morientibus cunctis ad hoc reseruatus es ut martyr esse potuisses. aut non cotidiana cernimus funera, cernimus nouos exitus diuturnos factos, sed et saeuientibus morbis inexperta cuiusdam cladis exitia ac stragem populatarum urbium intuemur, unde possimus agnoscere quanta martyrii habenda sit dignitas, ad cuius gloriam nos cogere etiam lues coepit.

9 Etenim, carissimi fratres, respicite ad hoc quaeso uos plenius in quo et salus uertitur et sublimitas conputatur: licet non sim nescius etiam uos plenissime nosse statum omnium nostrum iudiciis contineri neque ignorare hanc esse nobis traditam disciplinam, ut sine ullo terrore militiae uim tanti nominis tueamur: quippe quos pridem a desiderio lucis istius cupiditas aeternae memoriae deduxerit, quos futurorum uota diuellerint quosque ab omnibus uitiis optanda Christi societas segregarit: hic si exitio succumbere, morti animam dubitamus

1 commercio *om.* P 2 sane] ante QT 3 quem post] post QT, quos Nv inexpiabile malum P seueniens L, seruiens QT 5 et terra *om.* M^1 (*exh.* M^2Q), et terrae T 6 es reseruatus Q *sed* es *s. l. m. 2* (es *om.* M) es ut] ut QT 7 aut] an v funera cernimus *om.* QT 8 exitus] corporis *add.* v diuturnos factis LPT, diu tracti v sed et L, et $NPQT$, *om.* v, ex *Oxon.* saeue** entibus L inexperta N, inexpers LQ^2, inexper PT^1Q^1, insuper M super *in ras.*, inexpertae T^2v 9 strage LM^1NPQT, strages M^2v populorum QT unde] ut QT possumus LP 10 adcognoscere L martyria QT, martyrib. M b. *in ras.* cuius ad T 11 nos *om.* T cogere] noscere T, cognoscere L luis P, salus T, saluos Q cepit L, coeperit P 12 perspicite Q (respicite M) 13 salutis QT uertitur et] uertitur Q, uestrae M *in ras.* 14 uobis T statum LN^1, statu N^2P, statium QT, astancium M as *in ras.* n *s. l.*, stantium v nostrum L, nos $NPQT$ 16 tueremur L, tuemur M^1QT a] ad QT^1 17 lucis) loci Q aeterna QT reduxerit N 18 diuellerint] diu fellerint T, diu fellerent Q, sustollerent M *in ras.* 19 hic si L, nisi hic $NPQT$, nisi si v succumbumbere T dubitamus] diuitamus QT

offerre, nec iam retinenda sunt nobis et amplectenda beneficia diuina quorum ultra rerum ardorem tanta sit ista merces quantum in dicendo humana mediocritas uix possit inplere. sanguini nostro patet caelum, sanguini gehennae cedit habitaculum et inter omnium gloriam pulchrior sanguinis titulus et integrior corona signatur.

Sic quotiens de hoste triumphalibus spoliis onustus miles ingredi- 10
tur, uulneribus suis gaudet: sic quotiens tempestatibus diu nauta fatigatus litora tuta contigerit, felicitatem suam de perpesso periculo ducit. est enim profecto, nisi fallor, labor laetus per quem securitas inuenitur. igitur toleranda sunt omnia, patienda cuncta, nec adpetendum quo modico gaudeas tempore et perpetuo puniaris ardore. meminisse enim debemus uelut quadam te foederis pactione constrictum, ex qua aut capessendae salutis sit iusta condicio aut poenae merita formido: stas inter aduersa pariter et prospera, arma [inter] et tela: hincque te saecularis ambitio, inde caelestis admonet magnitudo.

Si salutem times perdere, scito te mori posse. porro autem contem- 11
nenda tibi mors est, cui Christus occisus est. ante oculos tibi quoque concurrant dominicae promissionis exempla, concurrant oblata et

1 et] sed *M* (et *Q*) debeneficia *T* b *in ras.* 2 ardore *QT* sit ista] et sitis *QT*, sit *v* dicendum P^1 3 meocritas *T* posset *Q* 4 sanguini nostro *v* gehenna *T* inter omnia *v*. inferiorum omnium *Oxon.* gloriarum *LNP*, gloria *T Oxon.*, gloriae *v* 5 signatus *QT*, signatum *LNP* 6 sic *Q m. 2 in marg.*, sit $LMNPQ^1T$ triumphabilis *QT* milex LT^1 7 gaudent *L*, gaudens *NPQT* diu nauta] diuina aut a *T* 8 contegerit *QT* 9 et enim *Q* profectio *Q*, profectioni *T*, profectionis *MP* nisi *om.* M^1PQT 10 sunt cuncta *L* 11 quo modico] quomodo id $LMPQ^1T$, quod in isto *N in ras.*, quomodo hic Q^2, quomodo breui *v* ardorem *Q* 12 debes Q^2v (debemus MQ^1) 13 aut] ut $LMNQ^1T$ *sed T s. l.* capissendae T^1, cupis inde *M in ras.* poena *N* 14 formido stas] formidolositas *T* lo *s. l.*, formido sita *Q*, formido hinc a *M sed* hinc *in ras.*, forsitan *LN*, forsitam *P* inter] sinister *Q*, sinistra *M* ra *in ras.* et] ac *v* propera *Q* inter *om. LNPQ* 15 que *eras. in M* (*exh. Q*) inde] hinc *M in ras.* inde *Q*) 17 .emori *T*, memori *Q* 18 tibi quoque *scripsi*, tibi quae *T*, tibique *LNPQ*, tibi quaeso *v* 19 concurrent *QT* (corcurrant *M*), concurrunt *N* promissionis] passionis *v*

praemia et parata discrimina, quantamque inter se habeant difficultatem res utrasque conspicito. nec enim poteris confiteri nisi scias quantum noceas, si negaris. caelo martyres gaudent, ueritatis inimicos ignis adsumet. paradisum Dei testibus floret, negatores gehenna conplexa aeternus ignis inardescit. et ut de ceteris taceam, hoc nos utique magis debet hortari quod confessio uocis unius Christi perpetua confessione seruetur, sicut scriptum est: qui me confessus fuerit in terris coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo et coram angelis eius. adhuc accedunt ad gloriae cumulum ornamenta uirtutum. ait enim: fulgebunt etiam tamquam scintillae in arundinetum discurrentes, iudicabunt nationes et dominabuntur populis.

12 Magna est enim claritas, fratres carissimi, uitam salutis aeternae honestate passionis ornare, magna sublimitas ante ora Domini aspectumque Christi potestate summa tormenta contemnere nec horrere. sic Daniel minas regis et leonum frementium rabiem per substantiam fidei suae uicit, dum adorandum nulli alii esse quam Deo credidit. sic in camino pueris constitutis in se arsit incendium, dum ignes iusti tolerant, quod de gehenna Domino credendo metuebant. unde et retulere condigna, non in posterum tracti, non salutis aeternae praemio reseruati. fidem illorum Deus uidit, ut quod sibi post exitum promiserant uiuere mererentur in corpore. nec enim poterit aestimari

7 Luc. 12. 8. 10 Sap. 3, 7—8.

1 et quantamque M^1PQ^1, et quantam M^2Nr 2 conspicio *T*, conspice *Q* ne enim *T*, non enim MQ^1 3 t noceat *L* negaueris *v* 4 absumet *v* paradisus *v*; *cf. pag. 28, 17* 5 aeternusque *N* ardescit *M* (inardescit *Q*), inardescet *v* hoc nos] hoc nos (nos *corr. in* non *M*) taceam hoc nos *Q* 8 in terris *om. Q* 10 commulum *T* uirtutium *Q* fulgebunt iusti *v* etiam *corr. in* et *Q m. 2* (etiam *M*), *om. v* 11 harundineto *NP* 13 caritas f. c. *QT*, fratres carissimi claritas *v* 14 hora *LN*, *ora *Q*, horam *M* 15 potestate s.] potestatis humanae *QT v* **nec *Q*, **nec ne *T* 16 regis *om. QT* constantiam M^2v 17 nullum alium esse quam deum M^2v credit *N* 18 in se seuit *M in ras.* (in se arsit *Q*), nil lesit *N in ras.* dum *om. T* ignis *L* 19 quod] quos *v* 20 t. non] tracti ***N* de aeternae *T* 22 uidere mererentur *v*, ut uererentur *QT* nec] haec *LP*, hinc *N*

quanta in praesenti tributa sit merces. si saeuitia fuit, cessit: si flamma fuit, consedit. erat enim una mens omnibus quam nec uiolentia frangeret nec ira subuerteret nec a deuotionis obsequio timor mortis inhiberet. unde per gratiam Domini factum est ut sic in illis rex potius uideretur punitus esse, dum euadunt quos se crediderat occidisse.

Nunc iam ad eam rem, fratres carissimi, ueniam ex qua ostendere 13
satis possim quanta martyrii uirtus habeatur: quae tametsi est omnibus nota proque ingenitae claritatis insignibus expetenda, tamen plus addidit necessitas temporis desiderio uoluptatis. etenim est muneris magni si eo tempore quis coronetur quo coronatum se putat, si forte moriatur. igitur cum sit sublime excelsumque martyrium, nonne magis est necessarium, cum mundus ipse subuertitur partimque orbe concusso natura deficiens ultimi exitus monumenta testatur? nam et cum caelo imber incumbit, pluuias aer triste praetendit, et quotiens atra tempestas horrenti imminet pelago, per interaperta nubium ante coruscantium fulmina relucescunt: sed et cum magnis mare fluctibus uoluitur, paulatim unda se tollit paulatimque aequor albescit, donec cernas ita postmodum ruere, ut in illis quibus retunditur saxis spuma

1 tributa] tribulatione *Tv sed in T* tione *s. l.*, tribulata *Q* saeuitia] saeuitiae *LPT*, sebitiae *Q* fuit *LNPQT*[1], furentis *T*[2], fugit *v* cessit si *LNQ in marg. add. P*, cesserit *T*, si cessit *v* 2 fuit consedit *om. QT*, constitit *v* et erat *P*, constiterat *QT* 3 deuotionis] deuocationis *T* 4 in *om. T* 5 occidere *LQTv*: pars secunda *add. L* 7 eam rem] eadem *QT* qua] quibus *M in ras.*, quia *Q*. 8 quae tamen etsi *N*, qui etiam etsi *Q*, qui etiam si etiam *T* omnibus est *v* 9 proq. *N* q. *in ras.*, pro qua *QT* claritate is *T* 10 uoluntatis *Nv* muneri magni *L*, muneris magnis *M*[1]*Q*[1] (nis *in* ni *corr. M*[2]*Q*[2]), in muneris magnis *N*[1], in muneribus magnis *N*[2]*PTv* 11 quo] qui *P* 12 moriantur *T* et excelsumque *P* nonne] nunc *QTv* 13 cum *scripsi*, quo *LNPQT*, quando *v* orbis *M* (orbe *Q*), ob *N* concursu *M*, concursso *Q*, concussa *N*[2] 14 momenta *v* testantur *P* et *om. T* 15 pluuia se triste *QT*, pluuiam tristem aer *uel* pluuias aer tristis *v* ostendit *Oxon.* 16 horrent *corr. in* horrens *T* inter aperta nubium ante *NP*, interapertam humum ante *L*, apertam humium nocte *Q*, inter aperta humium necte *T* 17 flumina *PQ* relucescent *M* (relucescunt *Q*) et *om. L* mare magnis *v* 18 paulatim . . . tollit *om. Q* 19 in illis] illisis *Oxon.* quibus] quidem *N* saxis] axis *P* spuma] spumam *v*

altius iaceat quam unda tumidum pelagus exspuebat. legis scriptum esse usque quadrantem nos ultimum reddere. sed haec res est ablata martyribus. etenim qui salutis aeternae cupiditatibus freti uitae desideria uicerunt, hos inexpertos doloris uniuersos Domini promissa fecerunt.

14 Igitur hinc primum, carissimi fratres, poterimus expendere quanta martyrii uirtus possit inplere. adque ut transeam cuncta, meminisse debemus quanta sit gloria ad Christum inmaculatum uenire, consortem passionis existere perpetuaque cum Domino aeternitate regnare, carere exitiis inminentis saeculi nec inter cruenta morborum populantium strage communi cum ceteris sorte misceri. adque ut sileam de corona, si tibi in his naturae lubricis malis posito uitae promitteretur excessus, nonne omni mente gauderes? si qua te in huius mundi turbinibus fluctuantem uicina arcesseret requies, nonne mortem pro remedio conputares? positus inter arma carnificum ac tela probantium quaestionum, sta sublimis ac fortis considerans quanta sit poena negare eo tempore quo frui saeculo nequeas, cuius causa negaras, quoniam quidem grauia tormenta ac puniendi noxias artes in perniciem

1 cf. Matth. 5, 26.

1 iaciat *LNPv* undam *v* tumidus *LP*, tum sidus *QT* 2 ultimum *om. Q* sed] sed solis *v* res est *N*, res *L s. l. P*, pars *QTv* 3 aeternis *T* freti] fieri *Q*, fidei *M* dei *in ras.* huiusce uite *Q*, uitae huiusce *Tv*, uice *NP* 4 inexpertes *LNP*, in inexpertis *QT*, expertes *v* | dolores *NPQT*, doloribus *L* uniuersi *NQv*, uniuersis *T*, uniuersa *P*, sunt uersi *M* promissa] propiis *Q T*, praecepta *v*, propitiatio *Oxon.* 5 fecerunt *om. QT*, coronat *Oxon.* 6 hic *Q*, *om. T* expendere] exponere *QTv* 8 consorte *T*, consortes *M* (consortem *Q*) 9 perpetuam *PTQ* aeternitatem *T* et ut carere *T* 10 exitus *P* imminentibus *QTv* cruentas *M* s *in ras.* (cruenta *Q*), cruentam *v* papulantium *L*, uapulantium *P* 11 stragem *v*, strages *M* ** communi *M*, in communi *QT*, communi communi *fort.* sortem *P* sileant *T* de corona] decoras *QT* 12 si *om. QT* si uitae *M* si *s. l.* (si *om. Q*) 13 omne *QT* qua te] qua *** *M*, quales *Q*, inquam te *v* turbinis *T* is *ex* us 14 fluctuante *T*, fluctante *Q* arcessiret *P*, arcerseret *L*, accerseret *N* et requies *T* 16 sta] ista *LQT*, stans *v* ac fortis] adpositus *N* 17 nequa eas *M* (nequeas *Q*) causa] caueas *QT* necaras *QT*, negares *v* 18 graui *QT* noxios *T* interniciem *L*

nostram Dominus sciebat armari, quo fortes ad omnem tolerantiam faceret. fili, inquit, accedens seruituti Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem. sed et beatissimus Paulus apostolus exclamauit et dicit: mihi uiuere Christus est et mori lucrum.

Quam ob rem, carissimi fratres, fide firma deuotione robusta 15 contra omnes saeculi atroces et asperos insequentium fremitus aduersa uirtute resistendum nec timendum, quorum spes aeternitatis et uita caelestis est quorumque ardor in cupidine lucis succenditur et salus de promissa inmortalitate laetatur. hoc uero quod catenis artantibus manus adstrictae et circumacti graues ceruicibus nexus solido deprimunt pondere uel quod eculeo corpus extensum candentes stridet ad laminas, non expetendi sanguinis sed temptationis est causa. nam et ipsam martyrii dignitatem quemadmodum possemus agnoscere nisi illam etiam cum damno corporis nostri cogeremur optare? sensi equidem, nec me ueritas fallit, cum saeuae incumbentium manus membra diuellerent artusque laniatos tortor saeuiens exararet nec tamen uinceret, circumstantium uerbis 'magnum istud est' dici 'profecto nescio quid, non doloribus subigi, non poenis angentibus frangi'. sed erant aliae dicentium uoces: 'et puto liberos habet. nam est illi societas in penatibus coniux, et tamen nec uinculo pignerum cedit nec obsequio

2 Sir. 2, 1. 2. 5 Phil. 1, 21.

2 inquit *om.* P^1TQM^1, ait M^2 ad seruitutem *Pv* 4 beatusimus *T* exclamat Q^2 (exclamauit MQ^1) dixit *Pv* 5 mihi *om. P* 6 frs kmi *Q* 7 omnis *T*, minas M^2Q^2v, minis M^1Q^1 atrocis *LQT* asperi *Q* 8 resistendo *T*, resistende *Q*, resistite *M* ite *in ras.*, resistendum est *v* spe *P* 9 est] et *T* ardori L^1 cupidinem *v* accenditur *v* 10 inmortale M^1Q^1T catenis] canis *T* aptantibus *Q* 11 manis P^1 strictae *NTv*, stricta *Q* 12 stridente *T*, stridentis *Q* 13 ad laminas *om. Q*, iam minas *T* non expetendi *om. Q* temptionis *T* 14 ipsa *T* possumus *Q*, possimus *T* adcognoscere *L* 15 damna *LPQT* sensic quidem *P* 16 fallet *QT* seue *Q*, saepe *LP* 17 diuellerint *P* artosque L^1P laniatus *QT* tortor] tor *T* exarearet *T* 18 istud] ustus *QT* dici *om. Qv* (*exh. M*) profectio *NPQT* 19 quod *Qv* subici *N* agentibus *QT* 20 uocis *QT* liberis *QT* societas] socia *v* 21 coniux] quoius *QT*

pietatis abductus a proposito suo deficit. noscenda res est, uirtus penitus scrutanda uisceribus. nec enim leuis est ista quaecumque confessio, propter quam homo patitur, et mori posse.

16 Etenim, carissimi fratres, uirtus est tanta martyrii, ut per illud credere etiam ille cogatur qui te uoluit occidere. scriptum est et legimus: in dolore sustine et in humilitate tua habe patientiam, quoniam per ignem probatur aurum et argentum. quoniam ergo nos terrenis temptationibus probat Dominus et his saeculi malis scrutatur Christus et expendit, gratulandum nobis est adque laetandum quod non illis perennibus reseruet exitiis, sed gaudeat ab omni contagione purgatos. ceterum ab his quos hereditatis participes adsciscit et in regna caelorum libenter adsumit, quid utique aliud quam integritatis ambitum quaerit? ipse finxit uniuersa et quae iacentibus se explicant campis et quae in obliquos se erigunt colles, et quod caeli magnitudo circumuenit et pelago circumfluente lubricum aequor includit. quod si illi adiacent omnia nec a nobis exposcit nisi facta sincera, auro, ut ipse dixit, similes esse debemus. aurum quippe cum relucentibus terris tremulo uideris splendore sub lumine ros et in liquidum flammis torrentibus resolui, sed (nam et artificis gratia fere sic

6 Sir. 2, 4. 5.

1 adductus *LP* propoto *L* et uirtus *v*, uiribus *LNP* 3 se homo *LNP* possit *Q* 4 illum *QT*, illam *v* crede *M* (credere *Q*) 6 et in] et *Q* patientiam habe *QP* 7 et] sed *QT* 8 saeculis *T* 9 scrutator *Lv* christi *QT* et *addidi, om. LNPQTv* expedit *NQT*, *exp. N m. 2, om. P* est *om. Q*, et *T* 10 illis] illis nos *v* reseruat *L*, reuerset *N*^{1}*PQT* gaudet *LQ*^{2}, gaudit *MQ*^{1}*T* 11 purgatos] fugatas *QT* ad haereditatem *ex* ab haereditate *N* 12 adiciscit *Q* 13 integritas *NPQ* quaeri *QT*, quaerit? sua *v* finxit *scripsi*, pinxit *ex* dixit *N*, benedixit *L*, dixit *PQTv* 14 se *om. QT* et *om. LNP* oblisquos *Q*, obliq^{o}us quos *L*, nobilis quos *T* se *om. LP* 15 et] sed et *v* quod] quos *LNPQT* se caeli *N*^{1}*PQT*, seculi *LM sed M in ras.* et] et quod *v* circumflente *QT* librico *T* 17 simile *T* 18 tremolo *L* splendori *Q*, splendoris *T*, splendere *v* limine *NPQTv* ros *om. v* 19 resoluisset *LNPQT*; *repetit continuo Q*: aurum quippe c. r. t. t. u. splendoris sub limine ros e. i. l. f. t. resoluisset sed *om. v* artificum *P* fere] ferre *Q*

est) caminis quotiens anhelantibus aestuans ignis euomitur, aditu terrae canali angusto diues flammis elicitur et refluentibus glebis arena retinetur. unde necesse est uniuersa sufferre, quo possimus omni scelere carere, sicut per prophetam suum dixit: et si coram hominibus tormenta passi sunt, tamen spes illorum inmortalitate plena est, et uexati in paucis in multis bene disponentur, quoniam Deus temptauit eos, et inuenit illos dignos sui et quasi holocaustam hostiam accepit illos.

Quod si te dignitas ambitiosa deterret et congregata in thesauris 17
pecuniae admonet magnitudo, quae semper propositum bonae mentis auertit et deuotam pro Domino suo animam furiali egit honore, quaeso repetas uerba caelestia. nam et illa uox dicentis est Christi: qui perdiderit animam suam pro nomine meo, recipiet in hoc saeculo centuplum et in futuro habebit uitam aeternam. qua utique nihil maius, nihil aptius, nihil utilius conputare debemus. nam licet pretiosarum uestium more purpura in imagines currat et lentescentibus filis aurum erret ad speciem, nec de effossis grauia quibus incumbis desint metalla thesauri: uacua, nisi

4 Sap. 3, 4. 5. 13 Matth. 19, 29.

1 anhellantibus L, sane languentibus QT 2 terrae] terrestri QT flamma v? elegitur NQT, erigitur LP gleuis harena P, leuis (leuibus T) harena QT 3 necese M (necesse est Q) sa sufferre incipit S quod QT 4 omne QS^1T 7 dns S^1 eos S, illos LNPQTv 8 dignis T^1 sui] se LQv olocausta QS, holocaustum L^2, holocausti v 10 quid si Q congregata S, congesta LNPQTv thensauris PQS 11 admonet m.] dns magnitudo S, magnitudo admonet v praepositum Q 12 pro om. Nv agit S^2v, aegit NT, elidit v honore corr. in onere S m. 2, horrore v 13 et] id QT illa S, ipsa LNPQTv uoce Q, uoci M, uocae T 14 propter me i. h. s. recipiet Q 15 habebit u. ae. S, uitam aeternam possidebit LNPQTv 16 nihil] qua nihil LPT, quia nihil Q nihil aptius om. Tv utilius] ut in nihil T 17 imaginis QS^1T 18 lentesgentibus QT, lentescendibus P dibus in ras., enitiscentibus S filis L, filiis S erret] heret P 19 de effossis] de fossis S, de offossis Q de s. l. quibu- cui Q incumbi QS^1T desini QT thensauri PQS, thesauris S^2v uacua] tamen add. v

fallor, ista adque inania conputabuntur, si adiacentibus tibi cunctis sola salus deesse uideatur, sicut sanctus spiritus loquitur nihil nos in uicem animae nostrae posse dare. ait enim: si totum orbem lucrifeceris et animam tuam perdideris, quid proderit tibi aut quam homo commutationem dare potest pro anima sua? uacua sunt enim uniuersa quae cernimus et quae infirmibus radicibus positae soliditatis suae uim nequeant sustinere. nam quod de saeculo capitur, uetustate temporis frustratur. unde ne quid esset dulce uel carum uel quod salutis aeternae praeferri cupiditatibus possit, dominicis amputata praeceptis, iure proprio ac lege priuata sunt: ne in tormentis scilicet patrem positum filius, fratrem frater frangeret neue obstrictum durati roboris pectus in aliam uoluntatem adfectus forte mutaret, solam ueritatem salutemque solam inter magnos conplectendam esse cruciatus suo Christus iure constituit, in quo coniunx liberi et nepotes, in quo omnis uiscerum soboles felici usurpanda uictoria est.

18 Nam et Abraham sic Deo placuit, qui temptatus a Domino et filio non pepercit: pro quo ignosci forsitan posset si illum dubitasset occidere. armauit manus religiosa deuotio et omnis pietatis Domini

3 Matth. 16, 26.

1 adque] et S *s. l. m. 2* tibi *om.* Q 2 sicut] sic S spiritus sanctus *v*, scs xps P 3 posse dari T, possidere P^1 4 prodeerit S^1 tibi] uobis LNPT 5 dare potest S, dabit LNPQTv animam suam QS^1 6 infirmis Nv 7 posita NS^2v et quod S^2, quod et $LPQS^1T$ 8 uetusta Q T frutratur S^1 ne SN, et ne LPQT esse QS 9 uel quod] quod *v* praeferre cupiditatis T 10 posset L, possim QT 11 ne] nec LNPQST scilicet] licet S positus *ex* positum S, *om.* LNPQT fratrem frater frangeret *scripsi*, fratrem fr negaret S, frangeret LNPQTv, frangere M 12 ne obstrictum *ex* ne uobis strictum S *m. 2*, neuc his strictum T rati robores S^1 uoluptatem LNP 13 forte *om. v* 14 conplectendum N cruciato S^1 suo S, suos LNPQT christus] aps S 15 coniux et *v* liberis QT omnes QS, omne LPT suboles LNPQ felicius LNPT, filicius S, relicius Q 17 et *om.* S a deo QTv filio suo Tv 18 forsitam $LPQS^1T$ 19 manus] ds QT et *eras. in* N omnes S^1v, omne uis S^2, *eras. in* N pietatis S^2, pietas $LPQS^1T$, pietatis affectus *v*, *eras in* N

iubentis imperiis pietas paterna neglexit. nec horruit quod nati funderet sanguinem nec intremuit ad uocem, et adhuc pro eo Christus non fuerat occisus. quid enim carius eo quam qui ne quid inuitus hodie sustineres, prius passus est quod doceret? quid eo dulcius, qui cum ipse sit Deus noster ac Dominus, tamen patientem pro se hominem regni caelestis efficit coheredem? o grande nescio quid, siue quia illud conscientiae ratio uix sustinet arcere, quin magna semper miretur ad munera, siue quia tam larga est maiestas Dei ut insperantibus cunctis etiam ea offerat quae nobis contemplatione factorum nefas fuerat optare. etenim tantum si salus daretur aeterna, pro ipsa perpetuitate uiuendi haberemur in gratia. at nunc cum caelum ac iudicii de ceteris facultatem perenni saeculo largiatur, quid est in quo spem his omnibus possit humana mediocritas experiri? si iniuriis ageris, prior actus est ille. si contumeliis premeris, Dei munus imitaris. unde et parum est quidquid pertuleris pro eo, qui nihil amplius potes facere, nisi quod in hoc salus uniuersa consistit, quia martyrio totum ille promisit. denique apostolus, cui cordi fuere semper uniuersa, cum instar munerum promissorum penitus miraretur, aestimo, inquit,

18 Rom 8, 18.

1 inperiis S^2, inperii LN^1PQS^1T, imperium N^2, imperio *v* neclexit *LS* fundaret *M* (funderet *Q*), pendere *T* 2 christus ... *l. 3* eo *om. Q* non || non *S* 3 quam *om. v* ne] eo *T* inuito *S; cf. 45,4* 4 sustineris *QT*, sustinueris *L* quod] quam *S* quid eo] qui deo *Q* 5 sit *S*, est *LNPQT* ac] et *v* 6 effecit *S* haeredem *N* grande] graue *T* quia] qua *T*, quale *Q* 7 scientia *T* uix] me *T* sustinetur *QT*, sustineret S^1 arcere *S*, carere *LNQT*, careret *P*, capere *v* quin NQS^2T, qui in LPS^1, quamuis *v* magno *P* 8 large *Q* est *om. QT* ut maiestas dei *LQT* inspirantibus S^1TQ, insesperantibus P^1 9 ea etiam *N* contemplationem *L* facturum *QT* non fas *T* 10 si tantum (tantus *Q*) *LNPQTv* dare *L* perpetuitatem S^1Q 11 habemur *Q*, habeamur *T*, haberemus *Nv*, *om. P* in gratiam *S*, ingrati *Oxon.* at NS^2, ac $LPQTS^1$ ac *S*, ad *LPQT*, et *Nv* iudicii *ex* iudicium *S*, iudicandi *LNPQTv* 12 perennis *QT* spem SQ^2, sperare *LN*, sperem *P*, speremus MQ^1T, se parem *v* 13 his *om. QT* experiris *LT* si *om. L* 14 ac*tus *S* praemeres S^1 imitares S^1 15 potest *LNPQST* facere *om. QT* 16 quia S^2, qui $LNPQS^1T$ 17 corde *LNPQST* 18 miratur L^1, minaretur S^1

non esse condignas passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis. etenim secum ipse uoluebat quantae mercis existeret ut ei cui sufficeret morte carere non tantum salutis daret praemium, sed et conscendere caelum, caelum quod nec fugata lux cogit in noctem nec alternis uicibus dies aperit in lucem, sed aeris liquidi serena temperies per sudum igneo fulgore rutilantem puram explicat claritatem.

19 Iam superest, carissimi fratres, ut debeamus ostendere cui rei martyrium prosit. adque illud profecto doceamus quod nos ad hunc gloriae titulum metus excitet futurorum. etenim quibus magna promissa sunt, magis magna sunt quae metuenda illis esse uideantur. nam nec se in arma miles accendit priusquam inimica hostis tela commouerit. nec nauem aliquis statione subducit nisi animum pelagi pauor strinxerit. sed et intentans suis opibus scrutator agricola non ante felici terram suscitat uomere quam in puluerem imbre concepto putris gleba soluatur. ita est omnis naturalis hic usus, nescire quid prosit nisi agnoueris quod occidit. unde et datur sanctis omnibus praemium dum infliguntur iniustis tormenta factorum. igitur quae suis promiserit Dominus nemo qui nesciat, dubium sed nec quantis minetur. et quoniam ita se adtulit sermo ut de

1 passionis S^1, passionem *Q* (passiones *M*) 3 ipsum *L* quanta* *Q* (quantae *M*) mercis *LPS*, merces *NQT*, mercedis *v*; *cf. p. 48, 14* existerent S^1 cuius *S* 4 careret *Q*, cararet *T* non ... daret *om. Q* salus *T* daretur S^2v sed *corr. in* esset *Q* (sed *M*) conscenderet $LPQS^1$ 5 nec] ne *T* fucata *S*, fundata *Q* lux *T sed* ux *in ras.* alteris L^1 diebus apperit *T* 6 luce S^1 aer S^1 liquidis *L*, si liquidi S^1 9 prosit] proposit *S* atque ut *v* illi profectus *T* quos nos adhuc *QT* 11 magis *ex* magnis *S m. 2* sunt *om. S* illi *Q* 12 uideatur *QT* nec *om. QT* se] si *Q* milex *QT* ascendit *QT* 13 in. hostes *uel* se in. hostis *v* commouerint *LPQTv* aliqui *LNPQS*, aqui *T* stationes *T*, sub statione *Q* (statione *M*) 14 strinxerint P^1T 15 scrutatur *LT* suscita *QT* bomerem *Q* (uomere *M*), uomerentur *T* 16 puluere *Q* inbrem *LQT* putres S^1 glebas *T* 17 nec scire *T* 18 scis *add. P in marg.* infiguntur *P* 19 facturum *Q* igitur ... *p. 43,2* exponam *om. P* nemo *LS*, nemini *NPQTv* 20 nec *om. Q (exh. M)*, nec dubium *v* quantos *v* minatur *Q*; *add. LNQT*: ignarum; *add. v*: ignes suppliciorum et *om. LN*

utrisque habeatur ratio, paucis, ut de utrisque dixi, breuiter exponam.

Saeuiens locus gehenna cui nomen est magno plangentium mur- 20
murat gemitu, et eructantibus flammis per horrendam spissae caliginis noctem noua semper incendia camini fumantes expirant, globus ignium artatus obstruitur et in uarios poenae exitus relaxatur. tunc saeuiendi plurima genera cum in se ipse conuoluit quicquid ardoris emissi edax flamma cruciarit. his quibus recusata uox Domini et imperia fuere contempta disparibus coercet exitiis: proque merito salutis exactae uires suas suggerit, dum par sceleri discrimen inponit. et alios quidem moles intolerabilis curuat, alios per abruptum cliuosi tramitis collem uis saeua praecipitat et catenarum stridentium nexum graue pondus inclinat. sunt et quos agens strictim rota et indefessa uertigo et quos tenaci inter se densitate constrictos adhaerens corpori corpus includat, ut et absumat incendium et grauet ferrum et se cruciet turba multorum.

Quibus autem inquisitus semper Deus fuit aut notus, numquam 21
excidit Christi locus, ubi iacet gratia, ubi uirentibus campis terra luxurians alumno se induit gramine et redolenti pascitur flore, ubi

1 utriusque *S*¹ habeatur ... utrisque *om. S* ut] et *v* ut de utrisq. *exp. Q* 3 cui gehenna *c* placentium *LPQT* murmur ad *S*¹, murmura *QT*, murmura et *P*, murmure et *Nv*, murmure ac *S*² gemitum *LPQT* eructuantibus *LPQT* horrendas pissae *LPQT* 5 nocte *PQT*, noctes *L*: noctis caliginem *v* noua *S*, aeua *L*, saeua *NPQTv* fumantes *S*, inundantis *L*, fumantium *NPQT*, fumantis *c* exspirat *c* globos *N* 6 tum *ex* tunc *S m. 2* 7 saeuiendo *P* plurimo *LNPQT* genere *LNP* cum] tum *QST sed in S exp.*, dum *v* in *om. NP* ipsae *S* 8 cruciat *S* hii *L*, hos *N* (*sed o corr.*) *c* 10 uires suas] uirescas *Q* pars sceleris *LNPQS*¹*T* inponat *S*¹ et *om. S* 11 molis *LNPQT* 11 curbat *Q* 12 tramiti *Q* colles *LPQS*¹*T* ui *LNPQT* saeuia *QT* praecipitate *Q* (praecipitat *M*) et *om. T* nexu *NPS*² 13 inclinati *LQT* instricti in *QT* indefensa *QT* 14 tenati *Q*, nati *T* corpori] corporis *PQT* 15 includit *c* et *om. NP* adsumet *T*, adsumat *M* graue *L* se c.] scruciet *Q* 17 autem] aut *QT* inquisitos *S*¹ fuit ds semper *LNPQT*, semper fuit deus *c* nutus *S*¹ 18 excidet *P* iacet *corr. in* adiacet *S m. 2*, tacet *QT* uberentibus *Q* 19 luxorians *L* ubi alumno *S* dolenti *L*, redolent *QT*

altum nemora tolluntur in uerticem et ubi arborum densior coma uestit, quicquid curuantibus ramis scena deiacens inumbrarit. omnia illic non frigoris nec ardoris nec ut autumno arua requiescant aut iterum tellus uere nouo fecunda parturiat. unius cuncta sunt temporis, unius poma feruntur aestatis: quippe cum nec mensibus suis tunc luna deseruiat nec per horarum sol momenta decurrat aut in noctem lux fugata concedat. habet populos quies laeta, sedes tenet placida, ubi fons scaturiens medius sinu aluei prorumpentis emergit et rauco per interualla circuitu sinuosis flexibus labitur, ut in ora nascentium sibi fluminum diuidatur. hinc ergo magna laus martyrum, hinc nobilis corona uictorum, quibus maiora his repromissa sunt, quibus altiora sunt praemia. quod uero uel feris corpus obicitur uel inminens gladius non timetur, dignationis ostenditur ratio, manifestatur electio. etenim incongruens fuerat ut quos tanti muneris dignos iudicasset inter terrena uitia sordesque retineret.

22 Merito enim nihil uobis, o boni martyres, denegatum, quos spes aeternitatis et salus lucis expectat, quorumque deuotio uniuersa caelestis

1 uertice *LPQ*S^1*T* ubi] ubi et *T* arbor *LNPQT*, arborem S^1 densior arborem *uel* arbor densiore *v* 2 uestit* *Q*, uestiti *M* scaena *PQ*, caena *L* deiaciens *S*, disiacens *L*, deiiciens *v* inubraret S^1, in umbra erit *P* 3 ut *S add. m. 2*, cum *QT*, ut in *v* requiescat *PQT* aut ut *QT* 4 nouo uere tellus *LNPQT*, uere nouo tellus *v* parturit *Q* (parturiat *M*) unius c. s. temporis *om. QT* 5 aut unius *Q* (unius *M*) poma] poena *Q* aestate *PQT* 7 concidat *P* populus *NPQ*S^1 quies . . . ubi *om. Q* quietem S^1 laetas *NPT*, laetam S^1 sedes tenet *om. S* sedes] senens *T* et placidam *S*, placidas *NP* 8 scaturriens *LNP*, scaturniens *T* sinu albei *NQ*, ** aluei *T*, in ualle *S* prorumpentes S^1 rauco] pauco *NPQT*, *om. M* 9 interuallo *QT* circuitus *PT* sinuosis] is *T* hora *LPQT* noscentium S^1 10 sibi] si *T* hic *N*S^1 11 nobilis] nobis *QT* quibus maiora *om. LNP* promissassa *S* sunt *om. S* quibus a. sunt *om. LNP* 12 altiora] auctiora *v* 13 dignatio non *S* manifestatur; electio etenim *S* 14 quos *P*, cum nos *L*, cum *NQS*, tum *T*, quem aequum *v* dignos *L*, *om. NPQSTv* 15 inter] in *LNPQST* uitia] uma *T* cordis querit inheret *QT nisi quod T* inaeret 16 o *om. L* denegatum est *S* quo *LN*, quorum *P* 17 et salus] salus *LP*, alit et *Nv* exspectat *S*, *om. LNPQTv*

et mens dedita cernitur seruitutis. merito, inquam, merito nihil nobis uelle non licitum, quorum animo despectus hic mundus et alienata saeculi facies uelut confusa tenebrarum inhorruit caecitate: cui semper hic mundus loco carceris, tecta pro claustris inuito semper habita commeatu. sic quippe triumphante uictoria de his malis rapitur quem non pompatico gressu uana subiecit ambitio aut popularis extulit magnitudo, sed quem caelesti cupiditate flagrantem suo Christus addidit regno.

Nihil itaque tam magnum adque uenerandum quam quod liberat 23
morte et facit uiuere et dat perpetuo regnare. sanctis hoc Dei aptum, miseris necessarium, omnibus gratum. quo laetantur boni, releuantur abiecti, curantur electi. etenim Deus omnium cultor uelut quoddam martyrio remedium uitae dedit, quando aliis illud pro merito eorum tribuit, aliis pro misericordia sua tradidit. uidemus quippe ad hunc nominis titulum fide nobiles uenisse plerosque, ut deuotionis obsequium mors honestaret. sed et alios frequenter aspeximus interritos stetisse, ut admissi peccati redimentes cruore suo loti haberentur in sanguine et reuiuiscerent interempti qui uiuentes conputabantur

1 et mens caelesti *v* seruituti *v*; esse uirtuti *fort.* *alterum* merito *om. Q* 2 dispectus *LST* hic] his *L* 3 caecitate *TS*², caecitaste *S*¹, caecitatem *Q*, caecitas *LNPv* cui] cui te *LP*, cui est *v* 4 inuito] inuita *Lv* habita] habitatio *L* 5 commeatu *NPS*², commeatum *S*¹, commeatus *LQTv* sic] hic *L* triumphantum *S* um *ex* em *m. 2*, triumphantibus *QTv* 6 quem *corr. in* quam *S m. 2 item. l. 7* propopularis *P*, quam popularis *S* am *ex* em *m. 2* 7 caelesti *add. P m. 2 in marg.* cupiditatem *Q* flagram *T*, fraglam *Q*, flaglam *M* christi *QT* 9 tam *P s. l. m. 2* liberat *N*, liberat a *S*²*v*, liberam *LPQS*¹*T* 10 mortem *NPQS*¹*T* facet *S*¹ cum sanctis. hoc diuitibus aptum *v* hoc deo *T*, dei hoc *v* 11 omnibi *Q* (omnibus *Q*) quod *QT* releuantur] eluctantur *S* 12 curantur] coronantur *QTv* electi *om. M* (*exh. Q*) cultorum *T* quodam *N*, quandam *T*, quondam *PQS*¹ 13 in martyrio *Oxon.* dedit || *reliqua desunt in P* quando *om. S* 14 misericordiam suam *QT* uidimus *MQ*²*v* adhoc *TQ*², adhuc *MQ*¹, adhuc ad *L* 15 fidem *T* 16 sed et *ex* set *S m. 2* inspeximus *LN* interitos *QT* 17 admissa peccata *N*²*v* suo loti] ueluti *Q*, uoluto *M*, uoluntati *T* haberentur *in* lauarentur *corr. Q m. 2* 18 reuiuescerent *LQT* qui *om. LNQST* conpotarentur *ex* conpotabantur *S m. 2*

occisi. mors quippe integriorem facit uitam, mors amissam inuenit gloriam. nam hoc spes iam amissa percipitur, salus cuncta reparatur. sic cum arantibus sementa defecerint et herbis terra morientibus aestuarit, supinis e collibus fluuium iuuit elicere et scaturientibus riuis arua sitientia temperare, quo se in uberes culmos uicta agri ieiunitas funderet et pluuiali imbre mentito seges densior inhorreret.

24 Quid igitur, fratres carissimi, potissimum referam quidue dicam? sic in unum conuenientibus titulis dignitatis turbatur animus, deducitur sensus et in ipso conatu nitentis eloquii impar sermo uanescit. quid enim est dici quod satis esse possit, cum si uim aeternae salutis expresseris, occurrat ambitio, si ambitum dixeris, praeueniat magnitudo? res simul congruunt simulque concurrunt, nec est quod dignum proferendum esse uideatur. ita inpetus orationis audentis uelut inplicatos inretitosque obuiam ex aduerso martyrii exempla tenuerunt. quae uox, quae latera, quae uires instar muneris tanti capiant sustinere? confessione uocis unius aduersa succumbunt, laeta proueniunt, patent regna, parantur imperia, deuinciuntur poenae, mors subigitur, uita profertur et infestantis inimici repugnantia arma soluuntur. si delictum est, occidit: si crimen, absistit. unde, quaeso uos, uestris hoc mentibus ponderate tantumque de nostra oratione percipite quantum sciatis uos posse sentire.

1 quippe *om.* *Q* amissa *LS¹T* 2 percipitur *corr. in* recipitur *S m. 2* salus *S*, hoc salus *LNQTv* 3 arantibus *SQ*, arentibus *LNT*, arentibus campis *v* simenta defecerent *S¹* terra] siccitate *add L* 4 aestuaret *S¹* iubit *LQT*, iuuat *ex* iuuet *S m. 2* eligere *LN*, elecere *S¹* scaturrientibus *LNQ* 5 liberius in cumulos *ex* in liberius cumulos *S m. 2* agri] anni *S* 6 et *om. T* pluuia *QT* mentitos *QT* seges] egens *Q*, agens *T* 7 fratres carissimi *om. S* 8 dignitatum *S sed* um *corr. m. 2* torbatur *S* diducitur *S* di *ex* de *m. 2* 9 in *om. QT* nitentes *QS¹T* eloqui *QT* 10 dici satis possit *v* quod *om. QT* 11 expresserit *Q* 12 tres *LNQST* simulque *QTv* conguunt *T* simulque concurrunt *om. QT* 13 audientis *T* 14 inritetusque *S¹*, inpeditosque *NT*, impetitosquae *Q* obuia *ex* ouia *S m. 2* auerso *T* martyri *S¹* 15 tanti *om. S* 17 imperia] in patria *QT* deuinciuntur poenae *S*, deuincitur poena *LNQTv* mors] more *T* subicitur *QTv* 18 si] sed *T* 19 obsistit *S¹*, absistimus *QT* hoc uestris m. ponderati *QT* 20 percipe *T*

Veniat ante oculos uestros qui dies ille sit, cum spectante populo adque intuentibus cunctis contra terrenas cruces et minas saeculi inconcussa deuotio reluctetur, quam suspensi animi mentesque sollicitae de ancipiti trepidatione gratulantes formidinis pauidae quatiantur horrore, quae illic anxietas, quae exoptatio precum, quae uota memorentur, cum adhuc nutante uictoria adque in incerto exitus casu uictrix capiti corona dependeat, cumque illa pestilens ac furibunda consessio accendatur ira, inflammetur insania, omni denique pectoris rabie ac minis frendentibus torreatur. etenim quantum hoc sit quis ignorat, ut non doloribus uulnerum, non ictibus quaestionum, uelut despecta nostra fragilitas et inopinata uirtutis humanae cedat audacia. stare hominem nec moueri, torqueri nec tamen uinci, sed poena ipsa potius qua cruciatur armari. 25

Considerate igitur quid sit, carissimi fratres, omnem martyrii dignitatem sensibus uestris animisque proponite. ecce enim in passione cuiuslibet uocati gaudent iam pridem acciti e saeculo martyres, gaudent bonorum omnium nuntii, gaudent pariter electi. ibi laetatur milite suo Dominus, laetatur teste nominis sui Christus. parum est quod dico, fratres carissimi, parum est. ita magna mihi ratio in hoc genere dicendi ac moles admiranda suscepta est: sed arbitrii, quaeso uos, grauitas ab intentione propria non desit, sciens tantum de martyrio posse dici quantum potuerit aestimari. unde et haec sola exequendae laudis fuit causa, non quo parem me gloriae eius adque 26

1 ueniant S^1 spectante *ex* sectante *S m. 2* 2 et *om. T* 3 deuotione luctetur *Q* 4 de a. trepidatione *om. S* ancipite *Q* gratulantes *LNS*, gratulantem *Q*, gratulantium *Tv* formidines NQS^1T pauido *Nv* quapatiantur *S* 5 illic *ex* illi *S m. 2* anxietas quae *om. S* precum quae uota] prae quae cum uota *Q* 6 adhuc *om. S* in *om. QST* incertos $LNQS^1Tv$, incerti S^2 exitos *QT* casum S^2, casus *v* 7 uictrix *ex* uictoria *S m. 2* 8 consensio S^1, consensi *Q*, confessi *T* accedatur *QT* rectoris rabiae *Q* 9 qui *QT* 11 dispecta *S* fragilitas] flagitas *Q* humanae (humanitas *T*) uirtutis inopinata *LNQTv* audacia *om. QT* 12 astare *QT* mouere *QT* 14 igitur *om. LNQTv* omnemq. *LN* dignitatem *S*, firmitatem *LNQTv* 15 enim] animi *QT* 16 cuiuslibet passione *QT* uociti L^1QST acciti e] accipite *QT* 18 militi *S* laetantur *Q* est *om. S* 20 est *om. QT* arbitrii] arbitramini *S* 21 ab] ad *L* propia *T* scies *T* 23 quo] quod *S* eius *om. QT*

idoneum iudicarem, sed quod tantam illic cernerem esse uirtutem, ut etsi parum de eo dicerem, plurimum me dixisse profiterer. nam praeferatur licet bono fidei custodita iustitia melioremque se inter omnium laudes uirginitas inmaculata cognoscat, cedant tamen necesse est martyrio uniuersa ac sanguini summittanturque cruori. illi elegerunt bonum, hi imitati sunt Christum.

27 Nunc uero, carissimi fratres, ne quis me arbitretur omnem salutem non alio statu quam in martyrio conlocasse, hoc primo profecto respicite neque me tantum esse qui loqui uideor neque ita se habere ordinem rerum, ut inmortalitatis spes repromissa unius partis latere nitatur. sed quoniam ita Dominus suo ore testatus est esse habitacula penes patrem multa, nihil maius credidi ea gloria qua probantur hic homines qui saeculari indigni sunt uita. igitur, carissimi fratres, aemula religione certantes uelut incentiuo quodam mercis agitati omnem uirium copiam tolerantiamque subeamus. non enim mouere nos debent caduca quae semper et quae iam euersione sua non modo lege proposita sed etiam ipso fine temporis urguentur. exclamat Iohannes et dicit: iam quidem securis ad radicem arboris

18 Matth. 3, 10.

1 tantam *NS*[2], tantum *QT*, tantu *S*[1], tanta *L* illic *NS*, in illis *LQT*, in illo *v* esse uirtutem *S*[2], seruitutem *LNQS*[1]*T* 2 et si] si *S* profiteri *QT* proferatur *N* 3 meliorumquae *Q* se inter] semper *S* 4 laudes *corr. in* laudem *S m. 2* cognoscant *L* caedant *S*, cedat *LNQTv* tamen n. est] ita ne *QT* 5 martyrio uniuersa *om.* *LNQTv* ac sanguini *scripsi*, a sanguine *S*, sanguine *L*, sanguini *NQTv* summittanturque *scripsi*, summittatur *LQST*, summittaturque *Nv* cruor *L* eligerum *T*, eligerunt *LQ* 6 bonum h. i. sunt *om.* *S* hi *om.* *QT* 7 me] nos *QT* 8 statu *S*, tantum *LNQT* colocasset *Q* primum *ex* primo *S m. 2*, prome *Q*, promo *T* 9 respicite *S*, respiciat *LNQTv* loqui qui *T* neque ita se] nequitiam sed *Q*, ne quia sed *T* 10 inmortalitas *Q* (inmortalitatis *M*) spe promissa *T* parti *QT* 12 patrum *T* nihil] mihi *QT* credendi *corr. in* credendum *S m. 2* 13 homine *T* 14 aemulare *T* ingentiuo *LQ*, ingentium *T* mercedis *v* 16 quae *N*, quem *LQT*, *om.* *S* semper] per *T* et quae tam *S*, *om.* *v* euersionem suam *LN*[1]*S*[2], in euersionem suam *v* 18 quidem] qui iam *Q*, *om.* *v* secur *S*[1] ad] a *T* arborum *LN*, *om.* *Q*

posita est, monstrans scilicet et ostendens ultimam esse rerum omnium senectutem. sed et ipse Dominus: ambulate, inquit, dum lumen habetis, ne uos tenebrae comprehendant. quod si illo tempore ambulandum nobis esse praedixit, utique ut nos magis ambularemus ostendit.

Adque ut ad laudem martyrii redeam, uox est beatissimi Pauli 28
dicentis: nescitis quoniam qui in agone currunt multi certantur et unus accipit palmam? uos autem sic currite ut omnes coronemini. sed et alibi, quo ad martyrium possit hortari, coheredes nos Christi uocauit. quin etiam ne quid omitteret, si cum Christo, inquit, conmortui estis, quid tamquam uiuentes in hoc saeculo decernitis? etenim, carissimi fratres, qui resurrectionis praemia sustinemus, qui iudicii diem quaerimus, qui denique cum Christo regnaturos nos esse confidimus, saeculo mortui esse debemus. nam nec poteris optare martyrium, nisi ante oderis saeculum, nec peruenire ad Dei praemium, nisi amaueris Christum. qui autem amat Christum, non amat saeculum. Christus enim abiectus est saeculo, sicut et saeculum Christo, ita ut scriptum est: mundus mihi crucifixus est et ego mundo. nemini amabilis fuit mundus quem non ante damnauerit Dominus, nec salutem potuit frui aeternam qui mundi gloriatus est uita. uox est ista Christi dicentis: qui in hoc saeculo amauerit

2 Io. 12, 35. 7 I. Cor. 9, 24. 11 Col. 2, 20. 19 Gal. 6, 14. 22 Matth. 10, 39.

3 lumen *NS*, lucem *LQTv* 4 si *S s. l. m. 2* utq. ut *QT* nos] nunc *Oxon.* 6 redeamus *QT* est] est ibi *LN* 7 agone] stadio *Q* 8 certantur *LST*, certant *Nv*, currunt *Q* et unus *LNS*, unus tamen *Q*, unus autem *Tv* accipiet S^1 9 coronemini] comprehendatis *v* quod ad *v* 10 posset S^2 christi nos *N*, nos christus *L* quid] cum *T*, *om. Q* 11 committeret *Q* si *ex* sic *S* cummortui *Q*, mortui *S* quid tamquam uiuentes *om. Q* 12 saeculo *S*, mundo *LNQT* cernitis S^1, quid decernitis Q^2 (decernitis MQ^1) 13 resurrectione is *T* 14 denique *om. S* qui denique regnaturos nos esse cum christo *v*, quid enim quae cum christi regnaculo *QT* confidimus saeculo *om. QT* 15 nam *om.* M^1QT, enim M^2 *s. l.* 18 est *om. S* 19 ita *om. v* 21 dn̄s *S s. l. m. 2* salute—aeterna NS^2v 22 uitam QS^1T qui amat animam suam in isto saeculo *Q*

animam suam, in futuro perdet illam: qui autem in saeculo oderit illam in futuro inueniet eam. sed et apostolus Paulus, imitatores, inquit, mei estote, sicut et ego Christi. et alibi ipse, uolo uos, ait, omnes si fieri potest, imitatores meos esse.

29 Dixit hoc ille qui passus est et quia ad hoc passus est ut imitaretur Deum, utique et nos ad hoc uoluit pati ut per ipsum imitaremur Christum. si iustus es et Deo credis, quid pro eo fundere sanguinem metuis quem pro te totiens passum esse cognoscis? in Esaia sectus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Ioseph uenundatus, in homine crucifixus est: et de ceteris quidem taceo, quae nec oratio potest dicere nec animus sustinere. uincitur conscientia humilitatis exemplo et quando considerat quae dum pateretur acciderint, miratur passum propter quem cuncta trepidarint. dies fugit in noctem, in tenebris lux cuncta concessit adque inclinato per alternas uices pondere omnis tellus commota dissiluit, turbati manes, monumenta nudata sunt et sepulchris in hiatum dehiscentibus terrae reddita luci corpora restiterunt, fluxu sanguinis mundus intremuit, scissa quae foribus dependebant uela, templum omne mugiit. unde magnum est imitari eum qui

3 I Cor. 11, 1. 4 I Cor. 7, 7.

1 perdit S^1 2 hoc saeculo *v* et *om.* *QT* 3 paulus *om.* *S* et ego] ego *S* 4 ipse *om.* *Qv* ait *om.* *QTv* si *om.* *T* fieri *om.* *LT* 6 et quia a. h. p. est *om.* *NS* quia] qui *v* 7 dominum S^2v ad hoc] a nos *S* *exp.* 8 es et] est *L* credes *LNQ*, credens *T* quid *ex* quia *Q*, quia *MT* sanguinem fundere *QTv* 9 metues S^1 passus *Q* cognosces LQS^1T esaiam *LQT*, eseiam NS^1 10 isahac *N*, isaiac *M* (isaac *Q*) iosep *LQ*, iosef S^1 hominem *LNQT* 11 discere *Q* 13 quando *S*, quanto *LNQT*, quanta *v* consideret *Q* pateret ut *T*, pater ut *Q* miratus *QT* 14 trepidarent *S* innoctem *ex* innocentem *Q* (in noctem *M*) tenebras S^2v 15 non cessit *QT* inclina nato *T* 16 tellus *LNS*, terra *QTv* dissoluit *T* turbatim S^1, tur beati *Q* nudata] dissoluit turbati manes monumenta *T* 17 in hiatum] deinitiatum *QT*, hiatu *v* deiscentibus *S*, descientibus *LQT*, descendentibus *N* reddita] descientibus *add.* *T* restituerunt *v*, constiterunt *Oxon.*, reextiterunt *fort.* *cf.* *Rönsch p. 212* 18 fluxus *QT* scissis—uelis *Oxon.* toribus *N* pendebant *N* 19 uelum templi *Q* mugit *QT* unde m. e. i. eum *om.* *LNQST*, *add.* *Oxon.*

moriendo arguit saeculum: igitur cum ad exemplum dominicae passionis adque ad omne testimonium Christi animam tuam ponas nec fundere sanguinem metuas, martyrio totum necesse est cedat. martyrii inaestimabilis gloria, infinita mensura, immaculata uictoria nobilis uirtus, inaestimabilis titulus, triumphus inmensus: quippe quod qui propria consistentis laude praefertur uelut socio Christi cruore decoratur.

Itaque, carissimi fratres, licet sit hoc totum dominicae promissionis 30
et muneris licetque tribuatur ex alto nec capiatur nisi eius imperio, sed nec aut mente concipi aut exprimi uerbis aut oratione percurri aut quibuslibet eloquentiae uiribus possit inpleri: tamen erit hoc beniuolentiae uestrae, erit caritatis et amoris, si uolueritis nostri memores esse cum in uobis Dominus martyrium coeperit honorare. uos intra se sanctum illud altare, uos intra se magna illa uenerandi nominis sedes ueluti sinu quodam gremii amplectentis includit, uos imperia perennis temporis sustinent et illud quod regnaturi semper estis et uicturi. o beati et quibus uere sunt dimissa peccata, si tamen qui Christi conpares estis aliquando peccastis. o beati quos a primordio mundi Domini sanguis infecit et quos merito splendor iste niuei amictus induerit et candor stolae ambientis ornarit. uideor denique ipse mihi iam cernere proque arbitrio mentis humanae ante

1 cum *om.* *N* ad] de *QT* exemplum] eadem (aedem *M*) templum *MQT* 2 ad *om.* *LN* omnem QS^1 christo *LN* ponas] perdas *S* *in ras.* 3 sanguine *QT* caedas *S* 5 titulum *QT* quod qui *S*, quo *QT*, quod *L*, quid *N*, qui *uel* quo *v* 6 et propria *LNv*, et propia *QT* consistentis] confitentis *v*, contitens S^2 praefer **tur *S* fer *add. m. 2* socios *QT* 7 decoratus *QT* 8 sit] sic *QT* promissionis] passionis *S* 9 licet quae *QS*, licet *L* tribuantur *S* capiantur *S* 10 concepi S^1, concupi *Q* uerbi aut (auct *M*) orationi *MQT* praecurri LQS^1T 11 libet *om.* *L* 13 coepit QS^1 uos] nos *L* 14 magna] sancta *S* illic *L* 15 sedis *LT* cum sinu *S* quondam *QT* adplectendis *Q*, adplectentis *T* 16 perenni *LQT* illud quod r.] illic conregnaturi *v* 17 estis *om.* *L* et uocturi *T*, semperque uicturi *v* sint dimissa *LNQT*, d. sunt *v* 18 christo *NS* peccatis *T* primordia *T* 19 sanguinis *QT* inficit *T* splendoris te niuel amintus MQ^1T^1 20 ornaret S^1 uideor *etc. om.* *Q*; *sequitur* et ipso dolore *quae sunt epist. 60 p. 693, 14* 21 arbitrio] arbio *T*

oculos et aspectum diuinum illud mihi et insigne concurrit: uideor inquam mihi iam cernere ut ille uerus nobilis numerus Christi sui gloriam iterque comitetur. ibit ante ora eius felix caterua uictorum et se densantibus turmis uelut solis exortu totum inluminatum agmen inferet potestatem. et utinam perabiecto aliquando istud mihi uidere contingat: sed hoc Dominus poterit efficere quod uobis petentibus creditur non negare.

IIII. AD NOVATIANVM.

---

1 Cogitanti mihi et intolerabiliter animo aestuanti quidnam agere deberem de miserandis fratribus qui uulnerati non propria uoluntate sed diaboli saeuientis inruptione adhuc usque hoc est per longam temporum seriem agentes poenas darent, ecce ex aduerso obortus est alius hostis et ipsius paternae pietatis aduersarius haereticus Nouatianus: qui non tantum, ut in euangelio significatum est, sicut sacerdos uel Leuites iacentem uulneratum praeteriret, sed ingeniosa ac noua crudelitate sauciatum potius occideret adimendo spem salutis, denegando misericordiam patris, respuendo paenitentiam fratris. mirum quot acerba, quot aspera, quot peruersa sunt. sed facilius quis in alieno oculo festucam prospiciet quam in suo trabem. nos

1 aspectu diuini (diui *T*) *MT* illud diuinum *L* insignem *MT* 2 in qua *T* uerus *om. N*, uiros *T*, uere *Lv* 4 densantibus] de sanctis *S*, de sanatibus *MT* exhortu *N*, exortum *S*[1] totum *om. S* 5 inferant *T* potestatum *N*, potestati *S* aliquando *om. LMNTv* mihi istud *LMNv*, mihi studui *T* 6 contingant *T* petentibus] poenitentibus *T* — De (Caecili Cypriani de *S*) laude martyrii explicit (feliciter *add. S*) *LMNST.* —

Incipit ad Nouatianum *K fol. 76,* Ad Nouatianum haereticum quod lapsis spes ueniae non est deneganda *Erasmus qui a. 1519 primus edidit libellum.* — 12 oborsus *K* 13 et] in *K* 15 tacentem *K*[1] ingeniose *K* 18 quot] quid *K ter* acerua *K* 19 quis] qui *K* perspicit *v*

autem, fratres dilectissimi, non moueat aut turbet haeretici istius perfidi abrupta dementia, qui cum in tam ingenti dissensionis et schismatis sit crimine constitutus et ab ecclesia separatus, sacrilega temeritate non dubitet in nos sua crimina retorquere. cum sit enim a semet ipso nunc factus inmundus, sordibus sacrilegis inquinatus, hoc nunc nos esse contendit. et cum scriptum sit canes foras remansuros et apostolus hos eosdem canes docuerit esse uitandos, sicut legimus, ait enim: uidete canes, uidete malos operarios, rabiem suam non cessat latratibus excitare, luporum more tenebrosam caliginem optare, qua facile possit ferina sua crudelitate oues a pastore direptas spelunca tenebrosa laniare. aurum certe se suosque quos colligit esse pronuntiat. nec nos dubitamus desertores ecclesiae apostatas factos in aurum nunc facile potuisse conuerti, sed illud aurum in quo prima delicta populi Israel denotata sunt. ceterum uasa aurea et argentea quae ab Aegyptiis excussa sunt in dominica potestate id est Christi ecclesia perseuerant: in qua domo si perseuerasses, Nouatiane, uas forsitan et pretiosum fuisses, quod nunc [te] in paleas et in stipulam conuersum nec intellegis nec plangis.

Quid igitur uanis rebus extolleris? damna potius quam lucra conse- 2
queris. quid te ex quo pauperior factus es diuitem credis? audi in Apocalysi dominicam uocem iustis te obiurgationibus increpantem, dicis, inquit, diues sum et ditatus sum et nullius rei egeo: et nescis quoniam tu es miser et miserabilis et caecus et pauper et nudus. has opes, has diuitias paupertatis pro certo possidere se credat, quisque Christi ecclesia derelicta ratione caeca apud temerarios illos schismatum duces et dissensionis

6 Apoc. 22, 15. 8 Phil. 3, 2. 22 Apoc. 3, 17.

2 in tam] tam in *K* 3 schismateci *K* sit *hic addidi, post* separatus *v* 4 in *om. K* 5 sacrilegus *K* 6 contendit] contendente *K* sit] est *K* foris *v* 9 rabiae sua *K* cessant *K* 10 qua] quam *K* possint *K* 11 suosque quos] suosquod quos *K* 13 illum *K* 15 aegyptis *K* excussa *K*, excusa *v*; *cf. Ex. 12, 35. 36.* in *om. K* 16 ecclesiae *K* 17 quod *K*, sed *Erasm v* 18 paleis *K* 19 quid] qui *K* 20 audi quo *K*; *fort.* audi quoque 21 dominica uoce *K* 22 di*cis *K* 25 quisquis *K*[2]*v* delicti *K* 26 schematum *ex* schimatum *K*

auctores conuerti non trepidat: quos Iohannes antichristos appellat, quos euangelista paleis similat, quos Dominus Christus fures et latrones designat, sicut ipse in euangelio declarat dicens: quia qui non introiit per ostium in chortem ouium, sed descendit per alteram partem, ille fur et latro est. item in eodem quoque ait: omnes qui uenerunt fures sunt et latrones. qui isti sunt, nisi desertores fidei et transgressores ecclesiae Dei, qui contra ordinationem Dei nituntur? quos merito spiritus sanctus per prophetam increpat dicens: fecistis consilium non per me, et cogitationem non per spiritum meum, adicere peccata super peccata. quid ad ista respondeant peruersissimi isti Nouatiani uel nunc infelicissimi pauci: qui ad tantam furoris dementiam proruperunt ut nec Deo nec homini reuerentiam habuerint? illic inpudenter et sine ulla ordinationis lege episcopatus adpetitur, hic dum propriis sedibus et cathedrae sibi traditae a Deo renuntiatur. illic ueritas: aspernantur me, ut sacrificent mihi nec offerunt oblationes sanctas filiorum Israel nec accedunt offerre sancta sanctorum, sed accipient ignominiam suam in errore quo errauerunt. satis sit paucis probasse quidnam sint. audite igitur, Nouatiani, apud quos scripturae caelestes leguntur potius quam intelleguntur, palam etiam * * si non interpolentur. sunt enim uestrae praeclusae aures et corda caecata, qui nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittitis. sicut Esaias ait: excaecati sunt serui Dei. et merito excaecati, quia uoluntas schismaticorum non est in lege quae lex unam nobis et singularem designat ecclesiam, in illa scilicet quae sub

3 Io. 10, 1. 6 Io. 10, 8. 9 Es. 30, 1. 16 Ez. 44, 10. 13. 22 cf. Matth. 13, 14. 24 Es. 42, 19.

1 antecristos *K* 2 pa*leis simulat *K* 1 *eras.* 4 hostium *K* chorte *K*, ouile *Er. v* 6 omnes qui *K s. l. m. 2* 7 nisi] non *Er.* transgressores] desertores *K* 10 cogitationem *K*. conuentionem *Pamelius* 12 isti] iusti *K* infelicissime *Costerius* 13 proruperint *K* 15 dum *K*, autem *v* 16 aspernantur me] per non te ad me *K* sacrificem *K* 19 ignominia sua *K* 20 quidnam] quid non *K* 21 palam *scripsi*, param *K*, parum *v* etiamsi *K*, si *v* 22 interpoliantur *K Er.*; *fort.* poliuntur si non interpoliantur uestre *ex* ueste *K m. 2* 24 exceciati *K* 25 schimaticorum *K ut solet* dei lege *K*

Noe ante diluuium Dei prouidentia fabricata est arca, in qua non tantum munda animalia, sed et inmunda, ut tibi cito respondeatur, Nouatiane, inuenimus esse reclusa. quae arca sola cum his quae secum fuerant liberata est in aqua, at ceteri qui in ea inuenti non sunt diluuio perierunt. ex illa igitur arca remittuntur duae aues corax et columba. qui corax uere hominum inmundorum et in tenebris perpetuis futurorum per saeculi latam uiam et inmunda uescentium apostatarum futurorum et ad ecclesiam se amplius non uertentium figuram portabat, quem sicut legentes inuenimus emissum et non amplius reuersum. huic ergo aui id est inmundo spiritui quique fuerint similes inuenti ad ecclesiam amplius reuerti non poterunt: qui et si uoluerint, Dominus prohibebit qui Moysi praecepit dicens: omne uarium et inmundum eice foras extra castra. columbam autem emissam in continenti significatur reuersam eo quod requiem non haberet pedibus suis: quam Noe recepit in arcam et post septimum diem iterato emissam recepit eam portantem suo ore oliuae folium.

Et ego quidem, fratres dilectissimi, non temere ista cogitans nec 3
humana sapientia conspirans, sed ut caelesti Domini dignatione necessarie et pertinenter mentibus nostris concipere permittitur, dico illam id est columbam duplicem nobis per semet ipsam significare figuram. primam quidem et principalem suam hoc est spiritalem** olim id est ab initio diuinae administrationis insistit, et sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani prouisum et soli ecclesiae caelesti ratione celebrare *permissum*, per os suum praeostendit. ter enim emissa ex arca uolitans per aerem super aquam significabat iam tunc ecclesiae nostrae sacramenta. unde et Dominus Christus

13 Num. 5, 2.

3 quae] qui *K* 4 aqua at *scripsi*, qua et *Kv* cetera quae *v* inuenta *v* 7 uiam] uitam *K* 8 amplius *KEr.*, ultra *v* non *K s. l. m. 2* 9 sicut *K Er.*, *om. v*: siccum legentem inuenimus *fort.* 10 non *K s. l. m. 2* 11 pot*erunt *K* 13 foras *ex* foris *K* 14 columba a. emissa—reuersa *v* 16 iteratore missam *K* 18 timere *K*[1] 19 humane *K* 20 dico] dico autem *K* 22 primum *K* spale *K*: *quae secuntur corrupta sunt* 24 ecclesiae catholicae *K* 25 permissum *addidi* 26 premissa *K* superat- cam *K*[1]

Petro sed et ceteris discipulis suis mandat dicens: euntes euangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. hoc est, ut trinitas illa quae sub Noe per columbam figuraliter operata est haec nunc in ecclesia per nos spiritaliter operetur.

4 Sumamus iam nunc et secundam personam columbae ex arca emissae diluuii scilicet tempore, quando omnes abyssi proruperunt, quando cataractae caeli patefactae sunt super terram, propter facinora hominum quae cotidie excrescebant coram Domino, sicut Moyses dixit: et uidit Dominus Deus redundasse nequitias hominum super terram et quod omnes in malum recordarentur a principio dierum suorum, et dixit: perdam hominem quem feci a facie terrae, ab homine usque ad pecus, et a reptilibus usque ad uolatilia caeli. emittitur ergo tempore cataclysmi columba ex arca aquis uiolenter toto orbe terram infestantibus.

5 Illa arca figuram ecclesiae, sicut superius diximus, portabat, quae uerberabatur hinc atque inde aquis insurgentibus tantum. cataclysmus ergo ille qui sub Noe factus est figuram persecutionis quae per totum orbem nunc nuper supereffusa ostendit. aquis autem diruptis cataractis undique conuenientibus et excrescentibus significabat gentes quae ad uastandam ecclesiam excreuerunt. sicut Apocalypsis docet dicens: aquas quas uidisti populi sunt et gentes et regna. columba autem illa quae pedibus suis requiem habere non poterat lapsorum imaginem portabat, qui inmemores diuinarum praedicationum uel simpliciter ignorantes uel audaciter dissimulantes ceciderunt: quorum ruinam Dominus in euangelio futuram his uerbis significauerat dicens: qui audit uerba mea et non facit ea

1 Matth. 28, 19. 10 Gen. 6, 5–7. 23 Apoc. 17, 15. 28 Matth. 7, 26. 27.

3 trinitas *K*, ternitas *v* 5 nos *K*, hos *v* operatur *K*[1] 6 arcae missae *K* 8 super terram *om.* *K* 9 excrescebant *K*, exercebant *v* 10 redundare *v* 14 reptili *v* 17 ediximus *K* 18 atque] aq: *K* 20 effusa *K* aquas *K*[1] disruptas *K*[1] 21 significabantur *v* 23 dicens docet *K sed* dicens *ex* docens aquae *v* 24 illa *om.* *v* 25 praedicationum *K Er.*, praedictionum *coni. Pamelius* 26 audacter *v* 27 dominus ruinam *v*

similabo illum uiro stulto qui aedificauit domum suam super harenam: uenerunt tempestates et impegerunt in domum illam, et cecidit et facta est ruina eius magna. et ne temere conparasse uideamur columbam illam lapsorum imaginem portare, sic propheta et ciuitatem ut columbam hoc est lapsorum personam increpat dicens: columba non exaudit uocem, id est praeclara et redempta ciuitas non recipit doctrinam, et in Dominum fidens non fuit.

Quod autem requiem pedibus columba illa, sicut superius diximus, 6
inuenire non poterat, hoc significabat uestigia negantium hoc est sacrificatorum, lubrici ueneno serpentis sauciata in lapsum conuersa: quae ulterius non possent super aspidem et basiliscum conscendere et draconem et leonem calcare. quam potestatem tradidit Dominus discipulis suis, sicut in euangelio ait. ecce do uobis potestatem calcandi super omnem uirtutem inimici et super serpentes et scorpiones, et non nocebunt uos. istis igitur tot et tantis malignis spiritibus infestantibus et in lapsorum necem insurgentibus prouisa est uulneratis salutis uia ut quibuscumque uiribus possent toto se corpore protrahere, castris suis recipere, quibus recepti possent medellis spiritalibus uulnera sua curare. recepta igitur columba paucis etiam diebus interiectis iterato emittitur ex arca: quae reuersa non tantum firma uestigia sed et insignia suae pacis atque uictoriae per illa oleae folia quae suo ore portabat ostendit. duplex ergo illa emissio duplicem nobis persecutionis temptationem ostendit: prima in qua qui lapsi sunt uicti ceciderunt, secunda in qua hi ipsi qui ceciderunt uictores extiterunt. nulli enim nostrum dubium uel incertum est, fratres dilectissimi, illos qui prima acie id est Deciana persecutione uulnerati fuerunt hos postea id est secundo proelio ita fortiter perseuerasse, ut contemnentes edicta

6 Soph. 3, 1. 2. 12 cf. Ps. 90, 13. 14 Luc. 10, 9.

1 illum *K*, eum *v* 4 timere *K*[1] 5 sic *om. v* et *om. v* ut] et *K* 7 id est] non ob *K* ciuitas] aequitas *K* non *om. K* 10 inuenire] intuere *K; cf. c. 15* 11 lubrica *K* lapso *K* 15 uirtutem *K*, potestatem *v* 16 uos *K Er.*, uobis *v* igitur *K*, ergo *v* 17 nece *K* 19 su**is *K* 23 oleae *K*, oliuae *v* 24 emisio *K* 26 hi*ipsi *K*, hi *v*

saecularium principum hoc inuictum haberent, quod et non metuerunt exemplo boni pastoris animam suam tradere, sanguinem fundere nec ullam insanientis tyranni saeuitiam recusare.

7 Ecce quam gloriosos, quam Domino caros schismatici isti ligna faenum stipulam appellare non dubitant: quorum pares hoc est in eodem crimine lapsus sui adhuc usque constitutos nec ad paenitentiam admittendos esse praesumunt ex illa Domini pronuntiatione qui ait: qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui est in caelis. pro dolor quid contra dominica statuta contendunt, ut ea quae Christus iudicii sui tempore sit acturus haec nunc stirps Nouatiani patris sui diaboli exemplum secuti [nunc] exercere conentur dicente scriptura: mihi uindictam, et ego retribuam, dicit Dominus.

8 Respondebimus eis et ad istam pronuntiationem Domini quam male intellegunt et male sibi interpretantur. quod enim ait: qui me negauerit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis, utique futuri temporis significatio est, quo tempore incipiet Dominus secreta hominum iudicare, quo tempore tribunali Christi omnes nos oportet adstare, quo tempore multi incipient dicere: Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in tuo nomine daemonia exclusimus, et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? et tunc audient uocem Domini dicentis: discedite a me omnes qui operati estis iniquitatem, non noui uos. ibi adimplebitur quod ait: negabo et ego illos. quos autem maxime negabit Dominus Christus, nisi uos omnes haereticos et schismaticos et nominis sui alienos? qui enim aliquando Christiani

4 cf. I Cor. 3, 12. 8 Matth. 10, 33. 12 Hebr. 10, 30. 20 Matth. 7, 22. 23. 23 Io. 6, 68.

1 inuitum *K* non metuerunt] meruerunt *K* 2 et sanguinem *v* nec] et *K* 3 insaniae mentis *K* 6 lapsos *K* 7 presumit *K* 8 qui *K*, qua *v* 9 in caelis est *v* quid] qui *K* 10 statuta *K*, praecepta *v* contendit *K* 11 exemplum diaboli secuta *v* 12 nunc *om.* *v* conetur *v* 14 ei et *K*, eis *v* 15 intellegant *v* interpretentur *v* 17 in caelis est *v* 20 incipiunt *K* 21 nomine tuo *v* 23 tunc *K*, tamen *v* 27 nomini *K*

nunc Nouatiani iam non Christiani primam fidem uestram perfidia posteriore per nominis appellationem mutastis, uelim nunc propositioni uestrae respondeatis. legite et docete quem Dominus de his qui se dereliquerant uel negauerant, cum adhuc ipse esset, negauit: atqui et ceteris qui secum remanserant de discipulis ait: numquid et uos uultis ire? Petrum etiam quem negaturum ante praedixerat, cum negasset, ipse non negauit, sed sustinuit, et amare illum suam negationem flentem ipse postmodum lenit.

Quaenam est tua, Nouatiane, dementia, ut illa quae ad exitium 9 salutis pertineant tantum legas et quae ad misericordiam praetereas clamante scriptura et dicente: paenitentiam agite qui erratis, conuertimini corde, et secundum quoque prophetam similiter exhortantem et dicentem: et conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et ploratione et planctu: et scindite corda uestra et non uestimenta: conuertimini ad Dominum Deum uestrum. quoniam misericors est et miserator et multae miserationis.

Adeo quia multae miserationis est Dominus audiuimus, audiamus 10 quid per Dauid contestatur spiritus sanctus: si dereliquerint filii eius legem meam et in mandatis meis non ambulauerint et si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non custodierint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. his similia et per Ezechielem legimus dixisse Dominum; fili hominis, domus Israel habitauit super terram suam, et coinquinauerunt eam facinoribus suis. sicut mulieris menstruatae facta est inmunditia eorum ante faciem meam

6 Io. 6, 68. 11 Ez. 18, 30. 13 Ioel 2, 12. 13. 19 Ps. 88, 31—34. 25 Ez. 36, 18—23.

2 nominis mutastis uelum, propositioni *Er.* 3 quam *K* 5 atqui] anqui*K n *eras.* 6 ire *K*, abire *v* 8 illam *v* flentem] fletu *K* laenit *K* 9 ut illa] * * * * illa *K* exitum *K* 12 secundum *scripsi*, eundem *K*, eodem *v* propheta *v* 13 exorantem *K*, exhortante *v* dicente *v* et *om. v* 17 et multe *K*, multae *v* 18 audiamus *K s. l. m. 2* 19 derelinquerint *K* 21 et *om. K* 22 mea *om. K*

effudi iram meam super eos et disseminaui eos inter gentes et secundum peccata eorum iudicaui eos, quia coinquinauerunt sanctum nomen meum. et quia dictum est de his: hic est populus Domini, peperci eis propter sanctum nomen meum, quod spreuit domus Israel inter gentes. et coniungens ait: propterea dic populo Israel: haec dicit Dominus: non uobis parco domus Israel, sed propter sanctum nomen meum parcam, quod coinquinastis inter gentes, et scietis quia ego Dominus, cum sanctificabor in uobis. item Dominus ad eundem: fili hominis, dic populo Israel: quare locuti estis dicentes: erroribus nostris contabescimus, et quomodo salui esse poterimus? dic eis: uiuo ego, dicit Dominus, quia non desidero mortem peccatoris, sicut desidero ut auertatur peccator a uia sua pessima et uiuat. redite ergo a uia uestra pessima. quid morti uos traditis domus Israel? sic et per Esaiam prophetam: non in aeternum indignabor uobis neque semper non defendam uos. et quoniam Hieremias propheta in persona populi peccatoris deprecatur Dominum dicens: emenda nos Domine, sed in iudicio et non in ira, ne paucos facias nos, adiecit et dixit Esaias: propter peccatum modice contristaui eum, et percussi eum et auerti faciem meam ab eo, et contristatus est et abiit tristis in uiis suis, et quia operatur, adiecit et dixit: uias eius uidi et curaui eum et dedi ei exhortationem ueram pacem super pacem * * paenitentibus deprecantibus et operantibus restitui posse qui male perierint quique a Christo declinauerint.

11 Ez. 33, 10. 11. 18 Es. 57, 16. 21 Hier. 10, 24.

5 nomen sanctum *v*, *item l. 8* 10 sanctificatus fuero *v* 14 dic eis *ex* dicetis *K* 15 sicut *K*, sed *v* 18 sic et *K*, sic *v* 20 hieremia *K* 21 em. nos] emendamus *K* 22 in ira] ira *K* 23 dicit *K* 27 ueram *ex* uram *K* 28 paenitentibus *etc. corrupta uidentur* qui *ex* quam *K*, quod *v* 29 quiqu*e *K*, quodque *v*

11 Denique hoc in euangelio conprobatur, ubi illa mulier peccatrix describitur, quae uenit ad domum cuiusdam Pharisaei, ubi erat Dominus uocatus cum discipulis, portans uas unguenti: quae stetit ad pedes Domini et lacrimis suis lauit pedes eius et capillis extersit et oscula infixit, ut excitaretur illic Pharisaeus et diceret: hic si esset propheta, sciret quae et qualis esset ista mulier quae eum tangit, quia peccatrix est. unde in continenti Dominus peccatorum remissor et paenitentium receptor ait: Petre, habeo tibi aliquid dicere. at ille respondit dicens: magister, dic. et Dominus: duo debitores fuerunt cuidam feneratori, unus qui ei debebat denarios quingentos et alius quinquaginta: et cum non haberent unde soluerent, ambobus donauit. et interrogauit: quis eorum plus diligit? et respondit Petrus: utique ille cui plus donauit, et adiecit dicens: uides istam mulierem? introiui in domum tuam, osculum mihi non dedisti: haec autem non cessauit osculando pedes meos. pedes meos non lauasti: haec autem lacrimis suis lauit et capillis extersit. oleo pedes meos non uncxisti. haec autem uncxit. propter quod dico tibi, Petre, quia remittuntur illi peccata eius. ecce Dominus utrisque debitoribus larga sua pietate debitum concedit. ecce delicta donantem, ecce mulierem peccatricem paenitentem flentem deprecantem et remissam peccatorum accipientem.

12 Erubesce iam nunc, si fieri potest, Nouatiane, desine argumentis tuis impiis incautos decipere, desine unius capituli praescriptione terrere. legimus et adoramus nec praetermittimus caelestem Domini sententiam qui ait negaturum se negantem, numquid et paenitentem? et quid ego tamdiu de miserationibus probare singula

5 Luc. 7, 39—47.

5 excitaret *K* illic fariseus *K*, ille ph. *v* 9 petre *K*, simon *v*, *cf. epist. p. 486, 16* 10 fuerunt *K*, erant *v* 11 ei debebat *K*, habebat *v* 12 alios *K* et cum *K*, cum *v* 14 illorum *v* dilige*t *K* petrus *K*, simon *v* 16 introiui* *K* (t *eras.*), intraui *v* 21 petre *K*, simon *v* 22 ecce] hoc *K* 24 remissa *K* 28 qui *K*, qua *v*

gestiam? quandoquidem Niniuitis Allophylis et longe a lege Domini constitutis propter ciuitatis suae adnuntiatam euersionem deprecantibus misericordia Dei non denegatur. ipsi illi Pharaoni sacrilega temeritate repugnanti, cum quando caelestibus plagis uerberaretur et conuersus Moysi et fratri eius dixisset: orate pro me ad Dominum, quia peccaui, in continenti ab eo suspendebatur ira Dei. et tu iam, Nouatiane, iudicas et nullam spem pacis ac misericordiae habere lapsos praedicas nec increpanti te apostolo aurem adcommodas dicenti: tu quis es qui iudicas seruum alienum? domino suo stat aut cadit. stabit autem, potens est Deus stabilire illum. unde pertinenter et necessarie ex persona eorundem lapsorum increpat nos spiritus sanctus dum dicit: noli gratulari inimica mea mihi, quoniam si cecidi, et exsurgam: et si in tenebris ambulauero, Dominus lumen est mihi. iram Domini tolerabo, quoniam peccaui illi, usque dum iustificet causam meam et faciat iustitiam et iudicium et producat me ad lucem. uidebo iustitiam illius et uidebit me inimica mea et cooperiet se confusione.

13 Oro, non legisti: nolite gloriari, et nolite loqui excelsa, et ne exeat magniloquentia ex ore uestro, quoniam erigit a terra pauperem et ab sterquilino erigit inopem et sedere facit eum cum potentibus populi? non legisti: tu qui stas uide ne cadas? non legisti: quia Dominus superbis contrasistit, humilibus autem dat gratiam? non legisti: qui se extollit humiliabitur? non

5 Ex. 9, 28. 9 Rom. 14, 4. 13 Mich. 8, 8. 10. 20 I Reg. 2, 3. 8. 24 I Cor. 10, 12. I Petr. 5, 5, 26 Matth. 23, 12.

1 nineuitis allofilis *K* longo *K* domini] hominibus *K* 3 misericordiam *K* 4 quando *K*, quondam *v* 6 incontinentiae *K* 9 te *om. v* quis *K*, qui *v* iudicas *ex* dicis *K m. 2* 10 cadet *K*[1] 11 illum *K*, eum *v* 12 earundem *K* amica *v* 16 illius quae dum *K* 17 iudicium et iustitiam *v* 22 et ab] a *v* sterculino *K*[1] 23 eum facit *v* 24 non legisti . . . cadas *om. v* 25 superbis *K s. l. m. 2* contrasistit *K*, resistit *v*; *cf. Prou. 3,15 in cod. Vindob. n. 954* 26 extollit *K*, exaltat *v*

legisti: quia Deus perdidit memoriam superborum et non relinquit memoriam humilium? non legisti: quia quo iudicio quis iudicauerit, eum iudicari necesse est? non legisti: quia qui odit fratrem suum, in tenebris est et in tenebris ambulat et non scit quo eat, quia tenebrae excaecauerunt oculos eius? unde igitur [et] tam sceleratus, tam perditus, tam discordiae furore uesanus extiterit iste Nouatianus, inuenire non possum qui semper in domo una id est Christi ecclesia proximorum delicta ut propria fleuerit, onera fratrum, sicut apostolus hortatur, sustinuerit, lubricos in fide caelesti adlocutione corroborauerit. at nunc ex quo Cainam illam haeresim, quae non nisi tantum occidere gestit exercere coepit, nec sibi nouissime parcit. ceterum si legisset, quia iustitia iusti non liberabit eum in die qua errauerit et iniquitas impii non nocebit eum ex qua die conuersus fuerit, iam olim in cinere paeniteretur, ille qui semper paenitentibus aduersatur, qui in ruina facilius aedificatorum stantium operatur quam in structione iacentium ruinarum, qui multos ex fratribus nostris miserrimos falsis suis aduersationibus perterritos iterum fecit ethnicos dicendo quod paenitentia lapsorum uana nec possit eis proficere ad salutem, clamante scriptura et dicente: memento unde excideris et age paenitentiam: si quo minus, ueniam tibi, nisi paenitentiam egeris. et quidem ad septem ecclesias scribens singulis sua quaeque facinora et delicta ingerens paenitemini dicebat. quibus? nisi illis scilicet quos pretio magno sui sanguinis redemerat.

1 Ps. 9, 7. 11. 2 Matth. 7, 2. 4 1 Io. 2, 11. 14 Ez. 33, 12. 21 Apoc. 2, 5.

1 perdit *v* 2 non *om.* *K* 3 quo *corr. in* quem *K* iudico qui* *K* s *eras.* iudicari] iudicabitur *K* 5 *prius* et *om.* *K* 7 sceleratus et *v* perditurus *K sed corr.* 10 honora *K*[1] 11 corroborauit *K* 12 cainam] carinam *K*, caninam *v*; *emendauit Erasmus* 15 eum *K*, ei *v*; *cf. App. 57, 16* 16 ** cinerè *K* poeniteret *v* 17 facilius] felicius *fort.* 20 etnicos *K* apsorum sit *v* 23 egerit *K*[1] 24 quoque *v* 26 redimeret *K*

14 O te impium scelestumque, haeretice Nouatiane, qui post tot et tanta in ecclesia a quibusdam retro uoluntarie commissa crimina, quae et tu ipse in domo Dei priusquam apostata esses cognoueras, et haec posse aboleri de memoria succedente bono utique docueras, secundum fidem scripturae dicentis: quia si conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quae commisit et iustitiam fuerit secutus, uita aeterna uiuet et non morietur in facinore suo — delicta enim quae commisit, abolebuntur de memoria succedentibus bonis factis —: tu hodie retractas an debeant lapsorum curari uulnera, qui nudati a diabolo ceciderunt, uiolentia aquae quam suo ore serpens emisit post mulierem. sed quid dicam? ait apostolus: laudo uos? in hoc non laudo: quia non in melius, sed in peius uenistis. ubi enim sunt aemulationes et dissensiones in uobis, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? nec nos quidem mirari oportet, cur iste Nouatianus tam nefanda tam grauia in personam lapsorum exercere nunc audeat, quandoquidem habemus exempla praeuaricationis huius praecedentia. Saul ille bonus praeter cetera postea liuore euertitur et contra Dauid omnia aduersa et inimica agere molitur. Iudas ille inter apostolos electus qui semper in domo Dei unanimis et fidelis ipse postmodum Deum prodidit. praedixerat quidem et Dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium rapaces lupos. qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi? sicut legimus apud Zachariam positum: ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod auersum est non uisitabit et carnes electorum manducabit et talos illorum torquebit. similiter et per Ezechielem increpat huiusmodi

5 Ez. 18, 21. 11 Apoc. 12, 15. 12 I Cor. 11, 22. 17. 14 I Cor. 3, 3. 23 cf. Matth. 7, 15. 25 Zach. 9, 16.

1 scelestumque *K sed* que *ex* quod *m. 2* heretici *K*[1] 2 commisa *K* 4 suc. bono] succedentem Memoriam *K* 5 dicetis *K*[1] 7 fuerit secutus *K*, fecerit *v* 10 qui* *K* 11 ore] opere *K* 13 in hoc *om. K* 17 persona *K* 18 praeu. huius] preuaricantis istis *K* 21 dei *om. K* unianimis *K* 22 tradidit *v* 24 sensu s. conspirantes] sensus subdolorum spiritus *K*

pastores, scilicet praedones et laniones (dicam ut aestimauerat) dicens: o pastores, quare lac ebibitis, et coagulatum comeditis et forte ad nihilum perduxistis et infirmum non uisitastis et claudicantem non curastis et errantem non reuocastis, et permisistis populum meum errare inter spinas et tribulos? propterea haec dicit Dominus: ecce ego ueniam aduersus pastores et exquiram oues meas de manibus eorum, et repellam eas ut non pascant oues meas, et non erunt eis amplius oues meae in deuorationem, et exquiram eas sicut pastor gregem suum in die qua fuerit caligo et nebula: sic exquiram oues meas et exquiram eas de omni loco quocumque dispersae sunt: et quod perierat requiram et quod errauerat reuocabo et quod claudicauerat curabo et quod infirmum est custodibo et pascam oues meas cum iudicio.

Quis ista loquitur? utique ille qui relictis nonaginta nouem ouibus 15
quaesiuit illam quae de suo errauerat grege, sicut Dauid dicit: erraui uelut ouis quae perit, quam inuentam Christus redit umero suo portans peccatricem delicatam: qui gaudens et exultans uocatis amicis et domesticis ait: conlaetamini mihi, quoniam inuenta est ouis mea quae perierat. dico, inquit, uobis quia tale gaudium erit in caelo super peccatorem paenitentiam agentem. et subiungens ait: aut quae mulier habens denarios decem et cum perdiderit ex eis unum, non accendit lucernam et tota die domum suam emundat quaerens donec inueniat?

2 Ez. 34, 3. 4. 10. 11. 16. 19 Ps. 118, 176. 21 Luc. 15, 6—10.

1 scilicet] sed *K* estimauerit *K* 4 et (*ante* claud.) *om. v* 5 remisistis *K* 8 eorum *K*, illorum *v* eos *v* non *K s. l. m. 2* 12 de *K*, in *v* 15 custodibo *K*, custodiam *v* 17 ista *ex* ita *K* relictas *K* ouibus q. illam *om. K* 19 periit *v* christus *om. K* 21 conlaetamini *K*, congratulamini *v* 24 uno peccatore poenitentiam agente *v* 26 eis *K*, denariis *v* non *K*, nonne *v* accendet *v*

et cum inuenerit, conuocat amicas et uicinas suas dicens: gratulamini mihi, quoniam inueni denarium quem perdideram. dico uobis quia tale gaudium erit in conspectu angelorum Dei super uno peccatore paenitentiam agente. e contrario autem non agentes facinorum suorum paenitentiam quae eos maneant ex ipsius Domini responso cognoscant. legimus enim in euangelio quod quidam uenerunt de Galilaeis ad Dominum, adnuntiantes ei de eis quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis ipsorum: quibus respondit Dominus dicens: putatis quia illi Galilaei super ceteros Galilaeos peccatores fuerant, quia passi sunt talia? non. dico enim uobis, inquit, quia nisi paenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. aut illi decem et octo super quos cecidit turris in Siloa, putatis quia debitores fuerunt morti super omnes homines qui habitabant in Hierusalem? non, dico uobis, inquit, quia nisi paenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

16 Excitemus itaque nos quantum possumus, fratres dilectissimi, et abrupto inertiae et securitatis somno ad obseruanda Domini praecepta uigilemus. quaeramus tota mente quod perdidimus, ut inuenire possimus: quia quaerenti, ait scriptura, dabitur et pulsanti aperietur. mundemus domum nostram munditia spiritali, ut secreta quaeque et abdita pectoris nostri uero euangelii lumine radiata dicant: tibi soli deliqui et nequissimum in conspectu tuo feci: quia mors peccatorum mala et apud inferos paenitentia nulla: habentes in contemplatione maxime diem iudicii et retributionis: et quod ab omnibus nobis creden-

7 Luc. 13, 1—5. 22 Luc. 11, 10. 25 Ps. 50, 6. 26 Ps. 33, 22.

1 suas *om. v* 2 congratulamini *v* 4 dō *K* o *in ras.* 5 agentibus *K* 6 agnoscant *K* 7 enim *om. K* 12 inquit quia *om. v* 15 silia *K*[1] 17 nisi *ex* ni *K m. 2* 19 possemus *K* 20 et securitatis] ueritatis *K* somnio *K* ad] et *K* 21 inuenire] uere *K*; *cf. pag. 57, 10* 23 munditias spiritalis *K*[1] 24 a pectoris *K* 25 delinqui *K*[1] 27 contemplationem *K*

dum et firmiter est tenendum quia acceptio personarum non est apud Deum: cum praeceperit in Deuteronomio non accipiendam esse personam in iudicio. non accipies, ait, personam nec secundum minimum nec secundum maximum iudicabis. his similia et per Ezechielem dixit: omnes, inquit, animae meae sunt, sicut anima patris et anima filii. anima quae peccauerit ipsa morietur. hic erit igitur a nobis uenerandus, hic tenendus, hic per plenam et dignam nostram confessionem propitiandus, qui habet potestatem animam et corpus mittendi in gehennam ignis, sicut scriptum est: ecce uenit cum multis milibus nuntiorum suorum facere iudicium de omnibus et perdere omnes impios et arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum quae fecerunt impie et de omnibus uerbis impiis quae de Deo locuti sunt peccatores.

His similia et Daniel, uidi, inquit, thronum positum, et 17
uetustus dierum sedebat super eum, et uestitus eius erat tamquam nix et capilli capitis illius tamquam lana alba: thronus illius flamma ignis, rotae illius ignis ardens. flumen ignis prodibat ante eum, milia milium seruiebant ei et milium milia adsistebant illi, ad iudicium sedit et libri aperti sunt. Iohannes autem manifestius et de die iudicii et de consummatione saeculi declarat dicens: et cum aperuisset, inquit, sigillum sextum, ecce terrae motus factus est magnus et sol factus est niger ut saccus cilicinus, et luna tota sanguinea facta est, et stellae ceciderunt in terram, quomodo ficus a uento

1 Rom. 2. 11. 3 Deut. 1, 17 et 16. 19. 5 Ez. 18, 4. 9 Matth. 10, 28. 11 Iudae 14, 15. 16 Dan. 7, 9. 10. 24 Apoc. 6. 12—17.

1 est *K s. l. m. 2* acceptatio *K* 3 esse *om. v* 4 m. nec] minimum et *K* 8 *alterum* hic *K s. l. m. 2* 14 impie] *add. K*: et de re locuti sunt uerbis] uero *K* 18 illius *K*. eius *v* 20 flumen] flamma *Grauius et Manutius* prodiebat *K* 21 et millia millium *v* illi *K*. ei *v* 23 *alterum* de *om. v* 25 factus est sol niger *v* 26 facta est *etc. desunt in K*

magno agitata mittit grossos suos, et caelum recessit ut liber cum inuoluitur, et omnis mons et insulae de locis suis motae sunt: et reges terrae et maximi quique et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis petrarum et in cauernis montium dicentes montibus et petris: cadite super nos et abscondite nos a conspectu patris sedentis super thronum et ab ira agni: quoniam uenit dies interitionis, et quis poterit stare? item in eadem Apocalypsi hoc quoque Ioannes dicit sibi reuelatum: uidi, inquit, thronum magnum et candidum sedentem super eum, a cuius facie fugit caelum et terra, et locus eorum inuentus non est: et uidi mortuos magnos et pusillos stantes ante conspectum throni Domini, et libri aperti sunt. et alius liber apertus est qui est uitae: et iudicati sunt singuli secundum ea quae scripta erant in libro secundum opera ipsorum. sed et apostolus bonum consulens sic hortatur nos dicens: nemo uos decipiat inanibus uerbis: propterea enim uenit ira Dei super filios contumaciae, nolite esse participes eorum.

18 Demus igitur totis uiribus fidei nostrae Deo laudem, demus plenam confessionem: quandoquidem super paenitentia nostra gaudeant uirtutes caelorum, gaudeant angeli omnes, gaudeat et Christus, qui nos denuo peccatis oneratos delictis obrutos plena et clementi moderatione cessare a facinore hortatur dicens: conuertite uos et redite ab impietatibus uestris, et non erunt uobis iniquitates uestrae ad poenam. proicite a uobis omnes impietates uestras quas fecistis aduersum me et facite uobis cor nouum et spiritum nouum. et ut quid uos morti traditis domus Israel? non enim desidero mortem peccatoris. ego sum, ego sum, qui deleo facinora tua et non commemorabor te: tu autem in mente habe, et iudicemus. dic tu facinora tua prius, ut iustificeris. dum patet, fratres, indulgentiae aditus, Deum plenis satisfactionibus deprecemur. humiliemus nos ut exaltari possimus. acquiescamus diui-

10 Apoc. 20, 11–13. 18 Eph. 5, 6. 7. 25 Ez. 18, 30–32. 31 Es. 43, 25. 26.

nae exhortationi qua euadere liceat diem Domini et iram. dicit enim sic: respice, fili, nationes hominum et scito. quis sperauit in Domino et confusus est: permansit in mandatis illius et derelictus est: aut inuocauit eum et despexit illum? quoniam pius et misericors Dominus et remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus se in ueritate. ait ergo: dic tu facinora tua prius, ut iustificeris. prae manu sit uobis oratio illa exomologeseos plena ✳ ✳ ✳

V. DE REBAPTISMATE.

(Non debere denuo baptizari qui semel in nomine Domini Iesu Christi sint tincti.)

Animaduerto quaesitum apud fratres quid potius obseruari 1
oporteret in personam eorum, qui in haeresi quidem sed in nomine Dei nostri Iesu Christi [sint] tincti, postmodum inde digressi et suppliciter ad ecclesiam Dei aduolantes, totis praecordiis paenitentiam agerent et erroris sui damnationem nunc demum intellegentes auxilium salutis ab ea implorarent, utrum uetustissima consuetudine ac traditione ecclesiastica post illum quod foris quidem sed in nomine Iesu Christi Domini nostri acceperunt baptisma tantummodo imponi eis manum ab episcopo ad accipiendum spiritum sanctum sufficeret et haec manus impositio signum fidei iteratum atque consummatum eis praestaret, an uero etiam iteratum baptisma his necessarium esset tam-

2 Sir. 2, 10–12.

10 *Hunc tractatum primus edidit Nicolaus Rigaltius ex apographo Sirmondi ex uetustissimo codice monasterii S. Remigii Remensis descripto: post Sirmondi curam Baluzius iterum contulit codicem quem frustra inter libros Remenses quaesiui.* — 14 oportet *cod. et r* 15 sint *inclusi* 19 qui *Rig.* 20 domini nostri *Baluzius*, domini nr *cod.*, domini n *Sirmondus*

quam nihil habituris, si hoc quoque adepti ex integro non fuissent, perinde ac si numquam baptizati in nomine Iesu Christi forent. ideoque nonnulla super hac noua quaestione scripta aut rescripta esse iactabantur, quibus utraque pars ad destruenda aliena summo studio nitebatur. in quo genere quaestionis, ut mihi uidetur, nulla omnino potuisset controuersia aut disceptatio emergere, si unusquisque nostrum contentus uenerabili ecclesiarum omnium auctoritate et necessaria humilitate nihil innouare gestiret, cum locum contradictioni non quemlibet animaduerteret. namque omne quod et anceps et ambiguum et in diuersis sententiis prudentium ac fidelium uirorum constitutum est, si contra priscam et memorabilem cunctorum emeritorum sanctorum et fidelium solemnissimam obseruationem iudicatur, damnari utique debet, cum in re olim composita et ordinata, quodcumque est illud quod contra ecclesiarum quietem atque pacem in medium producatur nihil praeter discordias et simultates et schismata allaturum: ubi nullus alius fructus reperiatur nisi hic solus, ut unus homo, quicumque ille est, magnae prudentiae et constantiae esse apud quosdam leues homines inani gloria praedicetur et haereticorum stupore praeditus, quibus hoc unicum perditionis solacium est si non soli peccare uideantur, errores et uitia uniuersarum ecclesiarum correxisse apud simillimos sui et compares celebretur. haereticorum enim omnium hoc studium atque propositum est sanctissimae matri nostrae ecclesiae eiuscemodi et plurimas quantas calumnias nectere et inuenisse aliquid quod ei crimini uel etiam leuiter dari posset summam gloriam ducere. quod cum nullum sanae mentis fidelium tenere uel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum ac multo magis episcoporum audere deceat, monstri simile est ipsos episcopos talia scandala cogitare et turpitudinem matris ecclesiae, si quam putant in hoc negotio esse, contra praeceptum legis et omnium scripturarum nimis inreuerenter cum ipsa ipsorum turpitudine et periculo non uereri detegere, quamquam nulla sit in hoc nisi in errore ipsorum illorum turpitudo ecclesiae. itaque deterius delinquitur ab hominibus eiusmodi, si id quod in obseruatione antiquissima aliis tamquam non recte fiat reprehenditur, et ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte obseruatum esse et ob-

9 *prius* et *om. Rig.* 15 praeter *om. cod.?* 30 ipsa] sua *Rig.* 34 aliis *cod.*, ab iis *Baluzius*, ab illis *fort.*

seruari manifeste ac fortiter ostendatur, ita ut etsi paribus argumentis ex utraque parte congrederemur, tamen quia non poterat id quod innouabatur sine dissensione fratrum et damno ecclesiastico consistere, utique non debeat contra fas quod aiunt et nefas id est contra bonum et aequum ecclesiae matri quasi macula temere infligi, eisque qui hoc adtentarent audaciae huius atque impietatis ignominia merito deberet adscribi. sed quoniam non est in nostra potestate ut secundum praeceptum apostoli id ipsum dicamus omnes neue sint in nobis schismata, tamen in quantum possumus conitimur huius tractatus statum demonstrare et turbulentis hominibus ut uel nunc suum negotium agere incipiant persuadere, consecuturis plurimum etiam nobis, si hoc quoque consilio sano tandem uoluerint adquiescere. et ideo quaecumque sanctarum scripturarum ad hanc partem pertinentia sunt capitula necessario in unum congeremus, et quae uidentur esse diuersa aut uaria quantum poterit manifeste inter se conglutinabimus et utilitatem ac commodum singulorum pro mediocritate nostra examinabimus, ut agendi in ecclesia formam et consuetudinem saluberrimam atque pacificam uniuersis fratribus insinuemus.

Igitur adgredientibus tractatum salutaris et noui hoc est spiritalis 2
et euangelici baptismatis in primis occurrit notissima omnibus praedicatio celebrata atque coepta ab Ioanne baptista, qui aliquantum desciscens a lege id est Moysi antiquissimo baptismate et uiam nouae et uerae gratiae praesternens [et] baptismate quod interim exercebat aquae et paenitentiae sensim aures Iudaeorum praeueniebat et occupabat spiritalis baptismatis futuri annuntiatione, adhortans eos et dicens: q u i p o s t m e u e n i t f o r t i o r m e e s t, c u i u s e g o n o n s u m d i g n u s c o r r i g i a m c a l c i a m e n t i s o l u e r e. i p s e u o s b a p t i z a b i t i n s p i r i t u s a n c t o e t i g n i. propter quod nobis quoque huius sermonis orsus hinc incipere debebit. nam et Dominus hanc eandem uocem Ioannis post suam resurrectionem in actis

26 Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Io. 1, 27.

7 debeat *Rig.* 15 poterit: *cf. Front. p. 48, 21 (Nab.)* 17 agendi *scripsi.* accendi *cod.*, tacendi *coni. Rigaltius.* accedenti *coni. Oxon.*, attendi *coni. Baluzius* 22 moyse *cod. a. c.* moysis *Bal.*: *cf. epist. 791, 6*

apostolorum confirmans praecepit eis ab Hierosolymis non discedere, sed exspectare illam promissionem patris quam audistis a me, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. itemque Petrus eadem uerba Domini percensuit, rationem pro se apud apostolos reddens dicendo: cum autem inciperem loqui ego, irruit spiritus sanctus super eos, sicut et super nos in principio, et recordatus sum sermonem Domini sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto. si ergo aequale donum dedit eis sicut et nobis credentibus Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem probibere Domino? et iterum: uiri fratres, scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes uerbum euangelii et credere et qui corda nouit Deus testimonium perhibuit dans eis spiritum sanctum sicut et nobis. ac propterea huius sententiae quae sit uis et potestas considerare debemus. ait enim Dominus eis qui postmodum baptizari haberent, quia crederent, baptizandos esse, non quemadmodum a se in aqua in paenitentiam, sed in spiritu sancto. de qua praedicatione cum utique nemo nostrum possit ambigere, manifestum est qua ratione homines in spiritu sancto baptizati sint. nam et proprie in ipso solo sancto spiritu baptizati sunt qui crediderunt, quia Ioannes discreuit et dixit dicens se quidem in aqua baptizare, uenturum autem qui in spiritu sancto baptizet. gratia et uirtute Dei sunt † et hoc et occulta largiente et operante, nihilominus autem etiam in baptismate spiritus et aquae, praeterea etiam in baptismate spiritus in sanguine proprio uniuscuiusque, sicut declarant nobis sanctae scripturae, quarum per singula quaeque eorum quae enarrabimus adferemus perspicuas probationes.

3 Ad quae forte tu, qui nouum quid inducis, continuo impatienter respondeas ut soles dixisse in euangelio Dominum: nisi quis denuo natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum caelorum. ex quo manifeste apparet illi

1 Act. 1, 4. 5. 6 Act. 11, 15—17. 13 Act. 15, 7, 8. 32 Io. 3, 3. 5.

baptisma solum prodesse cui possit etiam spiritus sanctus inesse: super ipsum enim Dominum cum baptizaretur spiritum sanctum descendisse factumque eius atque dictum pariter congruere nec alia ulla ratione mysterium istud posse consistere. cui responso nemo nostrum adeo ita insanus reperitur aut contumax ut audeat contra fas aut contra uerum contradicere, scilicet rebus integris et omni modo ita in ecclesia gerundis et secundum disciplinae ordinem perpetuo a nobis obseruandis. sed si in eodem nouo testamento haec quae in isto negotio deprehendimus adunata nonnumquam reperiantur quodam modo diuisa ac separata et proinde disposita atque si sint singula, uideamus utrum possint esse aliquando etiam singulariter solitaria, quasi non sint mutila sed tamquam integra atque perfecta. nam cum per manus impositionem episcopi datur unicuique credenti spiritus sanctus, sicut apostoli circa Samaritanos post Philippi baptisma manum eis imponendo fecerunt, et hac ratione spiritum sanctum in eos contulerunt, quod ut fieri posset ipsi pro eis orauerunt, nondum enim super quemquam eorum descenderat spiritus, tantum autem baptizati erant in nomine Domini Iesu: Dominus quoque noster post resurrectionem, cum insufflasset et dixisset apostolis suis accipite spiritum sanctum, ita demum largitus eis spiritum sanctum.

Cum ita inuenitur, quid tibi, frater, uidetur? si quis non ab epi- 4
scopo baptizatus, ita ut si in continenti etiam manus ei imponatur, priusquam tamen accipiat spiritum sanctum fuerit defunctus, utrum censeas salutem percepisse eum necne: quoniam quidem et ipsi apostoli et discipuli, qui etiam alios baptizabant, [qui etiam] a Domino baptizati non statim spiritum sanctum acceperint, qui nondum erat, quia Iesus nondum fuerat clarificatus, sed post resurrectionem eius nec modicum interuallum temporis quo id gestum est intercesserit sicuti et cum baptizati sunt a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hierusalem apostoli descenderent ad illos, ut eis manum imponerent et spiritum sanctum per manus impositionem in eos con-

19 Io. 20. 22.

7 gerendis *Rig.* 9 non *om. Rig.* 14 sic et *fort.* 17 descenderat *Rigaltius*, deciderat *Baluzius* 19 spiritum sanctum cum ita inuenitur *non distinguit Baluzius* 23 acciperet *Rig.* 25 qui etiam *inclusi* 26 sint baptizati *Baluzius* erat] *cf. cap. 14* 29 sunt *om. Rig.*

ferrent, quoniam uel illo interuallo temporis aliquis eorum non adeptus spiritum sanctum morte potuit intercipi et defraudatus gratia spiritus sancti defungi. quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum et euenire solitum ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de saeculo exeant, et tamen pro perfectis fidelibus habentur. sicuti Aethiops eunuchus cum rediret ab Hierusalem et legeret prophetam Esaiam et haesitaret suggerente spiritu audita ueritate a Philippo diacono credidit et baptizatus est, et cum ascendisset de aqua, spiritus Domini rapuit Philippum, et non uidit eum iam nunc amplius eunuchus: abibat enim uiam suam gaudens. quamquam, ut animaduertis, imposita ei manus non est ab episcopo, ut spiritum sanctum acciperet. quod si hoc admittis et salutare esse credis nec opinioni omnium fidelium refragaris, necesse est confitearis, proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius posse consistere, id est ut per solam manus impositionem episcopi, quia baptisma in nomine Iesu Christi Domini nostri praecessit, possit alio homini paenitenti atque credenti etiam spiritus sanctus tribui, quoniam eos qui in Christum credituri essent scriptura sancta praedixit oportere in spiritu baptizari, ita ut et hi quoque non uideantur minus aliquid habere quam illi qui perfecti sunt christiani, nec necesse sit quaeri quale illud baptisma fuerit quod in nomine Iesu Christi sunt consecuti. nisi forte in illo quoque superiore tractatu circa eos qui tantum modo in nomine Christi Iesu baptizati fuerint statuas etiam sine spiritu sancto posse saluos fieri, † aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem episcopi spiritum sanctum consuesse praestari aut etiam non episcopum dicas spiritum sanctum solitum esse largiri.

5 Quod si ita est et potest aliquid horum eueniens salutem homini credenti non praeripere, tu quoque ipse annuis quoniam modo dimidiatum et non ut contendis consummatum mysterium fidei, *si* qua necessitas interuenit, salutem adimere non posse credenti et paeni-

1 quoniam uel *scripsi*, uel quoniam *cod.*, quoniam *Rig.* aliqui *Rig.* 11 quamquam *coni. nescio quis*, quoniam *cod. et v* 21 nec] ne *Rig.* 27 solum *Rig.* 29 quoniam modo] quonam modo *coni. Gallandius*; non modo dimidiatum ut contendis sed consummatur *coni. nescio quis, sed nihil mutandum; cf. Cypr. epist. p. 536, 12* 30 si *addidi*

tenti homini. aut si dicis huiusmodi hominem saluum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut omnibus hominibus qui sub cura eorum agunt et hac atque illac dispersis regionibus ipsorum infirmantur per semet ipsos subuenire debeant, quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur hoc idem praestare non possint, ne sanguis eorum qui uacui de saeculo exisse uidebuntur de manu episcoporum necesse habeat requiri. porro autem, ut non ignoratis, credentibus hominibus inuenitur spiritus sanctus a Domino datus sine baptismate aquae, sicut actis apostolorum continetur in hunc modum: adhuc loquente Petro uerba haec irruit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, et obstupefacti sunt qui erant ex circumcisione fideles quotquot simul uenerant cum Petro, quia et super gentes donum spiritus sancti effusum est. audiebant enim eos loquentes linguis suis et magnificabant Deum. tunc respondit Petrus: numquid aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? et praecepit eos baptizari in nomine Iesu Christi. sicut etiam idem Petrus postmodum de eisdem gentibus plenissime docuit nos dicens: et nihil discreuit inter nos et ipsos, fide emundatis cordibus eorum. atque hoc non erit dubium in spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari, sicut animaduertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur ut satisfieret et Ioannis et ipsius Domini praedicationibus, quandoquidem et hi sine manus impositione apostolorum et sine lauacro quod postea adepti sunt gratiam repromissionis acceperint et sic paullo ante emundatis cordibus eorum Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, ut hoc solum eis baptisma subsequens praestiterit, ut inuocationem quoque nominis Iesu Christi acciperent, ne quid eis deesse uideretur ad integritatem ministerii et fidei.

Quod etiam e contrario latere tractatus huius sunt consecuti ipsi 6
illi discipuli Domini nostri, super quos iam pridem baptizatos postremo

10 Act. 10, 44–48. 21 Act. 15, 9.

5 clerici *fort.* 7 uidebantur *Rig.* 20 idem *om. Rig.* 25 et hi] haec *Rig.* 27 et sic paullo ante emundatis *Baluzius*, et inundatis *Rig.*, et emundatis *Oxon.* 31 mysterii fidei *fort.*; *cf. pag.* 81, 20

die pentecostes superuenit spiritus sanctus, uoluntate Dei quidem non sua sponte caelo lapsus, sed ad hoc ipsum munus effusum sedet super unumquemque eorum, cum iusti iam pridem, ut diximus, baptismate Domini fuissent baptizati, sicut et ipsi apostoli, qui tamen omnes Dominum nocte qua apprehensus est deseruisse inueniuntur, et ille ipse qui gloriatus est perseueraturum se in sua fide Petrus et aduersus ipsius Domini praedictum obstinatissime repugnauit, postremo tamen tum ipsum negauit: ut hac ratione ostenderetur nobis quae medio tempore quoquo modo contraxerant delicta, eadem haec in eis fide postmodum sincera per baptisma spiritus sancti non dubie esse dimissa. nec ulla, ut puto, alia ex causa apostoli his quos in spiritu sancto adloquebantur praeceperant ut in nomine Christi Iesu baptizarentur, nisi quia uirtus nominis Iesu super quemcumque hominum baptismate inuocata ad salutem adsequendam non modicam praerogatiuam ei qui baptizaretur praestare posset, sicuti Petrus in actis apostolorum enarrat dicens: nec enim aliud est nomen sub caelo quod datum est hominibus, in quo oportet saluos fieri nos. sicut etiam apostolus Paulus aperit ostendens, quia Deus exaltauit Iesum Dominum nostrum et donauit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genua curuent caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus est Iesus in gloria patris, et ille in quo cum baptizaretur inuocatum esset in nomine Iesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere et errorem suum corrigere et ad ecclesiam et ad episcopum uenire et sinceriter confiteri Iesum nostrum coram hominibus, ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam spiritum sanctum acciperet, nec inuocationem illam pristinam nominis Iesu amitteret, quam nemini nostrum licet damnare, quum haec nuda et singularis si in errore sit constituta non posset ad salutem praestandam sufficere, ne hac rati-

16 Act. 4, 12. 19 Phil. 2, 9—11.

2 effusus *coni. nescio quis* 3 iusti] isti *coni. Rig.* 5 domino *Rig.* 8 tum ipsum] eum etiam *Baluzius*, ter ipsum *coni. Rigaltius* 9 quoque *Rig.* 10 sincerata *Rig.* 12 praeceperant .. baptizarentur *om. Rig.* 16 narrat *Rig.* 30 si *om. Rig.*

que etiam ethnicos et haereticos abutentes nomine Iesu credamus ad salutem sine uera re atque integra posse peruenire, quam tamen inuocationem nominis Iesu correctione erroris et agnitione fidei ueritatis et abscisa omni labe praeteritae conuersationis mysterio Dei circa eiusmodi homines rite perpetratam locum quem habitura non erat obtinere et postremo in fide recta et ad integritatem signi praestandam non obesse supplemento eius quod deerat accedente perquam utile est credere, et tot annorum totque ecclesiarum itemque apostolorum et episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere, cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimae matris ecclesiae aduersus prisca consulta post tot saeculorum tantam seriem nunc primum repente ac sine ratione insurgere. nec enim propter aliud Petrus, qui iam fuerat baptizatus et quid sentiret de Domino ab ipso Domino erat interrogatus, et ueritate reuelationis patris caelestis in eum collocata, quod Dominus noster non solum Christus, uerum etiam filius Dei uiui esset confessus, postmodum eidem Christo praedicanti de sua passione refragatus esse monstratus est, et propterea satanas dici ostensus est, nisi quia futurum erat ut quidam tametsi uariantes in sententia propria et claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Iesu baptizarentur, tamen si interuallo quodam temporis recorrigere id potuissent, non propterea a salute exciderent, sed quandoque resipuissent, integram spem salutis paenitendo obtinerent, praesertim cum spiritum sanctum, quo baptizari unusquisque hominum debet, acciperent, † aliquid tale designassent, sicuti non solum Petrum hoc passum esse in euangelio deprehendimus, uerum uniuersos quoque discipulos, quibus iam baptizatis postea Dominus ait quia uos omnes scandalizabimini in me: qui omnes ut animaduertimus correcta fide sua post resurrectionem Domini in spiritu sancto sunt baptizati, ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore in spiritu sancto posse baptizari. qui cum aqua baptizarentur in nomine Domini aliquando scabram habuissent fidem, quoniam multum interest utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine Domini nostri Iesu Christi,

15 cf. Matth. 16, 16. 27 Marc. 14, 27.

32 aliquando *Baluzius*. aliquo (*i. e.* aliquatenus) *coni.* *Rigaltius*. aliquod *cod.* ?

an uero in aliquo claudicet cum baptizatur baptismate aquae, quod minus est, dummodo postea constet in ueritate sincera fides in baptismate spiritus, quod non dubie maius est.

7 Nec aestimes huic tractatui contrarium esse quod dixit Dominus: ite, docete gentes, tinguite eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. quia cum hoc uerum et rectum et omnibus modis in ecclesia obseruandum sit et obseruari quoque solitum sit, tamen considerare oportet quod inuocatio nominis Iesu non debet a nobis futilis uideri propter uenerationem et uirtutem ipsius nominis, in quo nomine uirtutes omnes solent fieri et nonnumquam aliquae etiam ab hominibus extraneis. ceterum quo pertinent illa uerba Christi, qui negaturum se esse dixit nec nosse eos qui sibi in die iudicii dicturi essent: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in nomine tuo daemonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes magnas fecimus, respondendo eis etiam cum iureiurando quia numquam cognoui uos, discedite a me qui operamini iniquitatem, nisi ostenderetur nobis nonnumquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem posse per nimiam uirtutem nominis Iesu etiam haec fieri. idcircoque debet inuocatio haec nominis Iesu quasi initium quoddam mysterii dominici commune nobis et ceteris omnibus accipi, quod possit postmodum residuis rebus impleri, alias non profutura talis inuocatio cum sola permanserit, quia post mortem eiusmodi hominis non potest ei quicquam omnino adici uel suppleri aut in aliquo prodesse in die iudicii, cum illi a Domino nostro quae supra memorauimus coeperint exprobrari: qui tamen uniuersi hodie ut sibi his modis subueniant quibus supra ostendimus, non possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi.

8 Sed ad haec, ut soles, contradices, opponendo nobis tunc cum baptizarentur integre ac recte discipulos ac non ut hos haereticos esse baptizatos. quod ex persona ipsorum et eius qui baptizauit illos sumas necesse est. et ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum Domini respondemus, sed sicuti compellimur, quia

5 Matth. 28, 19. 13 Matth. 7, 22. 23.

1 baptismate ea quae *cod.* 3 non dubie *om. Rig.* 19 idcirco quae *Rig.* 21 quod] quia *Rig.* 25 illa *Rig.*

necesse est ubi et quando et quemadmodum unicuique nostrum salus sit praestita rationibus inuestigemus. namque natum esse Dominum nostrum et Christum esse eum multis rationibus a discipulis eius non immerito credi uidebatur, quod ex tribu Iuda, quod ex genere Dauid quodque in ciuitate Bethleem fuisset natus et quod pastoribus ab angelis quoniam saluator illis natus esset eodem momento fuisset annuntiatus, quo in oriente uisa eius stella sollicitissime fuisset a magis requisitus et adoratus et illustribus donis et insignibus muneribus honoratus, quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus prudenter et cum admiratione omnium disputasset, quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, caelis apertis descensione spiritus sancti et super eum mansione testimonio etiam patris sui itemque Ioannis baptistae fuisset clarificatus, quod supra humanam mediocritatem corda et cogitationes uniuersorum intelligeret, quod languores et uitia et ualetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret, quod remissiones peccatorum cum euidenti probatione praestaret, quod daemonia iussu expelleret, quod leprosos uerbo mundaret, quod aquam in uinum conuertendo conuiuium nuptiale admirabili laetitia amplificaret, quod caecis uisionem restitueret aut indulgeret, quod doctrinam patris cum omni fiducia assereret, quod in loco deserto de quinque panibus quinque milia hominum saturaret, quod reliquiae atque buccellae plus quam duodecim cophinos implerent, quod mortuos pro sua pietate passim suscitaret, quod uentis et mari ut quiescerent imperaret, quod super mare pedibus ambularet, quod uirtutes omnes omnino perficeret.

Quibus rebus et huiuscemodi compluribus factis ad claritatem eius 9
pertinentibus consequens esse uidebatur ut quemadmodum Iudaei de Christo sentiunt, quod tamen de Iesu Christo Domino nostro non credunt, ut etiam ipsi existimarent, ut talis et tantus nulla obita morte in aeternum perseueret, et regnum Israel et totius orbis in perpetuum quod non corriperetur possideret. unde etiam Iudaei ausi fuerunt eum rapere et in regnum unguere: quod quidem necesse habuit ille subterfugere: ac propterea discipuli eius arbitrabantur

7 quo *scripsi*. quod *cod. et e* 28 sentiant *Rig.* 31 corriperetur | corrumperetur *coni. Baluzius* 32 fuerant *Rig.* 33 superfugere *coni. Rig.*

quod nulla alia ratione uitam aeternam his praestaturus esset, nisi primum ipse uitam hanc temporalem cum illa aeterna in se ipso continuasset. denique cum conuersarentur in Galilaea dixit eis Iesus: incipit filius hominis tradi in manus hominum et interficient eum, et post triduum resurget. et contristati sunt nimis, quia, sicuti diximus, longe diuersum prius animis ac mente conceperant. denique hic fuit etiam Iudaeorum sermo contradictionis aduersus eum, cum se ipse quidem doceret eos et futura annuntiaret, illi autem dicerent: nos audiuimus a lege quia Christus manet in aeternum: et quomodo tu dicis quia exaltari oportet filium hominis? itaque fuit discipulorum eadem haec praesumptio de Christo, prorumpente in istum sermonem incrudelitatis suae Petro ipso duce ac principe apostolorum. cum enim a Domino simul cum ceteris fuisset interrogatus quidnam sentiret de ipso, id est quem esse eum existimaret, et primo ueritatem confessus fuisset dicens esse eum Christum filium Dei uiui et propterea beatus ab illo iudicatus esset, quod hoc non carnaliter sed per patris caelestis reuelationem adsecutus esset, idem tamen, ubi coepit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum Hierosolymam ire et multa pati a senioribus et sacerdotibus et scribis et interfici et post diem tertium resurgere, nihilominus ille uerus Christi confessor post pauculos dies assumpto eo coepit illum corripere dicens: propitius sit tibi, non erit istud, ita ut propterea audire a Domino commeruerit: uade post me satanas, scandalum mihi es, ob hoc quod non saperet ea quae sunt Dei sed ea quae sunt hominum. quae increpatio aduersus Petrum magis magisque eluxit adprehenso Domino, cum a muliercula conterritus diceret: nescio quid dicas, neque noui te, et iterum cum hoc idem diceret adhibito iureiurando et tertio deuotans et iurans adfirmaret quoniam non nosset hominem et non semel sed saepius eum negasset, quod consilium ei quoniam usque ad passionem Domini perseueraturum erat multo prius a Domino palam factum est, ut nos quoque id non ignoremus. denique post

4 Matth. 9, 30. 9 Io. 12, 34. 22 Matth. 16, 16 sq. 27 Matth. 26, 70 sq.

6 quia . . . animis *om. Rig.* 19 oportet illum *Rig.* 23 ita *om. Rig.* 28 idem *om. Rig.*

resurrectionem Domini unus e discipulis eius Cleopas cum esset maestus secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, ipsi Domino tamquam alicui ignoto referens quod contigerat, sic locutus est dicens de Iesu Nazareno, qui fuit propheta potens in factis et dictis in conspectu Dei et uniuersi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis et cruci eum fixerunt. nos autem sperabamus quod ipse erat redempturus Israel. iuxta quae omnes quoque discipuli adseuerationem quoque mulierum, quae post resurrectionem uiderant Dominum, iudicauerunt deliramenta et quidam ipsorum uiso eo non crediderunt sed dubitauerunt, quique tunc non interfuerunt omnino non crediderunt, nisi postmodum ab ipso Domino omnibus modis fuissent obiurgati atque increpati: quoniam mors eos ita offenderat ut putarent eum non resurrexisse, quem innuerant mori non debuisse, quia contra opinionem ipsorum semel mortuus fuisset. itaque quod ad ipsos discipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis quibus retulimus inueniuntur, et quod multo grauius est, sicut in euangelio cata Ioannem scriptum est, etiam alios baptizabant.

Praeterea quid dicturus es de his qui plerumque ab episcopis 10
pessimae conuersationis baptizantur: qui tamen tandem cum Deus uoluerit, in sceleribus suis conuicti, etiam ipso aut prorsus etiam communicatione priuantur? aut quid statues de eis qui ab episcopis praue sentientibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quando non ad liquidum et integre uel etiam aliter quam oportet in traditione sacramenti fuerint locuti, certe aut interrogauerint quid aut interrogantes a respondentibus audierint quod minime ita interrogari aut responderi debet, quod tamen non ualde illam nostram rectam fidem laedat, sed non tam ornate ut tu et composite, isti quoque simpliciores homines mysterium fidei tradant. dicturus es enim utique pro tua singulari diligentia hos quoque denuo baptizandos esse, cum maxime eis res desit aut obstet quo minus inuiolabile illud diuinum

18 cf. Io. 3, 22.

6 eum *om. Rig.* 11 innuerant *Rig.*, crediderant *Bal.*, timuerant *cod.* 22 ipso aut *cod.*, ipso munere *Oxon.*, epatu (*i. e.* episcopatu) aut *fort.*

mysterium fidei intemeratum possint accipere. sed enim, uirorum optime, reddamus et permittamus uirtutibus caelestibus uires suas, et dignationi diuinae maiestatis concedamus operationes proprias, et intellegentes quantum in ea sit emolumentum libenter ei adquiescamus. et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquae coniunctum est, sit constituta, siquidem per nos baptisma tradetur, integre et sollemniter et per omnia quae scripta sunt adsignetur atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, euentum exspectemus ut aut suppleatur a nobis aut [a] Domino supplendum reseruetur: si uero ab alienis traditum fuerit, ut potest hoc negotium et ut admittit corrigatur, quia spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, fides quoque non solum apud haereticos, uerum etiam apud eos qui in schismate constituti sunt sana esse non possit, idcircoque paenitentiam agentibus correctisque per doctrinam ueritatis et per fidem ipsorum, quae postea emendata est purificato corde eorum, tantummodo baptismate spiritali id est manus impositione episcopi et spiritus sancti subministratione subueniri debeat. signum quoque fidei integrum hoc modo et hac ratione tradi in ecclesia merito consueuit, ne inuocatio nominis Iesu quae aboleri non potest contemptui a nobis uideatur habita, quod utique non oportet, quamquam talis inuocatio, si nihil eorum quae memorauimus secutum fuerit, ab operatione salutis cesset ac uacet. dicente enim apostolo unum esse baptisma, necesse est inuocatione nominis Iesu perseuerante, quia non potest a quoquam hominum quae semel inuocata est auferri, si eam contra decretum apostolorum geminare ausi fuerimus nimietate praestandi immo superaddendi baptismatis studio: si ille qui ad ecclesiam reuertitur nolit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eum quem putamus defraudandum non esse baptismate aquae.

11 Quid autem statues in personam eius uerbum audientis qui forte adprehensus in nomine Christi statim confessus ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei fuerit punitus, utrum perisse eum pronuntiabis quia non est aqua baptizatus, an uero aliquid extrinsecus

1 uiuorum *cod.*. *em. Baluzius* 4 et] ut *Rig.* libentes *Rig.* 10 a *inclusi* 18 debet *fort.* 22 secutum] seruatum *Rig.* 26 aut si *cod.* 27 studiosi. Si *Rig.* 28 noluit *Rig.*

patrocinari ei ad salutem existimabis, licet non sit aqua baptizatus? quod perisse eum existimabis, obuiam tibi ueniet sententia Domini dicentis: quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum et ego coram patre meo qui in caelis est: quia nihil interest utrum hic uerbum audiens an fidelis sit qui confitetur Dominum, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet confiteatur, quia Dominus pari uice confitendo et ipse confessorem suum apud patrem honore eum martyrii sui, ut pollicitus est, exornet. quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam haereticus aliquis, qui tamen ipsum Christum negat, confiteri, quia in alium Christum credit, cum Christus confiteatur quod ei prodesse minime possit, si quidem Dominus non *nisi* se ipsum in confessionem a nobis coram hominibus deduci oportere dixit, quod sine ipso et sine uenerando nomine eius non potest fieri. et ideo integrum ac sincerum et incontaminatum et inuiolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo delectu habito ipsius confessoris, siue ille iustus siue peccator, perfectusque christianus an uero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum confiteri non timuit. nec est hoc contrarium superiori tractatui: quia illic quidem tempus supererat ad corrigenda quae mutila uel praua sunt, et quoniam quaedam concessa sunt ipsi tantummodo nomini Domini nostri, martyrium autem non nisi in ipso et per ipsum Dominum possit consummari, et idcirco neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri neque nomen Christi sine ipso Christo ad confessionem cuiquam possit patrocinari.

Quapropter totus discernendus est tractatus hic, ut possit mani- 12
festior fieri. namque inuocatio nominis Iesu ideo tantum patrocinari potest, si rite suppleta postea fuerit, quia et prophetae et apostoli ita praedicauerunt. ait enim Iacobus in actis apostolorum: uiri fratres, audite: Simon exposuit quemadmodum primum Deus uisitauerit accipere ex gentibus populum nomini suo, et huic consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: post haec reuertar et reaedificabo

3 Matth. 10, 32. 29 Act. 15, 13—17.

2 quod] quando *Pam.* 6 dominum *scripsi*, domino *cod.* et *r* 13 nisi *addidi* 19 domino *Rig.* 21 quae mutila *coni. Baluzius*, quam multa *coni. Rig.*, quae multa *cod.* et *r* 32 huic] si *Rig.*

tabernaculum illud Dauid quod cecidit et quae demolita sunt eius reaedificabo, et denuo erigam illud, uti exquirant residui hominum Deum et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum super eas, dicit Dominus faciens haec. itaque et residui hominum id est quidam Iudaeorum et omnes gentes super quas inuocatum est nomen Domini possunt et necesse habent requirere Dominum, quia ipsa inuocatio nominis praebet eis occasionem uel etiam imponit necessitatem requirendi Dominum: cum quibus praecipiunt scripturas sanctas, siue uniuersas siue quasdam, tamen audentius de ueritate tractare quam cum gentibus, super quos non est inuocatum nomen Domini Iesu filii Dei uiui, sicuti nec super Iudaeos, qui ueteres tantum scripturas recipiunt. et ideo utriusque huius generis homines id est Iudaei et gentiles plene ut oportet credentes pari modo baptizantur. haeretici uero iam baptizati aqua in nomine Iesu Christi, tantum in spiritu sancto baptizandi sunt: et in Iesu, quod nomen solum datum est sub caelo, in quo oporteat saluos fieri nos, merito mors contemnitur, quoniam si sic perseuerent, salui esse non possunt, quia non requisiuerunt Dominum post inuocationem nominis eius super eos, sicut et illi † qui in eos Christus qui forte credere noluerunt, de quibus Dominus ait: cauete ne quis uos in errorem inducat. multi enim uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus et multos in errorem inducent. et iterum ait: tunc si qui dixerit uobis: ecce hic Christus aut hic, nolite credere. surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam electi. quas uirtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient. in quo nomine uidentur quidam etiam modo quasdam uirtutes facere et falso prophetare. sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere: quemadmodum etiam si quis desciscat a Christo, inhaerens solo nomini eius [qui] non multum adiuuatur, immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut iustissimus aut clero aliquo honoratus aut confessionis dignitate praeditus. hi enim omnes

21 Matth. 24, 4. 5. 11. 24 Matth. 24, 23. 24.

11 iesu] id est iesu *Rig.* 16 et in] etenim *fort.* 18 quoniam] quam *Rig.* 20 illi qui ob pseudochristos forte *coni. Oxon.* 32 qui *inclusi.*

negando uerum Christum introducendo aut sequendo alium, cum sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt, non aliter quam illi qui coram hominibus negauerunt Christum, quos negari necesse est a Christo, non habita ulla ratione ipsorum ex praecedenti conuersatione eorum aut sensu aut dignitate, proinde atque ipsi ausi sunt Christum id est salutem suam abrogare, damnati per huiusmodi clausulam, quia manifestissime a Domino dictum est: quicumque me negauerit coram hominibus, negabo eum et ego coram patre meo qui in caelis est. ut uerbum hoc quicumque etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, licet negator ille antea uel haereticus fuerit uel audiens aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, uel de haeresi ad ueritatem fidei conuersus uel ab ecclesia digressus et postea reuersus sit, et tunc cum rediret prius quam ei manus ab episcopo imponeretur adprehensus confiteri Christum coram hominibus necesse habuerit, sicut iterum neganti Christum nulla propria uetus dignitas potest ad salutem patrocinari.

Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum 13
fuerit, in illo quisque nostrum iudicari necesse habebit, abolitis et obliteratis omnibus quae prius gessit. et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis, ut in re perquam ueloci possint mutari uniuersa, nemo sibi blandiatur qui occasionem amiserit gloriosae salutis, si forte se ab ea excluserit propria sua culpa, sicuti et illa uxor Loth, quae similiter in angustiis rerum contra praeceptum angelorum tantummodo post se respexit et tumulus salis facta est. qua ratione etiam ille haereticus qui confitendo Christi nomen trucidatur nihil postea potest corrigere, si quid de Deo aut de Christo male senserit, cum in alium Deum uel in alium Christum credendo semet ipsum fefellit, confessor non Christi, sed solitario Christi nomine, quando et apostolus consequenter dicat: etsi corpus meum tradidero, ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio. quia hoc facto nihil proficit qui non habet dilectionem eius Dei et Christi, qui per legem et prophetas

7 Matth. 10, 33. 30 I. Cor. 13, 3.

5 ausi] aut si *cod.* 14 ac postea *Rig.* 15 quam *om. cod.?* 18 quocumque *coni. Gallandius* 19 quisque *scripsi*, quis *cod. et c*

et in euangelio in hoc modo praedicatur: diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota cogitatione tua, et, diliges proximum tibi tamquam te. in his enim duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae, sicut et Ioannes euangelista dicit: et omnis qui diligit ex Deo natus est et cognoscit Deum, quia Deus dilectio est. sicuti et Deus ait: ita enim dilexit Deus mundum ut filium suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet non periret, sed haberet uitam aeternam. ut manifeste appareret eum qui hanc diligendi nos et diligendi a nobis dilectionem in se non habeat inani confessione et passione nihil proficere, quando ipsum apparet et constat haereticum esse qui in alium Deum credat siue Christum alium accipiat quam quem scripturae noui et ueteris testamenti manifeste praedicant, quae patrem omnipotentem creatorem omnium et fiium eius sine obscuritate annuntiant. eueniet enim eis ut alii ab alio Deo salutem exspectanti, *ut* tunc demum contra opinionem suam a Christo Dei patris omnipotentis creatoris filio, quem blasphemauerunt, in poenam aeternam damnentur, cum iudicare Deus coeperit absconsa hominum secundum euangelium per Christum Iesum, eo quod in ipsum non crediderint, licet ipsius nomine abluti sint.

14 Et usque adeo omne illud haereticorum baptisma intercedente aliquo interuallo temporis corrigi potest, si quis superuixerit et fidem correxerit, ut Deus noster in euangelio secundum Lucam ad discipulos suos locutus est dicens: habeo autem aliud baptisma baptizari. item secundum Marcum ad filios Zebedaei eadem ratione dixerit: potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismate quo ego baptizor baptizari? quod sciret homines non solum aqua uerum etiam sanguine suo proprio habere baptizari, ita ut et solo hoc baptismate baptizati fidem integram et dignationem sinceram lauacri possint adipisci et utroque modo bapti-

1 Deut. 6, 5. Matth. 22, 37–40. 5 I. Io. 4, 7. 8. 7 Io. 3, 16. 25 Luc. 12, 50. 27 Marc. 10, 38.

12 quando ipsum *scripsi,* quam ut ipsa *cod.*, quoniam re ipsa *coni. Baluzius;* quam ut ipsum appareat et constet *coni. Rigaltius* 17 ut *addidi* 24 deum nostrum *cod. et v* 31 dignationem] dilectionem *Rig.*

zari, aeque tamen unum baptisma salutis et honoris pariter et aequaliter consequi. quod enim dictum est a Domino: habeo aliud baptisma baptizari, hoc in loco non ut secundum baptisma ac si sint duo baptismata significat, sed alterius quoque speciei baptisma ad eandem salutem concurrens donatum nobis esse demonstrat. quas utrasque species ab ipso Domino nostro primum initiari et sanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra siue utraque species unum non duplex salutiferum atque honorificum baptisma praestaret, et uiae quaedam unius baptismatis sic nobis patefierent ut aliquando impune aliqua illarum deesset, sicut in uerbum audientibus martyribus impune aquae baptisma deest, quos tamen certi sumus, si quid laxamenti habeant, etiam aqua solitos baptizari. itemque illis qui legitimi sunt fideles effecti impune deest baptisma sanguinis proprii, quia baptizati in nomine Christi redempti sunt pretiosissimo sanguine Domini, cum utraque haec ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptismatis dominici, ut omnis qui sitit ueniat et bibat, sicut scriptura dicit: flumina de uentre eius currebant aquae uiuae. quae flumina primum apparuerunt in Domini passione, cuius de latere perforato lancea militari sanguis et aqua manauit, ut emitteret duo flumina diuersae speciei, sed tamen eiusdem ac singulare latus, ita ut impleatur spiritu sancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. haec enim de fluminibus his loquens ostendebat Dominus significans spiritum sanctum quem accepturi essent qui credituri erant in illum. nondum autem erat spiritus, quia Iesus nondum erat clarificatus. igitur dicens quemadmodum generari potest baptisma quod apostolus unum esse praedicat, utique manifestum est illa ratione, quia diuersae sunt species unius atque eiusdem baptismatis ex uno uulnere profluentis in aquam et sanguinem, cum illic duo sint de quibus locuti sumus baptismata aquae, id est unius atque eiusdem species, cum unum esse debeat baptisma uniuscuiusque species, sicut plenius sumus locuti.

Et quoniam uidemur omne baptisma spiritale trifariam diuisisse, 15
ueniamus etiam ad probationem narrationis propositae, ne uideamur proprio sensu et temere hoc fecisse. ait enim Ioannes de Domino nostro in epistola sua nos docens: hic est qui uenit per aquam

17 Io. 7. 38. 24 Io. 7. 39. 35 I Io. 5. 6. 8.

3 si *om. Rig.* 6 initiari] ministrari *Rig.* 7 non *scripsi,* hoc *cod. et v* 21 utroue *fort*

et sanguinem Iesus Christus, non in aqua tantum, sed in aqua et sanguine. et spiritus est qui testimonium perhibet, quia spiritus est ueritas: quia tres testimonium perhibent, spiritus et aqua et sanguis. et isti tres unum sunt. ut ex illis colligamus et aquam praestare spiritum solitum, et sanguinem proprium hominibus praestare spiritum solitum et ipsum quoque spiritum praestare spiritum solitum. nam cum effundatur aqua sicuti et sanguis, spiritus etiam effusus sit a Domino super omnes qui crediderunt: utique et aqua et nihilominus proprio sanguine, tunc deinde et spiritu sancto possunt homines baptizari. ait enim Petrus: sed hoc est quod dictum est per prophetam: erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii eorum et filiae eorum et iuuenes uisiones uidebunt et seniores somnia somniabunt. et quidem super seruos et super ancillas effundam de spiritu meo. quem spiritum in ueteri testamento, non quidem passim nec effuse, sed communicatum cum aliis aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines uel induisse eos uel fuisse super eos deprehendimus, sicuti Moysi de septuaginta presbyteris a Domino dictum esse animaduertimus: et auferam spiritum qui super te est, et imponam super eos. propter quod etiam secundum pollicitationem suam Deus ab alio ex spiritu qui super Moysen fuerat imposuit super illos, et prophetauerunt in castris, quod Moyses ut homo spiritalis ita contigisse gaudebat, licet ab Iesu filio Naue ut huic rei intercederet inuito suadebatur, et idcirco non fuisse † permotus. porro autem in libro Iudicum, item in Regnorum libris animaduertimus super plerosque aut fuisse spiritum Domini aut insiluisse in eos, tamquam super Gothoniel Gedeon Iephthe Samson Saul Dauid et ceteros alios. quod usque adeo ita se habet ut spiritus sancti sponte accedendi ab eis libertatem ac facultatem manifestissime nos Dominus docuerit dicens: spiritus ubi uult spirat, et uocem eius audis et nescis unde ueniat aut quo uadat. ita ut idem spiritus etiam super

11 Act. 2, 17. 18. 21 Num. 11, 17. 32 Io. 3, 8.

5 in unum *Rig.* 6 *prius* spiritum *om. cod.* 23 ab alio] ablato *fort.*

indignos quoque sui nonnumquam inueniatur esse, non utique otiose nec sine ratione, sed necessariae alicuius operationis gratia: sicuti super Saul fuit, super quem factus est spiritus Dei et prophetauit, quamquam posteriore tempore postquam recessit ab eo spiritus Domini et postquam angebat eum spiritus malignus a Domino, quoniam tunc ad hoc postremus uenerat post nuntios quos ante assidue praemiserat ut interficeret Dauid, qui idcirco inciderunt in chorum prophetarum et prophetauerunt, ne id quod iussi fuerant perficere possent aut uellent. quod admirabili ratione per uoluntatem Dei spiritum qui super illos omnes fuit credimus operatum esse. qui spiritus impleuit etiam Ioannem baptistam adhuc ab utero matris suae, et incubuit super eos qui cum Cornelio centurione erant prius quam baptizarentur aqua. ita dum cohaeret baptismati hominum spiritus aut antecedit aut sequitur uel cessante baptismate aquae incumbit super eos qui credunt, dat nobis consilium quod aut ex integro rite baptisma seruare aut forte dato a quocumque in nomine Iesu Christi baptismate supplere id debeamus, custodita nominis Iesu Christi, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima inuocatione, custodita praeterea tanti temporis tot uirorum ueneranda nobis consuetudine et auctoritate.

Quoniam autem prima pars disputationis huius uidetur explicata, 16
etiam sequentem eius propter haereticos debemus attingere, quia perquam necessarium est eum tractatum qui semel in manus incidit non praeterire, ne forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus aliquis haereticorum uersutia sua audeat attentare. nam quia Ioannes dixit nos baptizandos esse in spiritu sancto et igni, eo quod addiderit dicens et igni, idcirco quidam desperati homines ausi sunt usquequaque prauitatem suam porrigere et propterea homines nasutissimi quaerunt quomodo sanctitatis baptisma ita corrumpant ac uiolent ut etiam euacuent: qui originem iam exinde trahunt a Simone mago multiformi peruersitate per uarios errores eam exercentes. cui Simoni Petrus in actis apostolorum dixit: pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gratiam Dei existimasti per pecunias posse possideri. non est tibi portio neque sors in sermone hoc. cor enim tuum non est rectum coram Deo. et agunt isti haec omnia dum fallere cupiunt eos qui sunt simplicio-

3 I Reg. 19, 23. 31 Act. 8, 20. 21.

4 quamquam] quoniam *fort.* 5 a domino] adm. *cod.* 10 illos *om. Rig.* 16 obseruare *Rig.* 27 uersutissimi *Baluzius*

ores aut curiosiores, et temptant nonnulli illorum tractare se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum et decurtatum, baptisma tradere, quod taliter dicuntur adsignare ut quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique huiusmodi lusus Anaxilai esse, siue naturale quid est, quo pacto possit hoc contingere, siue illi putant hoc se conspicere siue maligni opus et magicum uirus ignem potest in aqua exprimere: illi tamen talem fallaciam et stropham praedicant perfectum baptisma esse, quod fideles homines si coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amisisse, perinde ac si quis sacramento miles dicto desertis suis castris in hostium diuersissimis castris longe aliud sacramentum uelit dicere, hac ratione constat eum uetere sacramento exauctoratum esse.

17 Item si huiusmodi homo rursus ad te redeat, utique haesitabis utrum habeat baptisma necne: et tamen oportebit te huic quoque paenitentiam agenti quibuscumque modis potueris subuenire. est autem adulterini huius immo internecini baptismatis si qui alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis haereticis propter hunc eundem errorem confictus liber qui inscribitur PAVLLI PRAEDICATIO. in quo libro contra omnes scripturas et de peccato proprio confitentem inuenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, et ad accipiendum Ioannis baptisma paene inuitum a matre sua Maria esse compulsum, item cum baptizaretur ignem super aquam esse uisum, quod in euangelio nullo est scriptum, et post tanta tempora Petrum et Paulum post conlationem euangelii in Hierusalem et mutuam cogitationem et altercationem et rerum agendarum dispositionem postremo in urbe quasi tunc primum inuicem sibi esse cognitos, et quaedam alia huiuscemodi absurde ac turpiter conficta, quae omnia in illum librum inuenies congesta. qui autem non ignorant spiritus sancti qualitatem intellegunt quod dictum est de igni de ipso spiritu dictum esse. nam in actis apostolorum secundum hanc eandem promissionem Domini nostri ipso die Pentecostes cum descendisset spiritus sanctus super discipulos ut in illo baptizarentur, uisae sunt insidentes super sin-

1 illorum] iterum *Rig.* 3 dicantur *Rig.* 20 Paulli *cod.*, Petri *Rigaltius*; *cf. Clem. Alex. Strom. VI. p. 639, Lactant. Inst. IV c. 21* 26 cogitationem et *om. Rig.* 34 ut] et *Rig.*

gulos linguae quasi ignis, ut constaret eos spiritu sancto et in igne baptizatos, hoc est eo spiritu qui esset siue ignis siue quasi ignis, qualis ignis fuit qui in rubo ardebat et rubum non comburebat qualisque est ille ignis qui est angelorum spiritus, sicut scriptura dicit: qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem ardentem. cui cum similis aut socius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere nec illum quidem qui antecedens Domino in die iudicii conflagrabit totum orbem terrae absque eis qui baptizati sunt in spiritu sancto et igni.

Et hominibus quidem spiritus perseuerat hodie inuisibilis, sicut 18
Dominus dicit: spiritus ubi uult spirat, et nescis unde ueniat uel quo uadat. sed in principio mysterii fidei et spiritalis baptismatis hic idem spiritus manifeste uisus est et super discipulos insedisse quasi ignis, item caelis apertis descendisse super Dominum columbae similem. quoniam pleraque immo paene omnia quae essent futura manifesta sunt: quae tamen modo essent inuisibilia nihilominus, nunc quoque oculis et incredulitati hominum uel ex parte uel aliquando uel in figura sunt monstrata ad corroborandam et confirmandam fidem nostram. sed nec aliud omiserim quod euangelium merito praedicat. ait enim paralytico Dominus noster: bono animo esto, fili, dimittuntur tibi peccata, ut ostenderet fide mundari corda ad remissionem peccatorum consequendam. quam remissionem peccatorum consecuta est etiam illa quae erat mulier peccatrix in ciuitate, cui Dominus ait: dimittuntur tibi peccata. et cum coepissent qui simul discumbebant apud semet ipsos dicere: quis est hic qui peccata dimittit? quod et circa paralyticum acerbius scribae et Pharisaei obmurmurauerant: ait ad mulierem Dominus: fides tua te saluam fecit, uade in pace. ex quibus uniuersis ostenditur fide emundari corda, spiritu autem ablui animas. porro autem per aquam lauari corpora, sanguine quoque festinantius peruenire per compendium ad salutis praemia.

5 Ps. 103, 4. 11 Io. 3, 8. 20 Matth. 9, 2. 25 Luc. 7, 48 sq.

5 fecit *Rig.* 19 aliud] illud *Rig.* 23 etiam *om. Rig.* 30 lauacri *Rig.* 31 ad salutis praemia puto *non distinguit Baluzius*

19 Puto nos plene exsecutos praedicationem baptistae Ioannis, unde sermonem sumus exorsi, qui dixit ad Iudaeos: ego quidem uos baptizo aqua in poenitentiam. qui autem post me uenit fortior me est, cuius ego non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni. arbitror autem et apostoli Ioannis doctrinam nos non inepte disposuisse, qui ait: quia tres testimonium perhibent, spiritus et aqua et sanguis, et isti tres unum sunt. nisi fallor autem etiam illud explanauimus quod Dominus noster ait: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini in spiritu sancto. praeterea existimo nos non infirmam rationem reddidisse consuetudinis causam. tueamur tamen, etsi posteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo praesentem altercationem suscitare. quamquam haec consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes et humiles praecipuum locum obtinere.

VI. DE ALEATORIBVS.

---

1 ** magna nobis ob uniuersam fraternitatem cura est, fideles, maxime et rea perditorum omnium audacia id est aleatorum, animos

2 Luc. 3, 16. 7 I Io. 5, 8. 10 Act. 1, 5.

16 — Caecili Cypriani finiuit de rebaptismate *cod.* — Incipit de aleatoribus *D*, Incipit epistula Cypriani de aleatoribus (aleatores *T*) *QT*. — 19 *initium huius libri uidetur lacunosum* ob] ab *v* uniuersa fraternitate *QT* cura est *scripsi*, curae *DQT*, cura *v* fideles *scripsi*, fidelis *DQT*, successit *v*; *cf. p. 96, 21; p. 97, 10* 20 et] ex *v* omnium] hominum *fort.* aleatorum] omnium *add. D s. l. m. 2*, quae *add. v* animi *Pamelius*

ad nequitiam † se in lacum mortis emergunt. et quoniam in nobis diuina et paterna pietas apostolatus ducatum contulit et uicariam Domini sedem caelesti dignatione ordinauit et originem authentici apostolatus super quem Christus fundauit ecclesiam in superiore nostro portamus, accepta simul potestate soluendi ac ligandi et curatione peccata dimittendi: salutari doctrina admonemur, ne dum delinquentibus adsidue ignoscimus, ipsi cum eis pariter torqueamur.

Et ideo sal terrae dicimur, ut ex nobis omnis fraternitas caelesti 2
sapientia saliatur. nam cum dicat: **sal autem si infatuatum fuerit, nihilo ualebit, nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus**, hoc ueremur et timemus, ne cum in ecclesia securi quod nobis sacerdotalis dignitas a Domino tradita est neglegentiae * *, iuxta quosdam fratres inertes repperiamur, aut dum falsam communicationem damus, id quod cum honore de Dei dignatione percipimus, indignante Domino ex propria actione amittamus. dicit enim scriptura diuina: **uae erit pastoribus**. quod si ipsi pastores neglegentes reperti fuerint, quid respondebunt Domino pro pecoribus, quid dicent? a pecoribus se esse uexatos? non cre-

9 Matth. 5. 13. 16 Ez. 34. 2.

1 se] in se illicit ut *v* inlatu *DTQ sed* t *in Q corr. m. 2*, inlatae *M sed* tae *in ras.* emergunt *DQT*. mergat *v* in *om. v* 3 ordinauit *D*, ornauit *QT* origine *QT* authendicia *T*, autentica *M sed.* ca *s. l.* 4 christi *D* et ecclesiam *D* nostra *D* 5 ac] et *T* curatione *T*, cum ratione *DQ* 6 dum *D*, cum *QTv* delinquent *QT* 7 ipsi . . . torqueamur *om.* MQ^1 8 et ideo] ideo *Tv* 9 salliatur *T* infatuatum *D*, fatuum *QT* 10 nihil *Qv* ut *om.* MQ^1 foris *Q* cumculcetur *M* 11 hominibus] *adnotat Q in marg.*: em̃da ṅ ė bene ne cum DTQ^2, nec Q^1, ne *Mv* 12 a domino *om. v* 13 neglegentiae *DQT*, negligentes *v*; *lacunae signum addidi* 14 communicatione falsa *T* in honore *T* 15 percepimus *v* indignantes *T* *post* dn̄o *repetit Q* tradita est *l. 12 — l. 15* percepimus, *exp. m. 2; in M post* dn̄o *3 lineae eras. et add. in marg.* nihil deest ex propria actione MQ^1, expropriatione *T*, exprobratione DQ^2, et exprobrante *coni. Pamelius*, exprobrantes *v* admittamus *DQT* (amittamus *M*) 18 pecoris DTQ^2, pecora *M* quid dicent *DT*, * * * id dicent *M*, quia dicent *Q sed* di *s. l.*, quid de domino pecora dicent *v* * pecoribus *Q*, a pastoribus *M in ras.*

ditur illis: incredibilis res est pastorem aliquid posse pati a pecore, magis punietur propter mendacium suum. et alia scriptura dicit: rectorem te petierunt, noli extolli. esto illis quasi unus ex ipsis: curam illorum habe et sic conside. et iterum: aestimate sacerdotem esse cultorem et omnes esse apud eum delicias, granaria plena, de quo quidquid desiderauerit populus meus saturetur. iam ut constet nos id est episcopos pastores ouium esse spiritalium hoc est hominum fidelium qui sub cura nostri constituti, nullum in eis scabies uitium repperiatur. quo magis a nobis cotidie perscrutentur, ut medicamine caelesti adhibito uellera eis florida crescant qui ad nitorem uestis caelestis proficiant.

3 In euangelio Dominus ad Petrum dixit: Petre, inquit, amas me? et Petrus respondit: etiam Domine, tu scis quoniam amo te. et dixit: pasce oues meas. et sollicite mandans tertio confirmauit dicendo: pasce oues meas. et quoniam episcopium id est spiritum sanctum per inpositionem manus cordis excepimus hospitio, cohabitatori nostro nullam maestitiam proponamus. monet

3 Sir. 32 (35), 1. 5 ? ? 13 Io. 21, 17.

1 pastores *Tv* pati posse aliquid *Qv*, posse aliquid *T* 2 punientur *v* 3 petierunt] posuerunt *coni. Pamelius* sed esto M^2 (esto M^1Q) in illis M^2 (illis M^1Q) 4 cura *T* sic conside *exp. M m.2*, considera *v; cf. LXX* 5 extimate M^1, existimate M^2QTv esse et *D* 6 delicias *om. DQT* de *D*, ** de *Q*, et de *MTv* quo quidquid DQ^2, quod quidquid MQ^1T, quocumque *v* 7 desiderauerint *v* populum eos *T*, pabulo oues eas *v* saturaretur *T*, saturare *v* iam ut constet *scripsi*, nam ut constaret *DQTv* 8 esse ouium *QTv* 9 sub] sunt sub *fort.* nostra *v* nullum *DQT*, ne ullum *v* in *om. Q* scabiei *v* 10 reperiatur *Qv* perscrutetur MQ^1 11 bellera M^1QT^1 florida crescant *add. D m. 2 in marg.* quae Q^2v nitorem *M sed* itorem *in ras.*, neturam DQ^1, naturam Q^2Tv 12 caelestis D^1, salutaris D^2QTv 13 dn̄s in euangelio *Q* 15 et dixit] dixit *Tv* 16 episcopum *DQT*, episcopi** *M* id est] idem *DQ* 18 et cohabitatori** *M* (*sed s. l. m. 2*: scm̄ spm̄ quem accepimus), et cohabitatur in *TQ* (*sed Q s. l. m. 2*: in corde), et habitatur in *D* et *s. l. m. 2*; *fort.*: et cohabitat in nobis cohabitatori nostro ne ullam *v* maestitiam] molestiam *v* monet dominus] apostolus monet *v*

dominus et dicit. nolite contristare spiritum sanctum qui in nobis est. et. nolite exstinguere lumen. quod in nobis effulsit. quanta autem episcopo bene agente et salubriter admonente sine tribulatione corporis condigna sint martyria, tanta et episcopo neglegente et nulla de scripturis sanctis documenta promente cumulentur tormenta. apostolus nos excitat Paulus et condigna status sui** episcopos procuratores euangelicae doctrinae ponit et dicit: quamdiu heres infans, sub procuratores et actores est: at cum creuerit, tunc hereditatem suam expetit. nos etiam sumus dispensatores et procuratores euangelii: hic quoque inter dispensatores et procuratores quaeritur, ut quis fidelis et iustus inueniatur.

Si ergo apud dispensatores et procuratores quaeritur ut quis fidelis 4
et iustus inueniatur, quid si omnes delinquant et delinquentibus dispensatores ignoscant? nonne ipsi delinquentium se pondere onerant? apostolus idem Paulus commemorat, quando ad Timotheum docendum et corroborandum in fidei firmitate ne quid Deum fallat et ne malignum orationibus sanctorum intercedat, ** prouidus et sollicitus dicens: o Timothee fili commendatum serua: noli sper-

1 Eph. 4, 30. 7 Gal. 4, 1. 19 II Tim. 1, 14; II Tim. 4, 2. 5; I Tim. 4, 12; I Tim. 5, 12.

2 nobis M^1Q^1T 3 effulsit in nobis v quanto D^2T, quando D^1 epm̃ b. agentem et s. admonentem DM^1QTv 4 sint] maneant v tanto DQT et] et in v 5 epm̃ neglegentem $DQTv$ et] ei T, *om.* v promentem DM^1QTv 6 condignam D, candignam M^1QT, condigno v statu v suis M^1Q^1T, *om.* v, sui laude *fort.* 7 episcopus M^1T, episcopos et v euangelicae . . . procuratores *add.* D *m. 2 in marg.* 8 heres DQ^2, eris MQ^1, erit Tv sub *om.* v procuratore M^2 est D, agens QT, habet v 9 creueris M, creberis Q^1, crebris T tunc DQ^2, ab uno MQ^1T, *om.* v 10 sumus *post* euangelii *ponit* v et procuratores *om.* D hoc v 11 procuratores] actores D et iustus *ex* eius T 13 et procuratores *om.* DQT 14 et *om.* Q^1M^1 omnes] oues v 15 nonne] non v onerent Q 16 idem *om.* v 17 fide M^1Q^1 deum] eum D falleret D 18 sanctorum D, iustorum QTv malignum *corr. in* in malignum incidat M *m. 2* prouidus T, scribat prouidus *fort.* 19 dicit *Pamelius* timothae MQ^1T

nere donum quod in te est per inpositionem manuum seniorum: accingere fortiter et uiriliter age ministerium tuum, cum integritate persupple: esto ceteris in bonis exemplum. nemo tibi contradicat, nemo iuuentutem tuam contemnat: peccantem coram multis argue, ut et ceteri metum habeant et ne communicaueris peccatis alienis. et iterum: si qui frater fornicarius dicitur aut idolorum cultor aut auarus aut raptor siue iniustus, cum eiusmodi quidem nec cibum capere. et alia loco: quicumque frater more alienigenarum uiuit et admittit res similes factis eorum, desine in conuiuium eius esse: quod nisi feceris, et tu particeps eius eris. et in doctrinis apostolorum: si quis frater delinquit in ecclesia et non paret legi, hic nec colligatur, donec paenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et inpediatur oratio uestra. et apostolus iterum dicit: eximite malos e medio uestro. quod si *per* multorum testium unitatem et consonantem monitionem docemur nec cum delinquentibus fratribus ** nec cibum quidem uesci, quanto magis debeat et ab sacrificio Christi arceri?

5 Quam magna et larga pietas Domini fidelium, quod in futurum praescius nobis consulat, ne quis frater incautus denuo laqueis diaboli

7 I Cor. 5, 11. 10 ? ? 13 ? ?
16 I Cor. 5, 13.

1 manus DQ^2, manum MQ^1, anum *T* 3 et cum *v* supple *v* 4 in bonis DQ^2, in bonum MQ^1T, bonum *v* 5 argue *D*, castiga *QTv* 7 si quis *Qv* dicitur *om. QTv* 9 iniustus] *add. v*: nominatus fuerit huiusmodi *D* 11 conuictum M^1Q^1T, conuictu M^2Q^2v 12 tu feceris *v* 13 eris eius *QTv* et *om. D* apostolorum] est *D* 14 **paret *M*, apparet *DQT* colligitur *T* 16 etiam iterum *QTv* 17 uestri *v*, urm̃ *M sed* m *in ras.* per *addidi* unitatem] uaria *v* 18 consonanti monitione *v* docemus *DQT* nec cum M^2Q^2, necum DM^1Q^1T, cum *v* 19 fratribus cum fratribus *QT*; communicare *ante* nec *intercidisse uidetur* nequidem cibum *D*, cibum ne *T*, cibum nec M^1Q, cibum sumimus nec M^2, cibo ne quidem *v* uesci] cum eis *add. M s. l. m. 2* ab] a *D* 21 et *om. T* dei *Pamelius* fidelium *DQ*, filium *T*, filii *v* 22 frater] inter fratres *v*

capiatur. sollicitos esse iussit et prouidos adque eruditos, quoniam hostis ille antiquus circuit pulsans Dei seruos non uno genere temptans. multae enim sunt temptationes eius quarum primordia sunt: idololatria moechiae furta rapinae auaritia fraus ebrietas inpatientia adulteria homicidia zelus perfidia falsa testimonia eloquium falsum inuidia extollentia maledictum error, et si qua sunt similia quae his congruunt, ex quibus est aleae tabula. praeest diaboli laqueus manifestus, uenenum portans letalem serpentis et inductio corrumpens: quae cum uidetur nihil esse, magna amplectentibus operatur deiectio. quid illud est quaeso uos, fideles, ut manus quae iam ab iniuriis humanis expiata est et ad sacrificium dominicum admissa et quod ad salutem totius hominis pertinet ipsa de *Dei* dignatione suscipit, ipsa ad laudem Domini in oraculo exurgit, ipsa per quod tuemur Christi signum in frontibus notat, ipsa diuina sacramenta consummat: quid est ut iterum laqueis diaboli unde exuta est inplicetur? aleatricem manum dico, quae se ipsa perdit et damnat, manum quae libidinoso studio consueuit id est aleae tabula, quod est diaboli uenabulum et delicti uulnus insanabile.

1 cf. Gal. 5, 20.

2 hostis] hos *T* tentationis *coni. Pamelius* 4 idolatria *DQT* moeciae M^1Q^1 5 adulteria h. zelus *ponit post* testimonia *D* adulteriam Q^2r, adulteris M^1Q^1T homicidium *r* 6 inuidia *post* extollentia *T*. iniuria *D* 7 alea et *T* praeest *in* quod est *corr. M m.* 2, praesto est *r* diabulus *D*, zabuli *T* laqueus *om. D* 8 laetale M^1Q^2r 9 amplectentibus DQ^2, adplicetibus *T*, plectibus MQ^1, amplexu *r* operatur (*i. e.* infligitur) *scripsi*, operetur D^2M^1QT, operitur M^2r: *cf. p.* 99, 7 delectio *r* 10 quaeso uos DQ^2, quas uos MQ^1, quas *T*, quaeso *r* fidelis M^1Q^1T ut *exp. M m.* 2 11 est *om. DQT* 12 ipsa de dei *scripsi*, ipsa de *DQT*, ipsa . . *M*, *om. r* ipsa] quae *r* 13 ipsa] quae signum crucis *r* christi s. in] in *om. M*, frontibus notat] notam *T DQT*, frontibus imprimit *r* 14 ipsa] ipsa quae *r* est] est inquam *r* 15 iterum *om. D* inplicetur *add. MT*: et ipsa perdamnet *add. Q*: se ipsa perdat et damnat (*sed* se *in ras.*, dat et damnat *s. l. m.* 2 *corr.*) aleatrices *r*, *eras. in Q* manum dico quae se ipsa perdit] perdiit *corr. m.* 2) et damnat *D*, *om. QTr* 16 manum qua *MT*, manus quae *DQ* 17 consueuerant *QT* tabulae *r* zabuli *T* uenabulum] abolum D^1, malum D^2QTr dilecti *D*, dilectio *MT*, deiectio *Q*

6 Aleae tabula, dico, ubi diabolus praesto est ad capiendum summissus et cum ceperit de captiuo triumphus *suus* perfidia, falsa testimonia. tabula aleae, dico, ubi dementis furia et uenale periurium et conloquium serpentinum. illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris inmanitas, illic fraternitas discordans, illic conuicia et audacia saeua et mens insana et fera inpatientia. aleae tabula, dico, ubi possessionum amissio et pecuniarum ingentium perditus et demonstrans litigiosum et furax dementia. o aleatorum noxia, sedentaria et pigra nequitia: o manus crudeles et ad periculum sui armatae, quae bona paterna et opes auorum sudoribus quaesitas ignominioso studio dilapidant. manus trux, noxia et insomnis, nocte dieque continuis instrumentorum suorum armigera, quae peccatis se ipsa damnauit et post peccatum non desinit. o nequam manus in perniciem Domini sui armata, quae sordidissimis aeris totam substantiam perdit et cum tot essent augendae rei familiaris et multae abundantiae opes, modo inops et pauper est. alea est quam lex odit, alea est quam insequitur crimen ignobile, ubi manifesta temptatio et poena occulta. alueus laqueus est ille mali et supplantatio inimici, qui nec lucrum confert sed totum consumit. hinc deinde pauperes fiunt, hinc opes suas perdunt, hinc iam consumptis omnibus rebus suis mutuis pecuniis se obruunt, hinc patrimonium sine ulla fori calumnia

1 tabulam *v* est et *Q*, et *T* 2 coeperit *QT* triumphum *v* suus *addidi, om. DQTv* 3 tabule alea *DT*, aleae tabula *Q* dementis *D*, dementia et *QT* peiurium *T*; imperium *add. QTv* 5 inmanitas illic *om. v* 6 et fera] fera *DQT* tabulam *v* 7 perditus] perditio monstrum *v* 8 et furax] et uorax *M sed* uo *in ras.*, ferax *v* sedentaria noxia *D* 9 crudelis *DQ* armata *QT* 10 et auorum *QT* sudore * *MQ*, sudores *T; cf. p. 109, 23* ignomioso *D* 11 dilapidat MQ^2 noctem *Q* diemque *QT* continuus *D* 12 qui *QT* peccandis *QT*, peccandi *D*, peccando *M sed* o *in ras.* ipsam M^2v 13 peccatum DQ^2, peccando MQ^1, peccantis *T* desint *T*, desinit ire *v* nequa *T* 14 sordidissimi *v* 15 familiares *QT;* occasiones *addendum esse censet Pamelius* multae *scripsi*, multarum *DQTv* 16 opum *v* paupera *T* 17 sequitur *v* ignobilem *T* 18 alueus laqueus *scripsi*, alueus *D*, laqueus *QT*, alea est alueus *v* est ille *om. v* amici *v* qui] quae M^2v 19 confers $M^1Q^1T^1$ 21 ulla *corr. in* illa *M m. 2* fori DQ^2, fore MQ^1T

amittunt. quales sunt, fideles, ut quos nemo persequitur se ipsos inuidia persequantur, ut paternas suas hereditates sub ossuorum multiformi numero disperdant? est et quando ipsi aleatores cum prostitutis mulieribus penes auctorem suum nocturnas uigilias clausis foribus celebrant: armantur aduersum se miseri spiritu diaboli repleti. et illic duplicem ac geminum crimen admittunt. hic concrepat aleae sonus, illac silentio operatur incestus: hic sine ullo dignitatis suae respectu sine ulla excusatione pestifero studio cedere bonis suis coguntur, illic secreto mortale uenenum bibitur.

Vnde haec sacrilega meditatio, unde hoc crimen, auctorum testi- 7
monio conprobamus. cum enim quidam studio litterarum bene eruditus multum meditando hoc malum et tam perniciosum studium adinuenit, instinctu * * diaboli qui eum artibus suis repleuerat: hanc ergo artem ostendit quam et colendam sculpturis cum sua imagine fabricauit. statuit itaque imaginem speciei suae cum nominis sui subscriptione suggerente sibi inimico, qui ut hanc artem excogitaret in pectore subiecit. sic ergo se in imagine perniciosa demonstrans alto se quodam loco condidit, in sinus suos hanc aleae tabulam gestans, ut quasi ipse lusor et adinuentor huius malitiae appareret, cuius

1 admittunt *Q* quales DQ^1, qualis MQ^1Tr sunt] est *MTr*, *exp.* *Q* fideles DQ^2, fidelis MQ^1T, lis *r* inuidia *D*, inuidam et *T*, inuidant et *Q*, per inuidiam *r* 2 persequatur *T* paterna sua DM^1Q, paternam suam M^2 hereditate DM^1QT, hereditatem M^2 ossorum *D*, * * suorum M^2 multiforme *QT* 3 disperdunt D^1, disperdat M^1Q^1T, dispergant *r* est et] esto *M* 4 clausi M^1Q^1 5 aduersus *QTr* spiritus d. repletus M^1Q^1T 6 duplicem *DQT*, duplex *r* ac DQ^2, aut MQ^1Tc 7 illic M^2r opera*tur *D*, operetur T^1 sine . . . respectu *om.* *Q* 8 ullae *T* 9 cogitur *r* 10 auctor *M*, auctore (u *s. l.*) *Q* 12 et tam] tam *DQT* 13 instinctu *D et s. l. m. 2 MQ*, extigatus M^1Q^1, extigatu *T*: *add.* soli et *QT*, *add.* solo *M in ras.* zabuli *Tr ut solent* 14 sculptoris M^1Q^1, scultoris *T*, sculptor M^2, sculptori Q^2, cultori *D* 15 imagine *T* speciei sue *DQ* (*sed Q in ras. m. 2*), sci suae *M* (sci *corr. in* scientiae *m. 2*), sua *T*, suam *r* 16 amico *r* 17 pectore subiecit DQ^2, peccatore suo uenit MQ^1, pectorem subuenit *T* sic] si *M* (sic *Q*) in] per *D s. l. m. 2* imaginem DM^1Q perneciosam M^1Q^1, syneciosam *T*, speciosa *r* alto se DM^2, altus e M^1Q, altas *T*, alto *r* 18 condidit et *QTr* sinos M^1Q^1T 19 malitiae] militia M^1Q

nomen a Dei seruis nominari non debet (sic enim in nomine turpis est quomodo in factis iniquus), et quisque Dei seruus aleae tabulam amplectitur auctoris nomine uocaretur. ille enim cum se in statunculis et simulacris formaret, aliud crimen adinuenit, quo se ab imitatoribus suis colendum diceret, sacrificandi sibi legem terminauit, ita ut qui uellet studio eius adhaerere non ante manum in tabulam porrigeret, nisi auctori eius prius sacrificasset. inde factum est, ut olim qui homo fuerat et facinoris admissionis adulter, post mortem a profanis et errantibus sub fictioso nomine deitatis coli meruerit.

8 Aleae tabula qui ludet, et maleficium nosse debet, quod a Dei seruos longe sit scientes quoniam furor iste maleficus et uenenarius est, sed iterum in iudicii die igne rotante torquebitur. aleae tabula qui ludet prius auctori eius sacrificare debet, quod Christianis non licet dicente Domino: sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli, et iterum: nolite sacrificare diis alienis, ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos. christianus quicumque es et aleae tabula ludes, licet non sacrifices, lege huius facinoris particeps es. et utique Dominus occurrit et dicit: exite de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius. et iterum: discedite, dis-

14 Ex. 21, 20. 15 Hier. 25, 6. 19 Apoc. 18, 4. 20 Es. 52, 11.

1 deberet *v* 2 alae *D* 3 nomen M^1Q^1T uocaretur *corr. in* uocetur *Q m. 2, in* uocatur *M m. 2* 4 et *om. DQT, add. Pamelius* quod MQ^1T 5 diceret] et *v; fort.* doceret sacrificandi s. l. terminauit] sibi sacrificandum instituit *v* 6 bellet $M^1Q^1T^1$ eius DQ^2, huius MQ^1Tv 8 admissione *M* a] ad M^1Q^1T 9 sub finctioso *Q*, suffinctioso *T*, sub fictitio *v* deitatis DQ^2, dei talis MQ^1Tv meruit *DQ* 10 tabulae *T* ludit *v* maleficia *v* quod *om. M (exh. Q)* 11 seruos M^1QT, seruis *Dv*, seruis hoc M^2 scientes *DQT*, sciens *v* furor iste *D*, foris *MQTv*, *sed Q m. 2 adnotat*: aliter furor iste 12 est sed *D*, et *QTv* igno *T*, in igne *v* torqueri *QT* aliae *T* 13 ludit *v* 15 soli dn̄o *T*, deo soli *v* 16 manum *T* 17 disperdendum *Tv* uos *ex* suos *MQ* quicumque DQ^2, qui MQ^1Tv et aleae *om. Q (exh. M)* tabulam *D* 18 ludis *v* legi *Q*, legis *D* 19 dn̄o MQ^1T exi *Qv* 20 sis particeps *v*

cedite inde, exite e medio eius qui fertis uasa Domini et inmundum ne tetigeritis. christianus quicumque es et alea ludes, hoc primo in loco scire debes quia non es christianus sed ethnicum tibi nomen est et illud quod ad sacrificium dominicum pertinet in uacuum sumis. sic enim Dominus dicit: omnis inmundus non tanget sacrificii sancti. et iterum: omnis uir manducans carnem sacrificii, et inmunditia eius super ipsum: peribit anima illa de populo meo. aleator quicumque es Christianum te dicis, quod non es eo quod saeculo particeps es. nec amicitiam cum Christo habere potes qui Christi inimico amicus es.

Certe qualis dementia aleatorum fidelium, ubi insaniunt et fura- 9
cissimis uocibus perierant, et deorbati diaboli caligine inuicem sibi manus inferunt, maledicunt, se deuouunt, parentorum originem turbis praesentibus dehonorant. sonat publice aleae strepitus, festinant ad necem hereditatis suae manus, nec intellegit miser quod sibi noceat, quando se aleae auctorat. et qui iam saepius uincitur rursus ad nocentiorem studium diabolo suadente animatur. o ars infesta studentibus et studium libidinosum, qui non diuitias sed nuditatem et inopiam

5 Leu. 7, 21. 20.

1 inde *om. D* e *DQ*, de *Mr*, e de *T* fertis *D*, portatis *QTr* uas *T* 2 tigeritis *T* es et] esset *T* 3 aleam tabulam *D* ludis *Dr* scire] sere *T* s *in ras.*, credere *r* es *om. Tr* christianum *r* 4 aethnicum *DQ* 5 summis *T* dominus *om. r* 6 tangat *QT* sacrificium DQ^2r, de sacrificiis M^2 sanctis M^2 et iterum *D*, dicit enim scriptura *QTv* 7 inmunditiae *QT* 8 pereat *QTr* meo *om.* D^1 9 *alt.* eo *D s. l. m. 2* 10 es *DM*, es nec amicus non es eo quod saeculo particeps es *QT* amicitiam c. ch. h. potes *D*, amicus christi potes esse *QTv* qui] quicumque *T* cum inimico christi *QTr* 11 amicus es *D*, tenes amicitia *T*, habes amicitiam *Qv* 12 furiacissimis *DT*; *cf. pag. 103, 18* 13 perierant *T*, pe*i*erant *D*, periurant *Q*; *cf. Cypr. p. 21, 6* 14 sedeuouunt D^1, se deuobunt *T*, se deuouent D^2v, *om. Q* parentum M^2r turpis M^1Q^1T 15 screpitus M^1QT 16 manus *om. M* (*exh. Q*) intelleget M^1Q^1T quid *QTv* 17 qui *er* quicum *T* nocentius M^1Q^2r 19 studium *DQ*, studiosum *T*, stuprum *r* qui DM^1QT, quae M^2, quod *r* diuitia M^1Q^1T nuditate et inopia *T*

praestat. manus carnifex, manus noxia, qui nec post lucra desinit, sed adhuc post damna ludit. christianus qui alea ludet ad sacrificium diaboli inmolantibus penes auctorem manus polluit. et idcirco Dominus ad hoc indignari se dicit: nolite, inquit, extendere manus uestras iniuste, ne exacerbetis me, et non sinam uos diu permanere super terram, et iterum: abstinete manus uestras ab iniusto, et ne feceritis quicquam mali. et apostolus beatissimus Paulus similiter dicit: uidete fratres, ne configuremini huic saeculo et pompis et deliciis et uoluptatibus eius, sed continete uos ab omni iniustitia saeculi.

10 Nam quod delicti in Deum nulla fit excusatio nec indulgentia ulla et nemini uenia datur, in euangelio Dominus dicit, si qui, inquit, dixerit blasphemiam in filium hominis, dimittetur ei: qui autem peccauerit in spiritum sanctum, non dimittetur illi, nec hic nec in futuro saeculo. et iterum per prophetam: si delinquendo peccauerit uir aduersus uirum, orabitur pro eo ad Dominum: si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? et beatus apostolus procurator et uicarius Christi ecclesiasticam curam agens ponit et dicit: uos estis templum Dei, et in uobis Christus habitat: si quis templum Dei uiolauerit, perdit illum Deus.

4 ? ? 8 Rom. 12, 2. 13 Matth. 12, 31. 17 I Sam. 2, 25. 20 I Cor. 3, 16.

1 quae M^2Q^2v desinet M^1Q^1T 2 sed et *Q* aleam *D* ludit DM^2v ad *om. Q* 3 paenus Q^1 (paenes MQ^1) polluet *QT* 4 ad] in *Q* se *om. QTv* 5 desinam *QT* 6 et iterum . . . *l. 7* mali *om.* MQ^1 abstenite *D* 7 feceris *T* 8 uide M^1Q 9 obfiguremini *v* delictis *QT* 10 sed] et *Q* contenite *D* 11 saeculi *om. v* 12 quod delicti] qui delinquit *v* 13 ueniam *QT* detur D^2Q^2 si quis $M^2Q^2T^1v$ 14 blasphemia *T*, blasphemias *v* demittetur *Q* ei *D*, illi *QTv* 15 qui autem *D*, at his *QT*, at is *v* spu sco *Q* dimittitur *D* 16 per prophetam *D*, propheta dicit *QTv* 17 peccauerit uir *D*, peccatur M^2Q, peccator M^1T, peccet uir *v* aduersus *ex* aduiri *T* uirum *exp. Q* 18 dnm dm *T* 19 orauit *T* apostolus paulus *QTv* et *om. Tv* 21 abitat* *D* 22 *** perdit *D* (dis *eras.*), perdet M^2Q^2v

et Dominus iterum in euangelio negat peccatores et exprobrat dicens: recedite a me omnes qui operamini iniustitiam: nescio uos. et Iohannes apostolus dicit: omnis qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est: et scitis quoniam ideo uenturus est filius Dei, ut perdat filios diaboli. si quis Christianus aleator es, tuus et hereditatis tuae inimicus es. quicumque es desine ab illa dementia tua miser. quid te in laqueum mortis cum diabolo ultro praecipitas? quid opes et diuitias tuas sordidissimis aeris amittis? quid te laqueis saecularibus inuoluis ut cum saeculo iudiceris? quid inimicum tuum fauoribus laudando delinquis, cum quo necesse est ut puniaris?

Esto potius non aleator sed christianus, pecuniam tuam adsidente 11
Christo spectantibus angelis et martyribus praesentibus super mensam dominicam sparge, patrimonium tuum quod forsitan saeuo studio perditurus eras pauperibus diuide, diuitias tuas Christo uincenti committe, seruus cum Domino tuo auocare, studio deifico obsequere, artem Domini imitare quae non perdet sed potius acquiret. desine ab illos tuos furacissimos mores, cohibe praecipitem nequitiam tuam: sit tibi cum pauperibus cotidianus lusus, sit tibi cum uiduis frequens operatio: censum et adparatus tuos omnes ad studium ecclesiae distrahe, aurum tuum et argentum et pecunias tuas in thesauris caelestibus repone, fundos et uillas tuas iusta operatione ad paradisum remoue, ut peccata tua donentur tibi eleemosynis, et opera-

2 Matth. 7, 23. 3 I Io. 5, 18.

1 et dn̄s iterum *D*, iterum dominus *QTv* euangelio suo *QTv* exprobat *Q* 2 omnis *D* nescio uos *D*, numquam uos cognitos habui *QTv* 4 deo est *T* 6 aleator christianus *QTv* es] est *T* 7 tua *om. QTv* 8 cum *om.* MQ^1 ultro *om. T* quid] quod *QT* sordidissimas aeris *QT*, sordidissimo aere *Dv; cf. p. 98, 14* 9 amittis *D*, admittis *QTv* inuolues *D*, inuolens *T* cum] de *v* 10 delinques *DQT* 11 quod cum MQ^1 ut *om. QTv* 14 quem forsitam *Q* 16 auocare] uocare *v* 17 perdit *Dv* acquirit *v* 18 illos tuos furacissimos mores M^1Q^1T, illis tuis furiacissimis moribus DQ^2, illo tuo furacissimo more M^2 19 sit] si *T* 20 tuas *om. D* 21 thensauris *Q* 22 repone *ex* et pone *Q m. 2*, reconde et pone *M sed* reconde *in marg. m. 2* apparadiscum *Q* 23 tua *om. QTv* elimosinis *QT* orationibus *QTv*

tionibus continuis incumbe. alea ne luseris, ubi lusus nociuus est et crimen mortale, ubi dementia sine consideratione, ubi nulla ueritas, sed mendaciorum mandra. abscide inde manum tuam et auerte inde cor tuum: extrahe caliginem inimici ab oculis tuis et purifica manum tuam a sacrificiis diaboli: abice abs te furaces mores, esto patiens et christianus, esto tibi et uitae tuae in operationibus iustus et prouidus, fuge diabolum persequentem et fuge aleam inimicam operum tuorum: studium sit tibi sapientiae, euangelicis monitis erudire, puras manus ad Christum extendere, ut promereri Dominum possis. aleam noli respicere. amen.

VII. DE MONTIBVS SINA ET SION.

1 Probatio capitulorum quae in scripturis deificis continentur. quae in uetere testamento figuraliter scripta sunt, per nouo testamento spiritaliter intellegenda sunt, quae per Christum in ueritate adinpleta sunt. nobis enim per Iesum Christum spiritalis intellectus datus est ipso Iesu dicente: u o b i s q u i d e m d a t u m e s t i n t e l l e g e r e s a c r a m e n t a D e i , a l i i s a u t e m i n s i m i l i t u d i n i b u s ,

16 Marc. 4, 11.

1 continuis *om.* *Q* aleam *D* nocibus *QT* 2 inmortale *QT* 4 inimici *om.* *Q* 5 abige *QTv* 7 et] te *QT* operum tuorum *D*, rerum tuarum *QTv* 8 sit] si *T* euangeliis M^1Q^1T, euangelii M^2Q^1v 9 extende *Qv* — Explicit de aleatoribus *D*, Aduersus aleatores explicit *Q*, Epistula Cypriani ad aleatores explicit *T*. —

Incipit de duobus montibus *MT*, de duobus montibus de monte Syna et Syon aduersus Iudeos *μ*. — 12 *initium huius libri mutilum esse uidetur* 13 ueteri *μv* per nouum testamentum *μv* 14 spualiter *μ ut solet* christo *T* 17 similitudine * *M* m *eras.*

inuenimus in euangelio cata Iohannem scriptum: lex per Moysen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum facta est. quae lex Moysi in monte Sina data est. uerum iterum inuenimus scriptum: de Sion enim exiet lex, et uerbum Domini ab Hierusalem. quatenus hoc intellegere debemus? utrum Sina mons ubi a Deo Moysi lex data est et Sion mons unde lex exiuit an unum sint an uero alter sit Sina mons et alter sit Sion mons. inuenimus enim haec nomina duorum montium esse Hebreice: uero Latina interpretatio nominum differet ab inuicem ostendens aliud esse Sina montem et aliud montem Sion.

Haec est interpretatio de Hebreica lingua in Latinam. Sina mons 2
interpretat 'aeterna temptatio et odium:' aeque et Sion interpretat 'temptatio exacerbationis et speculatio.' uides ergo in Hebreica interpretatione non sibi similare, sed neque esse unum montem, sed potius duo inuicem a se differentes gratia et honore. praeterea cum dicat Dauid propheta in psalmo primo: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius adnuntians imperium eius. ecce quatenus montem Sion sanctum designat. unde manifestum est montem Sion esse caelestem et spiritalem et Sina esse terrenum. nihil enim potest quod in terra est esse sanctum, cum totus mundus facta mala a diabolo sit maculatus, dicente Iesu: odit me saeculum quia et ego illum, quia mala

1 Io. 1, 17. 4 Es. 2, 3. 16 Ps. 2, 6. 22 Io. 7, 7.

1 iohannem *super* sanguinem *T m. 2* 2 christum *om. Tụ* 3 sina] syria *ụ* 4 enim *om. T* exiuit *T* 5 ab] de *T* debeamus *M*² 6 utrum] ut *T* dño *ụ* 7 exibit *ụ* an unum *MT*, unum *ụv* alter s. s. m. et *om. M* 8 hebreice *MT semper*, hebraice *ụv* 9 uero *MT*, uerum *ụv; cf. p. 106, 21* differet *scripsi* (*i. e.* discernet), different *Tụ*, differentium *Mv* ostendit *v* 10 monte *bis T* 11 latina *MT* 12 interpretat *T* (*i. e.* significat), interpretatur *Mụv; cf. p. 110, 10* temptatio aeterna *Mụv* interpretatur *Mụv* 13 exaceruationi *T* 14 non sibi *ex* mons ibi *M* similares *T* 15 duos *v* gratiam et honorem *M* propterea *T* 16 primo *MT*, secundo *ụv* 18 quatinus *M saepius* 19 caelestem esse *v* 20 montem sina *v* 21 per facta *ụ; cf. p. 111, 22* mala facta habeat et *v* 22 iesum *Tụ*¹ quia et ego] et ego odi *v* illud *ụ*²*v* mala facta sunt illius *T*, facta illius sunt mala *v*

facta sunt facta illius. ex qua re quicquid est in hoc saeculo terreno sanctum esse non potest.

3 Sion autem montem ex prophetico dicto constat esse sanctum et spiritalem, in quo monte spiritus sanctus filius Dei rex constitutus est, adnuntians uoluntatem et imperium Dei patris sui: et Sina montem esse terrenum in arida terra constitutum, qui est in Syria Palaestina, ubi est terra Iudaea, ubi est et ciuitas illa interfectrix prophetarum, ante cuius portas Christus a Iudaeis crucifixus est in horto, quae ciuitas dicitur Hierusalem per Esaiam prophetam spiritali uerbo execrata et derelicta, nec inmerito. et Deus ex eodem monte Sina terreno per Moysen adhuc in carne terrena primi hominis positum populo Iudaeorum terreno et carnali legem dedit. a Deo accepit illis tradendam, digitis sacris scriptam in duabus tabulis lapideis, licet digitis sacris tamen digitis in figura carnis, quasi populo carnali et durissimo sicut fuerunt tabulae lapideae durissimae, in quibus tabulis legem acceperunt. ideo in duabus: significans ex unitate populi diuidi duas partes, partem quae saluatur et partem incredulam quae perit dicente angelo ad Rebeccam uxorem Isaac: duae gentes in utero tuo sunt et duo populi de uentre tuo diuidentur et populus populum superabit et maior seruiet minori. uero Rebecca figuram portat ecclesiae, sicut Isaac uir eius typum in se portabat Christi. ergo cum dicit duae gentes in

9 cf. Es. 3, 26. 18 Gen. 25, 23.

1 est *om.* μ 2 quod sanctum T 3 prophetico] profecto $T\mu^1$ dictum μ^1 4 montem M spiritus sanctus $M^1T\mu$, a spiritu sancto M^2v 5 dei M, dei et $T\mu$; *fort.* dei id est 6 terrenum esse v syriam palaestinam M^1T 7 iudaea ubi] iudaca ibi $T\mu^1$ 8 portam v a *om.* Tv 9 eseiam M, isaiam μ spiritali uerbo $T\mu$, spiritaliter uero Mv 10 quia et deus v 12 dedit *om.* MTv a deo] quia et adeo μ legem a deo accepit *non distinguit* v accipit T 13 scripta T 14 digiti in M 15 tabulis] talis T 16 significans ex] quia significaret v unitatem MT diuidi duas μ^2 *in marg.*, diuidduas T, diuiduas μ^1, de duas M (as *in* abus *corr. m. 2*), diuidi in duas v 17 partibus M^2 partem incredula T, pars incredula M periit μ 18 dicentem M^1T angelum M^1 19 deuidentur T 20 superauit T 21 uero T, uerum $M\mu v$; *cf. p. 105, 9* portat] portabat μv sicuti μ

utero tuo sunt. quia et de gentibus duas partes futuras designabat, partem idololatrem perditam et partem credulam uiuentem per fidem, hanc unam partem gentium designat in utero ecclesiae permanere generationem in aeternum in figura Rebeccae, et partem populi infidelium Iudaeorum a uentre tunc Rebeccae diuidi et separari a natiuitate ecclesiae. haec fuit praefiguratio in Geneseos per angelo spiritaliter adnuntiata. haec uero nomina eorum montium talem habent interpretationem in lingua Latina, demonstrans ueritatem, qui sint hi duo montes Sina uel nunc Sion: quod quidem post paulum dicturi sumus. ita enim hanc ueritatis interpretationem probauimus de principio generis humani uenientem. ita enim Deus omnipotens ab initio mundi et deinceps omni homini nascent * * de tempus et factum nomina a parentibus suis accipiebant: non quidem ex se, sed a Deo mente inpellebantur, qui antequam fiant praescius est futurorum, quales post crementum aetatis suae futuri essent, posteriore tempore uegeti in nominibus Hebreicis designati habentur, quid singulis futurum esset, interpretatio nominum designabat ueritatem: sicuti tunc temporis in Patriarchis conpletum est, secundum primi hominis carnem a terrae limo esse. ex ipso protoplasto probamus ueritatem.

4 Nomen accepit a Deo. Hebreicum Adam in Latino interpretat 'terra caro facta', eo quod ex quattuor cardinibus orbis terrarum pugno con-

1 duae *in* duo *corr.* M^2 designabat futuras *T* 2 idolatrem *MTμ* et partem *om. T* incredulam *T* uidentem *MT* 4 in generationem aeternam *v* 5 infideli *MT*, infidelis *μ* a uentre *om. M* tunc *om. μ*, *T* (t *eras.*) 6 natiuitatem *T* geneseos *Tμ*, genesi *Mv* angelos $M^2μ$, angelum *v* 7 eorum *om. v* 8 ut demonstret *v* ueritatem *M s. l. m. 2* 9 hii *M* nunc *om. v* paululum *v* 10 probabimus *μ*, priuabimus *T* 11 enim deus omps (omnes *M*) *MTμ*, *om. v* 12 et inceps *T* omnes homines nascentes *v*; *lacunam indicaui* de tempore *μv* facto *μv* 14 impolebantur T^1, inpulebantur MT^2, compellebantur *μ* fiant] fiant quae dum *MT* 15 ut quales *v* posteriori *Mv* 16 uegeti $M^1Tμ$, uegeta M^2, uerbis et *v* in *om. v* designati habentur *μ*, designarentur *MTv* et quid *v*, qui in *T* 17 designat *M*, designaret *v* sicuti tunc] si tantum $Tμ^1$ 18 carne *M* 19 e] ac *M*, de *v* terra e limo *M* protoplausto *M* 20 accipit *T* deo] deo adam *v* interpretatur *Mμv* terram M^1 12 caro *corr. in* in carnem *M* terrae *ex* terram *M*

prehendit, sicut scriptum est: palmo mensus sum caelum et pugno conprehendi terram et confinxi hominem ex omni limo terrae: ad imaginem Dei feci illum. oportuit illum ex his quattuor cardinibus orbis terrae nomen in se portare Adam: inuenimus in scripturis, per singulos cardines orbis terrae esse a conditore mundi quattuor stellas constitutas in singulis cardinibus. prima stella orientalis dicitur anatole, secunda occidentalis dysis, tertia stella aquilonis arctus, quarta stella meridiana dicitur mesembrion. ex nominibus stellarum numero quattuor de singulis stellarum nominibus tolle singulas litteras principales, de stella anatole *α*, de stella dysis *δ*, de stella arctos *α*, de stella mesembrion *μ*: in his quattuor litteris cardinalibus habes nomen *αδαμ*. nam et in numero certo per quattuor litteras Graecas nomen designatur *αδαμ*: ita *α μία δ τέσσαρα α μία μ τεσσαράκοντα* faciet numerum XLVI. hic numerus XLVI passionem carnis Adae designat, quam Adae carnem in se figuralem Christus portauit et eam in ligno suspendit. quae caro dominica a Deo patre Iesu uocita est: spiritus sanctus qui de caelo descendit Christus, id est unctus Dei uiui Deo uocitus est, spiritus carni mixtus Iesus Christus. hic ergo numerus quadragesimus sextus passionem declarat, eo quod sexto millesimo anno hora sexta passus, resurgens a mortuis quadragesimo die in caelis ascendit: uel

1 Es. 40, 12.

1 sum *T*, est *Mμ* caelos *μ* 2 conprehendit *Mμ* confixi *T*, finxit *Mμ* 3 fecit *MTμ* 4 in se] ipse *MT* 5 cardinibus *M*; *cf. p. 107, 6* 7 anatholae *M* 8 artus M^1T *μεσημβρία v* 11 dyses *T* artus *T* mesembria *v* 12 habens *M* 13 designatur Adam *v* 14 *μία*] *μία* id est unum *v* *δ*] et *M* *τέσσαρα* id est quatuor *v* *μία* id est unum *v* tessera contra *MTμ*, *τεσσαράκοντα* id est quadraginta *v* faciet *Tμ*, facit in *M*, fac et inuenies *v*, ex quibus resultat *Erasmus* numerus *Erasmus* XLVI hic numerus *om. M et Erasmus* 15 designans *Erasmus* quam adae *scripsi*, adae *T*, quam *M*, eamdem *μ* 16 portabit M^1T, portabat M^2 eum T^1 17 dominica *om. v* ad deum patrem iesum *T* iesu *om. μ* uocata *μ*, uocitata M^2v 18 id est unctus] iunctus *MT*, unctus *μ* a deo *v*, deus *μ* uocatus *v*, uocitatus *μ* 19 carnis *μ* mixtus est *M* quadragesimus sextus *Tμ*, XLVI *M* 20 millensimo *M* 21 a mortuis resurgens *v* quadragensimo *M*, quadragesima *v* caelos *μv*

quia Salomon quadraginta sex annis templum Deo fabricauerit, in cuius templi similitudinem Iesus carnem suam esse dixit, dicens Pharisaeis: destringite fanum istum et ego in tribus diebus excitabo illum. et Pharisaei dicebant: quadraginta sex annis aedificatum est fanum istud et hic in tribus diebus suscitabit illum? dicebat autem Iesus fanum de corpore suo.

Deinde Abel filius Adae nomen accepit Hebreicum, designans fra- 5
tris interfectionem et parentorum luctum. item Enoch qui ante diluuium Deo iustus conplacuit et ideo de isto mundo in carnis suae natiuitate uiuus translatus est in loco ubi Deus scit: ex quo loco consummatione mundi innouari habet in hoc mundo, unde et translatus est ad confundendum et reuincendum antichristum: a quo interfecti martyria sua conplebunt, uiuentes in aeternum in saecula saeculorum. et ideo Enoch interpretat 'innouatus'. deinde Iob iustus, qui ante diem iudicii meruit uoce iudicis laudari, et ideo deuicto diabolo et superato Iob interpretat 'carissimus Dei'. aeque et Abraham in sua natiuitate a parentibus suis Abram uocitus est, temptatus uero a Deo fidelis inuentus est et a Deo benedictus pater multarum gentium constitutus est: et ideo inmutato a Deo nomine Abraham uocitus est, interpretat 'pater multorum populorum'.

Ecce interim de multis probationibus pauca diximus, ut ad duorum 6
montium nomina peruenientes interpretationes eorum montium nomina probemus, qualiter designata sint ad nostram instructionem, ut

3 Matth. 26. 45.

2 similitudine *u* dicentem *MT* 3 destringite *MTu*¹, destruite *u²v* istud *uv* 4 illud *uv* 6 suscitauit *M*, excitabit *v* illud *uv* 9 parentum *uv* 10 natiuitatem *M* 11 consummationem *MT*, in consummatione *uv* 12 inde *M* et *Tu*, etiam *Mv* 13 antechristo *MT* 15 enhoc *M* interpretatur *Muv* 16 uocem *MT* diabolo deuicto *v* superato] superbo *T* 17 interpretatur *Muv* carissimos *M*¹ aequae *M*, atque *Tu*¹ suam *T* 18 uocatus *uv*, uocitatus *M²*; *item l. 20* fide fidelis *T* 20 est *om. u* interpretatur *Muv* 21 patrem *M*¹ 23 nominum *Mv* interpretationes, *cf. p. 107, 21* per nomina *u* 24 designata sunt *v*, designat *T* structionem *T* ut e. h. interpretatione *om. M.*

ex hac interpretatione nominum intellegamus montem Sina esse terrenum et montem Sion esse caelestem. spiritaliter interpretat Sina ‘temptatio aeterna et odium’, et mons Sion ‘temptatio exacerbationis et speculatio.’ ita intellegitur cum dicit [montem] Sina ‘temptatio aeterna et odium’, eo quod ex eo monte Moyses legem acceperit populo durissimo et contumaci. per quam legem temptati a Deo aeterno et inuenti sunt non posse eandem legem sustinere in perpetuum, exinde Deo in odio conuersi sunt. ideo in nomine montis Sina unde legem acceperant interpretatio nominis designauit populum temptatum a Deo et in aeterno odio esse conuersos: ideo dicit Sina ‘temptatio aeterna et odium’. inuenimus enim in scripturis eos esse a Deo temptatos ita positum dicente Domino ad Moysen: exeat populus iste et colligant sibi diurnum in diem, et temptabo eos an possint legem meam sustinere an non. et temptati a Deo per legem inuenti sunt ab ea lege alieni. exinde Deo in odio aeterno conuersi sunt et conpleta est interpretatio Sina manifesta. uero et Moysen, per quo eos Deus per legem temptauit, in Latino interpretat similiter, Moyses ‘temptatio Dei et inuentio’, per quo temptati a Deo inuenti sunt alieni a legis obseruatione, ideo in aeternum Deo in odio conuersi sunt. hunc odium in ipso genere Iudaeorum scriptum inuenimus dicente Isaac de duobus filiis suis Esau maiore et Iacob minore: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Esau uero maior pilosus fuit totus, inquit, quasi corium pilosum, in figura populi maioris in inpietate delictorum suorum constituti. et

12 Ex. 16, 4. 22 Mal. 1, 2. 3. Gen. 25, 25.

1 intellegimus *M* monte *T*; *item l. 2* 2 interpretatur *Mμv* 3 odium] odium exacerbationis *M* exacerbationis] aeternae *M* et] * * *M* 4 speculationis *M* dicitur *μv* montem μ^1, monte *MT*, mons μ^2 aeternae *M* 5 monte *exp. T* 6 *alt.* et *om. μv* 7 possunt *T* 8 odio *T*, odium *Mμv* 10 odium aeternum *v* conuersum $M^2\mu$ dicitur *v* 11 et temptatos *M* 12 moysem *μ* 13 colligat *v* 14 possit *μ* 15 odium aeternum *μv* 17 per quem $M^2\mu v$ ita interpretatur *Mμ* 18 tentatio dei *ex* tentio *T* per quem *μv* 19 deo *om. μ* odium *Mv* 20 hoc $\mu^2 v$ 21 dicentem M^1 suis filiis *v* minore] dicens *add. M,* dicente *add. T* 24 in *om. MTμ* constitutus *MTμ*

Iacob fuit lenis et minor, in figura populi nouellioris, qui ex dictoaudientia per credulitatis fidem ex aspredine saeculi in lenitatem conuersus est ad Christum Dominum et Dei filium.

Ecce probauimus per scripturarum fidem maiorem populum et uetu- 7
stiorem esse Deo in odio conuersos secundum interpretationem montis Sina dicentis 'temptatio aeterna et odium'. aeque et Sion mons ita interpretat 'temptatio exacerbationis et speculatio'. haec uero interpretatio Latina ligni sacri passionem designat dicente Salomone de ipsam passionem Dominicam: contumelia et tormento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius et probemus patientiam ipsius et temptemus quae euentura sunt illi. si enim uere filius Dei est, suscipiet illum, et liberabit illum de manibus contrariorum: morte turpissima condemnemus illum. haec cogitauerunt et errauerunt: excaecauit illos malitia ipsorum et non intellexerunt sacramentum Dei. ecce temptatores Iudaeos. item scriptum est: et temptauerunt Dominum in loco inaquoso. speculum uero altitudinem ligni declarat dicente Salomone: posuerunt me uelut custodiam pomarii, eo quod in horto in ligno confixus inter duos latrones pependit. et de altitudine ligni ambos speculabatur in figura duorum populorum malefactorum, gentes in saecula mala facta iacentes et Iudaeos interfectores prophetarum. hi sunt duo populi malefactores, quorum figuram in se portabant duo latrones, inter quibus pependit innocens: unus blasphemabat,

9 Sap. 2, 19—22. 17 Ps. 105, 14. 18 Cant. 1, 6.

2 dictoaudientiam *MTμ*, dicti audientia *v* crudelitatis *T* aspredinem *M* 3 dominum] deum *v* 4 probabimus *T* populum maiorem *v* 5 odium *μv* conuersum *μv*, conuersus *M* 6 aeque et] aeque *Tv* interpretatur *Mμv* 8 ligni] lingua *μ* sacram *μ* dicentem *M* salomonem *MT* ipsa passione dnica *μv* 9 contumelia et] contumeliae *Tμ* 10 reuerentia *T* 12 filius] salus *μ* liberauit *MT* 13 illum] eum *v* 16 sacramenta *Mμv* 17 deum *Mv* aquoso *MT* inaquoso in loco *μ* 18 uerum *T*, ergo *μ* dicentem salomonem *MT* 19 pomari *T*, pomorum *μ* 21 speculatur *v*, peculabatur *T* 22 saeculi *v*: *cf. p. 105, 21* iacentes] facientes *μ* 24 inter quos *μv* blasphemat *μ*

alius uero confessus est, quia innocens iniuriam patitur. Iesus autem ambos speculabatur de ligno speculatorio blasphemum et confessorem, confessorem saluauit et blasphemum perdidit, sicuti de duos populos fecit.

8 Persecutores derelicti, qui in aeternae mortis sententia sibi non crediderint, si sic de saeculo exierint, perient: gentes autem ad se conuersae fidem sibi habentes, quia filius Dei est, saluati uiuebunt in aeterna saecula saeculorum cum imperatorem et regem suum. uero in ipsa passione pendens in ligno duas partes populi prospiciens speculabatur de alto ligno, partem populi qui uiderant uirtutes eius mirabiles et deificas, patientem illum iniuriam dolentes plorabant: alii uero Iudaei inridentes de harundine caput ei quassabant, blasphemantes et dicentes: a u e r e x I u d a e o r u m, u b i e s t p a t e r t u u s? u e n i a t e t e l i b e r e t t e d e c r u c e. exinde exacerbatus pater fecit caelum patefactum, et tonitrua facta sunt [et tenebrae] insustinibiles, terra commota est, patefacta sunt sepulcra et corpora foras a se misit, uelum templi scissum est et a tanto fragore caeli et terrae motu omnes qui stabant ante lignum alii dolentes alii uero blasphemantes inludentes prostrati in faciem iacuerunt trementes tamquam mortui. tunc Iudaei intellexerunt se offendisse Deum et in luctum conuersi sunt, et fuit exacerbatio. eo enim tempore quo in ligno confixus pependit dies fuerunt azimorum, qui sunt dies festi Iudaeorum. eo die metuentes

13 Matth. 27, 40. 49.

1 patiebatur *v* 3 confessorem *μ s. l. m. 2* saluabit et confessorem *T* duobus populis $M^2\mu v$ 5 derelicto *T*, derelicti sunt *μ* in *om. μ* sententiis *T*, sententiam *μ* sibi *om. μ*, si *T* 6 si *μ s. l. m. 2*, et $M\mu^1$ perint M^1T, perirent *μ s. l. m. 2* autem *T*, uero *Mμv* conuersas *MTμ* 7 saluatae *μv* uidebunt *MTv*, uidebuntur *μ* 8 cum *om. v* imperatore *μ* rege suo *μ* uerum *μv* in ipsa p.] ipsam passionem *MT* 10 pars *v* uiderint *T* 11 iniurias *v*, in furia *T* 12 de *exp. μ* ei] eius *μv* 13 haue M^1T ueniet *μ* liberet *Mμv* 14 te *om. v* patefieri *v* 15 et tenebrae *om. MTμ* insustinibilia *μ* 16 est *om. Mv* corpora] *add. v*: sua eiecerunt et miserunt *v* 17 scissum est in duabus partibus *M* motus M^1T, motus sunt M^2, *om. μ* 18 et illudentes *v* 20 dn̄m *μ* 21 infixus *M* 22 azymorum *v*

factum esse terrae motum et caeli fragorem prostrati facie in terra plangentes in luctum conuersi sunt, et in ipsam suam passionem inpleuit propheticum dictum: et conuertam dies festos eorum in luctum et cantica eorum in lamentationem. ante enim cum captiui detenti essent a Babylones, dicebant illis Babylones: cantate nobis cantica de canticis Sion, et Iudaei lamentantes captiuitatem suam dicebant ad Babylones ut diximus lamentantes se: quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.

Ecce quatenus conpleta est interpretatio montis Sion ⸢temptatio 9
exacerbationis et speculatio⸣. unde manifestum est Sion montem ligni sacri regnum esse in sanctitate iustificatum dicente Dauid: adnuntiate regnum Dei in gentibus, quia Dominus regnauit de ligno et transiuit in gentibus. de quo regno ligni regalis idem propheta dicit: ego autem dico uobis: constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, adnuntians imperium eius. quem dictum propheti cum per Pontio Pilato in suam passionem pendens in ligno conpleuit, Pontius Pilatus impulita mente a Deo accepit tabulam et titulum et scripsit tribus linguis hebreice graece et latine: IESVS. NAZARENVS. REX. IVDAEORVM et in capite ligni clauis tabulam cum nomen regis Iudaeorum confixit et manifestauit propheticum dictum eo quod spiri-

3 Amos. 8, 10. 6 Ps. 136, 3. 4. 12 Ps. 96, 10. 15 Ps. 2, 6. 7.

1 fragore *Tμ* facie] in faciem *v* terram *M* 2 in *om. T* ipsa *μv* sua *μv, om. M* passione *μv* compleuit *Mμv* 3 et *om. Tμ* 5 a] in *v* babylones *T*, babylone *Mμv* dicebant illis babylonii *om. M* babylonii *v* 6 canticum *μ* 7 ad b.] babyloniis *v* lamentantes se] lamentasse *T* 8 quomodo] quō *μ* cantauimus *M*, cantamus *μ* 11 montem sion *v* 12 esse *om. Mμ* 14 de] a *μv* transibit *μ* regales M^1, relegas *T* 15 isdem *T* dicit *om. μ* dico uobis *om. v* 16 adnuntias *T* 17 quem $MTμ^1$, quod $μ^2v$ pontium pilatum $M^2μv$ 18 sua passione $M^2μv$ 19 impulita *MTμ*, impulsa *v* tabulum *T* et scripsit] scripsit *μv* 21 nomine $M^2μv$ 22 confinxit *Tμ* et] et tunc *Mv*

taliter mons Sion crux est quae est uirtus Dei apostolo Paulo dicente: crux Christi non credentibus stultitia est, credentibus autem uirtus Dei crux est, et iterum dicit: nos autem adnuntiamus uobis Christum, et hunc crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocitis Iudaeis et Graecis Dei uirtus et Dei sapientia. sic uerum et alius propheta declarat lignum passionis Dominicae esse montem Sion sanctum, in spiritu ita dicit: quis ascendet in montem Domini, et quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde dextra laeuaque extensis clauis fixis innocentiam demonstrans. ideo dicit innocens manibus et mundus corde. qui non accepit in uano animam suam et non iurauit subdole proximo suo, a Domino suo hic accipiet benedictionem et misericordiam a Deo salutari suo. omnis passio hominum in terra cadet, haec sola passio crucis stantem demonstrat: unde uerum dicimus montem sanctum lignum esse passionis. inde innocens manibus et mundus corde: hoc dicto prophetico Iudaeos redarguebat qui Moysen praeponent Christo domino illius, eo quod Moyses cum in montem Sina ascendisset, ut legem Iudaeis acciperet, innocens manibus et mundo corde non fuit. nec ore enim mundus nec * * sed corde, eo quod Aegyptium calce percusserit in Aegypto et mortiferatum

2 I Cor. 1, 23 sq. 8 Ps. 23, 3. 4. 5.

1 paulo *om.* *v* dicentem *T* 3 crux uirtus dei est *Mμ* 6 uocatis *μv* crecis *M* dei uirtus *ex* diuinitus *μ m. 2*, dei uirtutem *v* 7 sapientiam *v* euerum *T*, sic uero *Mv* 8 dicens $\mu^2 v$ 9 et quis] aut quis *v* 10 et mundo corde *om.* *Tv* dextera *v* 11 fixus *μ* 12 mundo *Mv* 13 subdolo *Tμ* 14 a domino *post* benedictionem *Mμv* suo *om.* *Mμ* hic] * is *μ* h *eras.* 15 salutare *M* 16 terram *μv* passio crucis] passionis *T* 17 uere *μ* e *in ras.*, uerbum *M* 18 mundo *Mv* cordo *M* 19 praeponunt *μv*, praemonente *M* 20 ut] et ut *M* 21 et mundo corde *om.* *Tμ* nec nec μ^1, neque *M* ore *om.* *Mμv* enim *om.* *μ* nec sed corde *T*, *om.* *Mμv*; *fort.* nec manu sed nec corde 22 calcem *MT* aegyptum *M* mortiferatum *scripsi*, mortifera cum $T\mu^1$. mortiferat cum μ^2, mortiferauit eum cum *M*, mortificauerit eum et *v*

manibus suis eum in harena obruerit: Christus autem in montem sanctum ascendit lignum regni sui, ut moreretur a Iudaeis, quam quod ipse aliquem hominum mortiferaret, nisi solum diabolum inimicum generi humano. exinde ascendens in montem innocens et mundus corde, et ideo propheta dicit: quis ascendet in montem Domini et quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et cetera, et declarauit montem Sion sanctum esse crucem sanctam dicente aeque propheta: de Sion exiet lex, et uerbum Domini ab Hierusalem. lex christianorum crux est sancta Christi filii Dei uiui dicente aeque propheta: lex tua in medio uentris mei. percussus in lateris uentre: de latere sanguis et aqua mixtus profusus afluebat, unde sibi ecclesiam sanctam fabricauit, in quam legem passionis suae consecrabat dicente ipso: qui sitit, ueniat et bibat. qui credit in me, flumina de uentre eius fluebunt aquae uiuae. item in psalmis: et erit uelut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. ecce uerbum propheticum fructum resurrectionis die tertio spiritaliter intellegendum dicentis: de Sion enim exiet lex, hoc est de ligno regali, et uerbum Domini ab Hierusalem, quae est ecclesia.

Caro ligno confixa emisit uerbum dominicum dicens: Heli, heli. 10
et adimpletum est propheticum spiritale ante dictum: de Sion

8 Es. 2. 3. Mich. 4. 2. 14 Io. 7. 37. 38. 15 Ps. 1. 3. 22 Matth. 27. 46.

2 quam quod *MT*. potius quam quod *u*. quacumquam *v* 3 hominem *u* mortiferaret *MTu*. non mortificauerit *v* 4 generis humani *Mv* in montem ascendit *v* mundo *M* 5 et corde *T* ascendit *MT* 6 manibus et mundo corde *Muv* 7 et cetera *om. v* crucem sacram *u*. sanctam crucem *v* 8 exiit *T* 9 ab] de *T* 10 christo filio *v* prophetae *T* 11 percussum *M* latere *MT*. lancea *uv* sanguinis *M* 12 et *om. u* aquam *MT* proflusus *u*¹ affluebat *u*. fluebat *v* sanctam *om. u* 13 qua *v* consecratus *Tu*¹. consecrauit *u*² 14 bibit *T*¹ flumina] sicut scriptum est flumina *Mv* 15 fluebunt *Tu*¹, fluent *Mu*²*v* aquae . . . psalmis *om. Tu*¹ 16 secus decursus] iuxta tractus *u* 17 fructum *om. T* 18 tertia *v* 19 enim *om. Mv* exiit *T* 23 spiritalem *M*¹*T*

exiet lex, et uerbum Domini ab Hierusalem. *dicit Hierusalem* de caelo descendentem nouam ciuitatem, quadratam per quattuor euangelia, habens duodecim fundamenta duodecim prophetarum et duodecim portas duodecim apostolorum: per quorum adnuntiationem christiani in hanc ciuitatem sanctam et nouam introierunt, quae spiritalis est ecclesia.

11 Ecce probauimus per omnium scripturarum deificarum fidem duo montes Sina in terra et Sion in caelo duorum testamentorum portare figuram, ueteris Sina et noui Sion: ex quibus duobus montibus, uidelicet duobus testamentis posteriori tempore demonstratos et depalatos duos populos, ueterem et priorem Iudaeorum et nouum et posteriorem populum christianorum: Iudaeos terrenos quibus terra promissa a Deo (acceperunt carnales) et christianos caelestes quibus regna caelorum a Deo promissa (accepturi sunt in futuro saeculo). caro enim christianorum spiritalis et inmortalis erit.

12 Aliam probationem ueritatis scripturis positam † ex ea ueritatem caelestem spiritalem. facimus figuratam comparationem de huius mundi conuersu. diximus enim montis sancti Sion quod lignum regalem et sacrum habere interpretationem de Hebreico in Graeco uel in Latino 'temptatio exacerbationis et speculatio,' eo quod de ligno speculabatur ante se stantes bonos et malos.

13 Ita inuenimus ipsum saluatorem per Salomonem speculum inmaculatum patris esse dictum, eo quod sanctus spiritus Dei filius gemina-

4 cf. Apoc. 21, 2.

1 exiit *T* dicit hierusalem *scripsi*, hierusalem dicit *v*, *om.* *MTμ* 3 habentem *v* 4 et *om.* *v* 5 adnuntiatione *T* christi *MTμ* sanctam *om.* *T* 7 duos *μv* 9 figura *MT* uidelicet *μ*, uide *T*, uidet *M* 10 duo testamenta *M* posterioris *T*, his posterioris *M* depalatos $MT^2\mu$, depalatus T^1, declaratos habemus *v* 12 qui terram promissam *μv* 13 quibus] qui *μv* 16 alia probatione *v* in scripturis *μv* posita *v* eam *MT* ueritate *μv* caelesti *v*, caelestem et $M\mu^2$ 17 figurarum *v*, figura μ^1 conuersus $MT\mu^1$, conuersis μ^2, conuersatione *v* 18 monti *T*, montem *μ* sancti *om.* *μ* quod] idem est *μ* est *s. l. m. 2* regale *μv* 19 haberet *v* hebreo *Tμ* graecum *v* in *om.* *Mμv* latinum *v* 20 et] uel *Tv* 21 stantis *T* 23 patri *T* sp̃s sc̃s *μv*

tum se uideat, pater in filio et filius in patre utrosque se in se uident: ideo speculus inmaculatus. nam et nos qui illi credimus Christum in nobis tamquam in speculo uidemus ipso nos instruente et monente in epistula Iohannis discipuli sui ad populum: ita me in uobis uidete, quomodo quis uestrum se uidet in aquam aut in speculum, et confirmauit Salomonicum dictum de se dicentem: quis est speculus immaculatus patris.

Vero etiam et uitem ueram se esse dixit, patrem suum agricolam. 14
si ergo Christus uitis est uera, utique constat quia et nos qui in illo credimus et ipsum induimus sumus uitis uera quae est *in* uinea dominica, et Christus custos uineae suae dicente Salomone: posuerunt me custodem in uineam. inuenimus uero in conuersu huius mundi in similitudinem spiritalem figuraliter esse uineam habentem dominum et possessorem suum. uero tempore maturo prope dies uindemiarum ponunt in mediam uineam custodem puerum in alto ligno media uinea confixo et in eo ligno faciunt speculum quadratum de harundinibus quassatis et per singula latera quadraturae speculi faciunt cauerna terna. quae fiunt cauerna duodecim: per quam quadraturam cauernorum custos puer omnem uineam perspiciens custodiat cantans, ne uiator ingrediens uineam dominicam sibi adsignatam uexet uel

1 ? ? 7 Sap. 7. 26. 8 Io. 15. 1. 11 Cant. 1. 6.

1 uidebat *M* pater quoque *M* utroque *M*, utrique *v* se in se *om. M* uidet *T*, uidentes *μ* 2 speculum immaculatum *v* 4 ad populum] ad paulum *T*, *om. μ* 5 quomodo] quo *μ* 6 aqua a. i. speculo *μv* confirmat *v*, contrafirmauit *M* de se dictum *M* 7 dicens *v*, dicente *M*, *om. μ* qui *μv* speculum immaculatum *v* 8 uerum *μv* uitem aeternam et *v* et patrem *μ* 9 est uera *μ*, et uera *T*, uera *Mv* ubique μ^1 10 uitis *M s. l. m. 2* in *addidi* 11 custus *M* uineae] uitae *T* dicentem salomonem *MT* 12 uinea *μv* conuersus $T\mu^2$, conuersos *M*, conuersatione *v* 13 mundi] modi *T* spiritali *T* li *in ras.* 14 tempore uero *v*, uerum tempore *μ* 15 ponam *T*, positum *v* in *om. MT* media uinea *μ*, uineam *v* 16 speculam quadratam *v* de] et de *M* 17 et *μ s. l. m. 2* speculae *v* facit *MTμ* 18 cauernas ternas *μv* quae] qui *T* fiunt] faciunt *v* cauernae *μv* 19 cauernarum *μv* puer] per *T* custodiens *M* cantas M^1T^1

fures uiam uineae uestigent. quod si inportunus fur egens in uineam uoluerit introire et uuam demere, illic puer sollicitus de uinea sua deintus de speculo dat uocem maledicens et comminans, ne in uineam uiator fur audeat accedere dicens: rectum ambula. fur autem timens uocem pueri sibi comminantem refugit de uinea, speculum uidet, uocem audit, puerum intus in speculo sibi comminantem non uidet, timens post uiam suam uadit.

15 Hic conuersus saecularis similatus gratiae spiritali. ita est enim et in populo deifico, sicut in uinea terrena. uinea dominica et spiritalis plebs est christianorum, quae custoditur iusso Dei patris a puero Christo in ligni speculum exaltatum. quod si uiator diabolus perambulans uiam saecularem si ausus fuerit de uinea spiritale hominem de plebe dominica separare et uexare, statim a puero caeleste correptus et flagris spiritalibus emendatus exulans ad centesimum effugit in locis aridis et desertis. hic custos est puer filius dominicus, qui uineam suam sibi a patre commendatam saluandam tenet et reseruandam: de quo Esaias propheta cecinit dicens: ecce puer meus filius meus dilectissimus, ponam super eum spiritum meum, et iudicium gentibus nuntiabit: non

17 Es. 42, 1—4.

1 fures] furans μ^1 uiam] uuam $M\mu^2v$ uineam *MT* uestigent *T*, uestiget μ^1, conculcent $M\mu^2v$ si *M s. l. m. 2* 2 uineam suam *M* 3 demptus μ specula *v* uocem malam *v* 4 autdeat** *M* recte μ 5 comminantis *Mv* uineam *M* speculam *v* uidit *T* 6 specula *v* 7 et timens *v* 8 haec conuersatio *v* similatur *v* 9 et *om.* μ uineam terrenam uineam dominicam *MT* et *om.* μ 10 pleps *T* iussu *v* a *om.* μ^1 11 lignis *T*, ligno *M* speculum $MT\mu$, specula *v* exaltato μv 12 uiam] uineam *M* si *om.* μv spiritali μv 13 plebem dominicam *M* separare] rapere μ caelesti μ, caelesti uoce *v* 14 et] est et *T*, et *eras. in M* spiritalibus flagris $M\mu v$ exulans μ^2, exululans $MT\mu^1$ 15 est custos $M\mu v$ 16 saluandam tenet *scripsi*, saluamanet *M*, saluandam $T\mu v$ et *om. M* 17 reseruanda *M*, reseruandam custodiat μ, reseruandam accepit *v* esaia T^1, esaiam μ^1 cecinit *T* (cec *in ras.*), cantauit *M*, canit μv 18 filius meus *om.* T^1v super eum ponam *M* 19 nuntiauit *MT*

clamabit neque contendet. harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non conlocabit, quoadusque expellat in contentione iudicium: et in nomine eius gentes credant.

VIII. AD VIGILIVM EPISCOPVM DE IVDAICA INCREDVLITATE.

Etsi plurimos gentilium scio, Vigili sanctissime, ab ordine atque 1
ratione ueritatis auersos, quominus Dominum noscant, caecitate mentis errare, tamen magis Iudaicae plebis insaniam noui aduersus nomen Domini pertinaci etiam nunc duritia cordis ingenita patrum iniquitate perstare, auersantes ueram salutem nec inquirentes aeternae uitae datorem, ut qui delictis stirpis antiquae sint pari merito nequitiae genitalis obnoxii, saltim uel sero credentes possint conuerso ad Deum

1 clamauit *M* 2 confriget *T* lignum *T*¹*u* conlocauit *MT*, extinguet *v* 3 contione *M* 4 credent *μ*, credent et sperabunt *v*. — Caecili Cypriani de duobus montibus explicit *MT*. *om.* *μ*. —

Incipit ad Vigilium episcopum de iudaica incredulitate *TtZμ*. — 7 etsi] Ciprianus uigilio fratri salutem. etsi apud *Z* uigiii carissime scio *Z* 9 errarent *Tt*¹ tamen *μ*², tunc *TtZμ*¹ 10 ingenitam *Z* patruum *Tt*¹, et patrum *cod. Remigianus (r) ex quo Baluzius hunc librum emendauit* iniquitatem *Tt*¹*Z* 11 aduersantes *Z*, conuersantes *μ* uitae aeternae *v* 12 delicte *Z* antiquae] scique *Z* sunt *Zμv* nequeuitia *T* 13 obnoxios *TZ*, obnexi *μ*¹ saltem *Ztμ* possunt *Tt* conuersi *Ztv* domini *TtZv*

timore satisfactione omni paenitentiae ab iniquitatibus liberari. sed perstat et durat adhuc et semper puto durabit ad usque progeniem succidaneam innata patrum inreligiosa perfidia, quae aduersus odium nominis Domini incredulitatis insania roborata nec ad noscendam ueritatem potest corrigi nec ad timorem Dei ipsius monitis doceri atque suaderi. cum autem doceat Dominus et ostendat dicens: ego sum lumen saeculi: et qui me secutus fuerit non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae, quam malum ratio est ostensum diuinitus uitae lumen omittere et mentis caecitatem malle, tenebras mortis eligere, ut ostendant damnationis suae propriae uoluntatis libera et licita perditione contra Deum etiam illa nolle quae prosunt? secundum quod et per Domini uocem increpatam Hierusalem, quod colligi noluerit Deo illam uolente colligere, loquitur spiritus sanctus et bonitatem Dei manifestat peccatoribus subuenire iugiter uelle: Hierusalem Hierusalem, quae interficis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens uolui colligere filios tuos, sicut gallina colligit filios suos sub ascellas suas, et noluisti? adeo Dei uoce manifeste perfidi populi contumacia denotatur, ut etiam salutem propriam suam semper aduersus clementem misericor-

6 Io. 8, 12. 15 Matth. 23. 37.

1 timorem *Ztv; cf. p. 126, 1* omnis *μ* 2 qui perstat *Z* puto durabit *om. Ttμ* ad] et *Z* 3 succedentem *Z* innotam *Z* patruum *Tt, om. Z* inreligiosam in perfidiam *Z* 4 christi domini *Z* insaniam *Z*, infamia *v* roboratam *Z* agnoscendam *μ* 5 potest] potestate $T t^1$ 7 et qui] qui *Zv* ambulauit *T* 8 quam *TZ*, haec *t*, quae *μv* mala *Z*, maluit *t* 9 ratio est] ratione $t\mu^1$ uitae *om. Z* dimittere *Z* caecitate *μv* 10 malle] male *μ*, alere *t*, uel *Z* mortis *ex* montis *T* ostendat $t^2 v$ 11 propriam uoluntatem *Z* liberam *Z* illicitam *Z*, illicita *T* perditione $t^2\mu$, perditionem TZt^1 12 increpatum *T*, ad increpitam *μ* 13 quod] quo *Tt*, que *ex* qui *μ* uoluit *Z* deo] idem *Z* illam . . . *l. 20* salut *post* esset *p. 124, 9 exhibet Z* uolentem *μ*, uoluntem T^1 14 dn̄i *Z* qua peccatoribus iugiter subuenire uellet *Z* 16 misi *T* 17 filios] pullos *Z* 18 ascellas *Ttμ*, alas *Z*, axillas *v* suas *om. Zμv* 19 ut] et *Z* 20 *post* salut *exh. Z* tionem hominis *122, 8 . . .* solum *123, 11* propriam] sanctus aduentum eius in propriam *Z*

diam Domini spreuisse doceatur. propheta item alius beniuolentiam Dei exhortatione praedicationis offerens et insinuans proclamat et suadet dicens: reuertimini ad me, et ego reuertar ad uos, dicit Dominus. alius uero similiter: misericordiam suam Deus sempiternam manere demonstrans addidit dicens: nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat, dicit Dominus.

Quid est ergo reuerti, quam in Christum credendo per eum qui est 2
uia ueniendi ad patrem Deo reconciliatum posse saluari? quomodo autem reuerti ad Deum possunt qui ei per quem est agnitio et reuersio ad Deum uoluntatem Dei praedicanti credere noluerunt? aut quomodo Deum satisfactione placare poterunt, qui eum qui est satisfactio et placatio pro nobis apud patrem sacrilega impugnatione persequi maluerunt? si enim aduocatum Christum habemus apud Deum patrem, initiare utique ea quae nos docuit et monuit quaeque apud patrem locuturus est sollicito timore facere debemus. igitur nos qui mente in Domini metum prona mandatorum eius monitis insistimus et religiosi ac uenerabilis cordis fide credulitatem de eius timore concepimus, quid aliud sequi, quid cupere, quid magis uelle ac tenere debemus, quam ut omni a nobis mentis antiquae

3 Mal. 3, 7. 5 Ez. 18, 23. 14 I Io. 2, 1.

1 dnm *Z* propheta item alius] inde propheta *Baluzius* 2 in exhortatione *Z* praedicatione *T*, praedicans *Z* offerens et (et *om.* μ, in *T*) insinuans *Ttμ*, *om.* *Z* proclamet *T* 3 suadeat μ^1, insuadeat *T*, insuadet *t* 4 uero] quoque *Zμ* suam deus *TZ*, dei μ, domini *t* 5 sempiternum *T* 8 ergo] aliud *Z*, ergo aliud μ reuerti] ad dominum *add. Baluzius ex r* credentem *Z* 9 a patre *Tt* saluari] salutari *Z* 10 dnm μ ad deum possunt reuerti *Z* quam *T* agnitione Tt^1 11 dnm *Z* uoluntate *Z* 12 deo *Z* satisfactione aliqua *Z* placere $TZ\mu^1$ potuerunt *TZv*, poteri μ, potuerint *Remig.* 13 sacrilegum inpugnationem *T* 14 maluerint μ haberemus Tt^1 15 dnm *Z* initiare *scripsi*, uitiare* *T*, *om.* *ZTμ*, seruare *v* utique *om.* *v* ea *ex* re ea *t* monuit] nouit *Z* 16 quaeque] que *Z* apud] ad μ locutus $Zt^2\mu^2$ 17 nos *om.* *Z* mente dni *T*, in deum mente *Z* metu prona *tμ*, prona metum *Z* 18 corde et *Z* fide et *Z*, fidem et *Baluzius ex r* 19 quid magis] ac magis *Z* 20 ac *om.* *Z* omni a] oma *T*, omnino a *t* antequae *T*

nocte discussa et caligine uitae prioris abstersa mandatorum Domini salutarium memores ac uitae aeternae promissa retinentes ad eius monita uertamur et in ipsius lumine quod ostendit firmata credulitate gradiamur: ut qui ignari aliquando salutis futurae in erroribus implicati uitae prioris ac tenebris oberrauimus inluminati nunc eius ueri luminis claritate et ostenso nobis atque patefacto melioris uiae limite Domini mandata sequenda et gerenda teneamus.

3 Hoc lumen nobis uitae salutaris exortum, hoc in reparationem hominis natum de Dei patris procuratione ac miseratione praesidium. magi primi ab orientali parte uenientes et stella eius duce Iudaeorum regem palam praescia praedicatione quaerentes, adferentes etiam munera testificata omnibus inquisitione monstrarunt. et ne aliquibus quis ille esset esset absconsum, inuentum puerum procidentes genibus adorarunt, sicut testificatur euangelium dicens: cum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt in Hierosolymam dicentes: ubi est qui natus est rex Iudaeorum. uidimus enim stellam eius in orientem et uenimus adorare eum. testificantes scilicet ueritatem de eo etiam stellam sibi signum atque indicium natiuitatis ipsius esse monstratam, qua indice natum illum magis praedicantibus et adfirmantibus et Hierosolymis crederetur. Simeon quoque iustus qui in caecitate constitutus diuino monitu audierat se non ante moriturum quam ui-

14 Matth, 2, 1. sq.

1 subtersa *Z* 3 reuertamur *Ztv* in *om. Z* 4 in *om. Z* 5 uitae *om. Z* ac] a *T* aberrauimus *v* 6 uiae] uitae *μv* 7 limite] lumine *Z* 8 in *om. Tt* reparationem] reperabile *Z; cf. p. 120, 20* 9 ac miseratione *om. Z* 10 magi *ex* migi* *T* orientalis *Tt*^{1} et *om. Z* eius *om. v* 12 ne *om. T*, in *Z* 13 esset absconsum *μ*, absconsus *Z*, absconsum *Tt*, absconsum foret *Baluzius ex r* procedentes *T* 14 testatur *Z*, testificans *μ* euangelista *Z* 15 natus esset iesu *v* bethlem *T* iudeae *μ* 16 et ecce *Tt* in *om. Z* 18 eius stellam *μ* oriente *t*^{2}*μv*; *cf. Cypr. p. 98, 17* 19 ueritatem *om. Z* etiam nobis *Z* 20 iudicium *T* 21 quam *T* natum esse *Z* illum *om. Z* 22 et *om. Zμv* hierusolimis *T* 23 monitus *Z*, monitus oraculo *Baluzius ex r*

disset Christum, cum in templum omni populo praesente infantem secum mater inferret, in spiritu Christum natum esse sensit, acceptum in manus puerum uidit et benedicens Deum in conspectu et auditu omnium dixit: nunc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Simeon quod caecus audierat euidenti ueritate perfectum est, et ueritatem quam accepto lumine uiderat benedicendo palam Deum populo praedicabat. ad hoc enim uiderat, ut referret, ut reuelatione sua quod Christus natus fuisset ostenderet et perfidi populi initia prima incredulitatis instrueret.

Nec hoc solum testimonium de eo scripturarum caelestium ueritas 4
perhibet, uerum et per prophetas ante spiritus sanctus aduentum eius in hunc mundum futurum palam mente omnium conscia praedicauit, ne esset obtentus excusationis incredulis uel ignorasse Dei filium Christum uel nescisse futurum saluatoris aduentum, sicut Dauid manifestat dicens: dies diei eructat uerbum et nox nocti indicat scientiam: non sunt sermones nec uerba, quorum non audiantur uoces eorum. in omnem terram exiit sonus eorum et trans fines terrae uerba eorum. in sole posuit tabernaculum suum. id est in manifesto in

4 Luc. 2, 29. 16 Ps. 18, 3.

1 templo *Z* 2 inferret mater *v* in] et in *μv* natum esse christum *v*, natum esse *μ* sensisset *Zμv* et acceptum *Zt*² 3 manibus *Z* 4 audito *T*¹ 5 quoniam] quia *Z* 6 et uidenti *Z* 7 ueritatem *Tt*¹ perfectum est] perfectum esse annuntiabat *Baluzius ex r* et *om. Ztμv* acceptam lumen *Z* 8 dnm palam *Z* 9 referretur *T* ut *tμ, om. TZ*, et *v* reuelationem suam *Z*, relatione sua *Tμ* christus] dns *Z* 10 ostendere et *T*, et ostenderet *Z* 11 *post* solum *exh. Z*: sanctus aduentum eius in propriam suam semper aduersus clementem misericordiam dnm spreuisse uideatur (*cf. p. 120, 20*) uenisset et ipse *p. 124, 9* . . . credentibus *125, 4* 13 hunc . . . *p. 124, 9* esset *post* christum *p. 126, 13 exh. Z* conscia $t^2\mu^2$, conscientia $TZt^1\mu^1$, consciente *v* praedicabit *T* 14 ne *μ*, me *T*, que *Z*, nec *tv* esset] est *Ztv* contentus *Z* 17 non *om. T*, et non *Z* neque *Z* 18 audiuntur *Tt* 19 exiuit *Zμv* trans] in *Z* terrae *om. μ* uerba] fines *v* 20 id est] idem *Z* manifesta luce *Baluzius ex r*

luce palam se ipsum uenisse monstrauit et praedicationem per prophetas sui ostensione quodammodo omnibus suae praesentiae conprobauit. hoc etiam Esaias, per quem Dominus ipse praesentiam suam clara adnuntiationis manifestatione monstrauit, prophetat et dicit: *ipse qui loquebar ueni*, id est, qui per prophetas ante aduentus mei futuri praeloquens fueram, is propria nunc atque praeclara uoce praesentiam meam testis mei ipse manifesto. quid euidentius, quid luce praeclarius, quid uerius potest dici? ut oculis quodammodo perspectus esset uenisse, ipse qui fuerat uenturus, antequam ueniret ostendit, et incredulitate mentes populi perfidi obstruente uenientem nemo cognouit. sicut idem Esaias in prima increpatione populi proclamat dicens: cognouit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel autem me nesciuit et plebs me non intellexit. palam cunctis sicut ipse praedixit apparuit et sedentibus in tenebris manifestum uitae lumen effulsit, et iniustitia perfidorum pectus obsessum postposita propria ac reiecta salute tenebras potius caecitate cordis elegit.

4 ? ? 12 Es. 1, 3.

1 lucem *Tt* praedicatione per *v*, per praedicationem *Bal. ex r* prophetarum *Bal.* 2 sui] suos *Zμ*, *om. Bal.* ostensione] ostendit *Z*, *om. Bal.* suam praesentiam *v*, praesentiae ostensionem *Bal.* 3 esaias . . . *l.* 4 monstrauit *om. Z* ipse *om. Zv* 4 prophetauit et dixit *Z* ego ipse *v* 5 aduentum meum futurum *Zv* 6 praelocutus *Z* is p. n. atque (atq. nunc *t*) p. u. p. m. testis mei (testemei *T*, testis meus *μ*, teste me *Z*) ipse (ipso *Z*) manifesto (manifestem *Tt*) *TZtμ*, ipse nunc ueni ut omnibus praesentiam meam ipse ego testis mei manifestem *Bal.* 8 hac luce *Bal.* luce praeclarius *om. μ* quidue u. dici potest *Z* ut] ut ergo *Bal.* occulos *Z* 9 perspectus] persecutos *Z* se uenisse *Bal.*, uenisset et *Z* (*cf. 120, 13*) iam uenturus *Bal.* 10 incredulitatem *Z* mentis *TZt* perfidia *Z* obstruentem *Z*, obseruente et *μ* et *s. l. m. 2* 11 populi *om. Z* 12 clamat *Z* suum *om. μ* 13 praesepium *v* sui *om. μ* me autem *Z* nesciit *μ*, cognouit *Z* plebs] populus *Z* 14 me] mea *t* palam . . . praedixit *om. Z* sicut cunctis *μ* 15 manifestam uitam et *Z* efulsit *Z* in iustitia *Zt*[2], iustitia *Tt*[1]*μv* 16 reiectas a luce *Z*, recta salute *T* 17 caecitatem *Z*, caecitatemque *Bal. ex r*

Frequentat ubique atque manifestat prophetatio cunctorum, qui sancto spiritu praemonente aduentus Domini metatores esse sortiti sunt. hunc lumen saeculo datum et diem nobis salutis exortum uiuificandis quoque in eum credentibus destinatum docet hoc in psalmis spiritus sanctus et ostendit dicens: lapis quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli: a Domino factus est iste, et adest mirabilis in oculis nostris. iste dies est quem fecit Dominus, ambulemus et iocundemur in eo. in hoc die nos ambulare Paulus quoque apostolus praecipiens et docens ac praemonens dicit: nunc enim propius est nobis salus quam cum credidimus. nox praecessit, dies autem adpropinquauit. abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. id est in Christo et mandatis eius, cuius lumine ac monitis luminati et in claritate diei eius inuenti proximam nobis salutem credulitatis in eum mente conspicimus. 5

Solem quoque esse Christum cunctis timentibus eum Malachias propheta testatur et promittit dicens: uobis autem timentibus meum nomen orietur sol iustitiae, et sanitas in alis eius, ostendens ex nullo nobis salutem posse conferri, nisi in passionem crucis eius, qua extendens manus cuncta saeculi saluaturus 6

5 Ps. 117, 22 sq. 10 Rom. 13, 11. 12. 18 Mal. 4, 2.

1 frequentatur *v*, frequentaturum *Z* utrobique *Ttμ*, obitque *Z* 2 sancto spiritu *om. Z* aduentum *Z* 3 hunc *Tt¹Zμ*, hoc *t²v* lumen saeculi *Z*, saeculo lumen saeculo *Tt* die *Z* 4 in eum] et cum *Z* credentibus] *sequitur in Z* docens atque *etc. cf. 123, 11* hoc *om. v* in psalmis *om. μ¹* 5 et *om. Z* 6 capite *TZ* 7 adest *Tt*, est *Zμv* mirabile *Z*, admirabilis *μv* 8 est dies *Zμ* quem] quon *T* ambulemus] exultemus *Z* 9 quoque *om. Z*, quaeque *μ¹* 10 et d. a. p. dicit] docet dicens *Z* proprius *μ¹*, proprior *Z* 11 nobis] nra *Z* credimus *v* processit *T*, transiuit *Z*; *cf. Cypr. p. 425, 23* 12 abiiciamus ergo *v* 13 arma] opera *Ttμ* 15 diei] dei *Z* 16 credulitatis *Zt²μ*, crudelitatis *Tt¹*, credula *Bal. ex r* 18 autem *om. μ* 19 nomen meum *v*, nomen dni *Z* in al*is *T*, in malis *Z* 20 nosse *Z* passione *Zv* 21 qua] que *Z* cunctas *Z* saecula *T¹*, saeculum *Z* saluatoris *T*, saluator *ex* saluatioris *t*

amplexus est, conuerso ad eum timore credamus et ad aeternitatem uitae spe futuri regni eius animemur. quis ergo tam stolidus ac demens, quis sic ab intellectu suae salutis alienus, qui in tot et tantis testimoniis ueritatis incredulus non aduersus sinceram fidem obduratum pectus intellectu ueritatis emolliat et e tenebris uitae quondam mortalis exutus in lumine praeceptorum caelestium gradiens ad diuina monita et Domini salutaria gerenda mandata inluminato corde tota mentis credulitate conuertat, ut quem prophetae praedicauerunt Dominum noscat, ut Christum qui se mundo palam uenisse monstrauit intellegat, ut scripturis diuinitus testificantibus Dei filium et Deum credat, sicut ipse quae sit uita aeterna manifestat dicens: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum, docens atque ostendens nihil aliud esse Deum nosse quam credere et oculos cordis in Dominum prona et immutata pectoris fide deuotae mentis aperire. inde iam fit ut credendo intellegas, intellegendo quod credis in sensu Deum illuminato corde conspicias, sicut idem ipse Dominus et per Esaiam ante monet dicens: si non credideritis, nec intellegetis. tam facilis et praestans et larga est atque abundans

12 Io. 17, 3. 18 Es. 6, 7. 9.

1 conuersi *Z*, ut conuerso *Bal. ex r* in timore *Z* et ad *om. Z et Bal.* aeternitate *Z* 2 spei Tt^1Z, et spe *Bal.* amemur Zt^1 ergo *om. Z*, enim *v* 3 sic *om. Z* qui] quis *Zt* in *om.* t^2v et tantis] tantis Tt^1, tantisque t^2 4 ueritatis testimoniis *v* sinceram *Z*, in ueram T^1, meram $T^2\mu v$ 5 ab intellectu *Z* emolliat et] et mollicie *Z*, emolliate Tt^1 e *om. TtZv* quodam mortali *Z* 6 exitus Tt^1, exitu *Z* in *om. Z* 7 inluminatio *T* 8 mentis] *add.* fidei Tt^1 (*exp.* t^2), ac fidei μ, et fidei *Z* crudelitate *Tt* conuertatur *Z* dicauerunt *T* 9 deum μv palam mundo *v* monstrabat μ 10 diuinis *Z* 11 quae sit] qui est *Z* uitae Tt^1 12 autem ait μv cognoscat *T* 13 et uerum] uerum Zt^2; *cf. Cypr. 63, 10* christum] christum hunc *etc. Z; cf. 123, 13*; docens atque *etc. exh. post* credentibus *125, 4* 14 oculis *Z* 15 deum $Z\mu$ et *om.* $T^2t\mu v$ immotata *T*, inmotota *t*, immo tota μv 15 fidem *Z* ** deuotae *T*, et deuotione *Bal. ex r; uidetur esse graecismus pro* deuota mente 17 in sensum dm̃ (dñi *Z*) *Zt*, *om. Bal.* aspiciat *Z* ipse *om. Z* 18 et *om. Z* ante monet] ammonet *Z* 19 elarga Tt^1

de Domini pietate clementia, ut si quis semel sese in eum toto timore conuerterit ad caeleste munus admissus statim iam eius non nisi ad diuina mens pateat et ad caelum ac superna oculos cordis attollens Christi lumen partae iam salutis aspiciat.

7 Exemplum ac documentum nostri timoris et fidei ex ipsius Abrahae patriarchae fideli credulitate monstratur, qui repromissioni Dei mente simplici statim credidit et ideo ad iustitiam deputari ei condigna remuneratione commeruit. hoc Deus diligit, hoc adpetit, hoc in seruis suis benignus remunerat et honorat, simplicitatem mundi cordis quo Deum cernimus, timorem dilectionis Domini quo probamur, credulam fidem mentis qua iustitiae deputamur. hanc fidem sequi, hunc Dei timorem seruare nos conuenit, qui custodientes uerba caelestia et sperantes promissa diuina filii Abrahae meruimus nuncupari. quod apostoli Pauli qui Dei uoce uas electionis est dictus contestatione firmatur dicentis: s i c u t A b r a h a m c r e d i d i t D e o, e t a c c e p t o l a t u m e s t e i a d i u s t i t i a m. c o g n o s c i t e e r g o q u o n i a m q u i e x f i d e s u n t h i s u n t f i l i i A b r a h a e. hoc Iudaicus populus, cui a primordio legis monita loquebantur, incredulae mentis duritia et perfidi cordis insania seruare noluit, et ideo pro diffidentiae merito filiorum nomen amisit. non tamen omnium perfidae gentis aduersus nomen Domini, quominus intellegerent ueritatem.

15 Gal. 3, 6.

1 ut] aut *Z*   sese] se *Z*, esse *t*   in] ad *Bal.*   2 conuerterit t^1, auerterit *Z*   ad *ex* et *t m. 2*, et ad *u*   admissus Tt^1 mens eius non iam nisi ad diuina *Bal.*   3 ac] ad *Z*   4 partae iam] per id pertem iam *Z*, ac patriam *Bal.*: *est graecismus pro* parta iam salute: *cf. Rönsch pag. 436*   5 ac] ad *t*   6 se promissioni *Z*   7 et *om. Z*   condigne T^1 8 adpetiit *Z*   9 simplicitatem uidelicet *Bal. ex r*   quo deum *scripsi*, quod eum Tt^1, quo eum t^2u, quoquod cum *Z*, qui quidem eius *v*   10 domini *om. Z*, dei *t*   probamus *Z*   11 que iusticia *Z*   12 timorem dei *Z*   13 et diuina Tt^1 meremur *ex* meruit *t m. 2*   14 pauli . . . *l. 15* abraham *om. Z*   15 sicut] sic *r*   accepti latum *u*, deputatum *Z*   16 cognoscitis *Z*   quoniam] quia *Z*   17 hi s. f. abrahae] benedicti sunt cum fideli abraham *Z*   18 a *om. Z*   incredula *T*   19 perfidis Tt^1, perfidia t^2 cordis *om. Tt*   insaniam *Z*   20 diffedentiae *T*, differentie *Z*   nomina misit *T*   perfidiam

odio durata mens est. etiamque spiritus sanctus id est Christus Dominus noster qui profectus ex Deo patre uenit ut saluum faceret quod perierat Israelis: qui maior ac fortior ad subigenda contumacium colla in timorem sui nominis et potestatem eos qui aduersus sui luminationis claritatem obstinata etiam tunc mentis caecitate durabant ad notitiam claritatis et gloriae suae tam facile conuertit, quam ut omnes saluos faceret prouidentia diuinae misericordiae suae dignatus aduenit.

8 Nam ut duri cordis tunc et impiae plebis ad Domini metum ipso Domino euangelizante conuersas mentes sileam, ut apostolorum eius praedicatione multiplicatum in orbe toto et refersum credentium populum conticiscam: illud praeclarum atque memorabile gloriosumque Iasonis Hebraei Christiani et Papisci Alexandrini Iudaei disceptationis occurrit, Iudaici cordis obstinatam duritiam Hebraei admonitione ac leni increpatione mollitam, uictricem in Papisci corde Iasonis de spiritus sancti infusione doctrinam, qua Papiscus ad intellectum ueritatis admissus et ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus et Iesum Christum Dei filium credidit et ut signaculum sumeret deprecatus Iasonem postulauit. probat hoc scriptura concertationis ipsorum, quae collidentium inter se Papisci aduersantis ueritati et Iasonis adserentis et uindicantis dispositionem

1 obdurata *Bal. ex r* etiam quod *μ* spiritus . . . id est *om. Z* 2 qui *om. v* profectus] prophetus *μ*, pro se totus *Z* ex] a *Z* 3 israel his *Tt*, israel *Zμ* ac prior ac fortior *Z* ad] ac *TZ* subicienda *μ* 4 timore $Z\mu^2$ potestate *Zμ* sui (suae t^2) luminationis *Tt*, luminis sui *μv*, luminis *Z* 5 obstina *T* mens *Z* cecitatem *Z* 6 gloriam *Z* suae tam *om. Z* 7 suae diuinae misericordiae *v* dignatus] ac dignatione *r* 9 nam] nunc *Z* ut *om. Tt*, in *Z* nunc *Z*, *om. μ* 10 mentes] mones *T* sileam et] sibi amitti *Z* eius] metus *Z* 11 toto orbe *v* refersum *Tt*, respersum *μ*, reformatum *Z*, reuersum *v; cf.* confersus *Luc. 6, 38 in cod. Rehd. apud Hausium*, farsus *Tert. Ieiun. 12* 12 conticescam *v* illum *T*, illuc *Z* 13 hebraei] ebichi *Z* christianis *T* 14 dispectationis *μ* cordis iudaici *Z* hebrea *TZtμ*, breui *Bal. ex r* 15 monitionem *T*, municione *Z* et uictricem *Bal.* papisci] pacis *Z* 16 spū *t* quam TZt^1 18 filium dei *v* et *om. Z* 19 designauit postulauit μ^1 hoc *om. Z* 21 ueritatis $t^1\mu$ et uindicantis *om. Z*

et plenitudinem Christi Graeci sermonis opere signata est: ad cuius translationem in intellectum Latinum animante Domini ope et uiuentis fidei firmitate seruata uerborum proprietate intrepidus accessi: et his qui ab intellectu Graecae docilitatis alieni sunt interpretata integra significatione uerborum et intellectus omnis ac ueritatis manifestatione patefacta Romani sermonis ratione discussa disserui. cuius laboris probationem tibi, carissime, qui utriusque linguae instructione fundatus es, impensa petitione committo: ut qui sancti spiritus ueneratione uerecundus es conlata utriusque operis lectione audaciam uerecundae temeritatis explores et examine iudicii tui quae minus a nobis uel improprie forte digesta sunt auctoritate spiritus sancti, qui in pectus tuum inundatione gratiae caelestis influxit, comprobes et emendes: sitque ad te de ista lectione ab humilitate nostra mandata legatio et insinuanda tibi in nos prima dilectionis petitio, ut paruitatem fidei meae cum discipulorum tuorum instructione atque eruditione coniungas et me, quem in alia parte huius prouinciae constitutum propter uisendos uultus tuos non itineris longinquitas terruit nec senium ac difficultas fatigati ac fessi iam corporis redarguit, sed animante stimulatu Domini et urgente festinato cupiditate properandi, contempta quoque omni tribulatione inopiae atque penuriae quantacumque uirium facultate ueniendi, sanctimoniae tuae celebris huc fama perduxit, ad promixtum dilectus tui caritate cum unanimitate fraternitatis admittas et amori tuo quem discipulis suis Dominus hereditatis

1 graeci] gregis *Z*   2 in] ad *r*, *om.* *Z*   animantem Tt^1, *om.* *Z*   dño *μ*, dei *Zr*   ope] opere *μ*   uiuent *T*, iuuantis *r t sed t in ras.*   3 eis fidei Tt^1 firmitati *Z*   trepidus accessit is qui *Z*   4 et integra *Z*   6 romanis *Z*   disseruit *Z*   9 uerecumdatus *Z*   utriusque] uirtusque *Z*   10 uerecunda et *Z*, inuerecundae *fort.*   exploras et *T*, exflorente *Z*   ex semine *Tμ*, semine *Z*   11 uel] ad *Z*   digesta sunt] *Z hic inserit partem libri* de bono pudicitiae, *p. 13, 10* mei operis . . . *15, 11* pudicitia   12 inundatione . . . *l. 21* facultate *om.* *Z*   17 uisendos *μ*   18 nec . . . redarguit *om.* *μ*   redarguit] retardauit *v*; redarguit *i. e.* impediuit; *cf. Caelius Aurel. de m. acutis I. 15, 121 (Amst. 1709)*   19 stimulatu] famulatu *Val. ex r*   festinata *Zμr*   20 contemptata *μ*, contenta *Tt*   21 celebres *Tt*   hac *Z*   22 produxit *μ*   promixtum *Tt*, proximam *Zμv*   dilectos tui *Z*, dilectionis tuae *v*   caritatem *Zμv*: *cf. p. 132, 6*

titulo reliquit coniungas pariter et adsciscas, exspectem cum fratribus pariter in apertione oris tui splendorem gratiae luminis Christi, sequar in tractatibus tuis lumen quod Dominus ostendit, quod Christus adueniens aeternam uitam esse monstrauit.

9 Certe quam mihi laeta illa, quam exoptabilis dies est, cum misericordiae Domini fauore arcessitione dilata senectam istam meam proferre contigerit, ut et orationibus sanctorum impense et iugiter deprecantium Dominum Christi martyrem uideam, ut coronam iustitiae quae tibi penes Dominum deposita est portare conspiciam. nec putaueris autem martyrii tibi secundum praesens uotum desiderii nostri gloriam tribui. tunc inde felicitatis huius conlata dignatio est, tunc iudicio suo iusto Dominus elegit destinatum martyrem, cum te exemptum de iustorum grege atque adsumptum sibi de inopinato constituit altario sacerdotem. praeclara prorsus et gloriosa uocationis electio et de Domini dignatione noua atque inaudita et mira felicitas transmarinae peregrinationis necessitatibus occupatum ad destinatum tibi munus ignarum ac nescium repente uenisse atque ita regressus tui tempus ad hoc esse libratum, ut insperata celeritate ueniendi intellegeres atque dinosceres honorem sacerdotii caelestis inter ceteros tibi potissimum destinatum et quod iussione Domini exspectatus uenires atque occurreres reseruatum. ut ecclesiae suae Domi-

1 derelinquit *Z* coniugas *Tt* adscissas *T*, assis eos *Z*, adsciscas ut *Bal. ex r* exspectem] expertum *v* 2 pariter cum fratribus *v* apersione *Z* luminis tui christum *Z* 3 sequaris *Z*, tu enim sequeris *Bal. ex r* lumen *T*, uitae lumen *tμ*, lumen uitae *Zv* 4 esse uitam *Z*, se esse uitam *Bal.* 5 est *om. Z* misericordia domini ac *Bal. ex r* 6 accersitione *v*, accersione *μ*, arcessione *Z* istam *om. Z* proferrem *T* 7 contingerit *Zμ*¹ ut et] ut *μ* sanctorum — deprecantium] *graecismum non intellegens Baluzius ex r add.:* coniungi merear ut 8 christum *Z* ut] et *Zμ* 10 non autem putaueris *Bal.* praesens uotum *om. Z* desideri nr̃i *tμ*, defideri nr̃i *T*, fidei notrae *Zv*, fidei *Bal.* 11 inde] inte *μ* 12 suo *om. Bal.* 13 exemplum *TZ* istorum *μ* opinato *T*²*Zt*, opinatum *T*¹ 14 alterio *T*, altari *t*, altari suo *v* uocationis] p̃cacionis *Z* 16 ad] ac *Z* 17 tibi munus] terminus *Z* 18 liberandum *Z* inspirata *Bal. ex r*, inspirate *Z*, inseparata *μ* alacritate *Z* 20 cetera *Z* uisione *μ* 21 seruatum *Z*, reseruatus *v* ut] enim *add. Bal. ex r* suae *om. Z*

nus tota miserationis pietate consuleret, dimicationis plebis mora quem potius eligeret episcopum te quaerenti populo suo Christus inopinatum repente obtulit et complacitum sibi caelestis prouidentia manifeste aduentus tui improuisa occursione monstrauit: documentum repentini ac pernicis occursus procurationem Dei uoluntatis ostendit, ut quod difficili expeditione uix potuisset occurrere celeritate facili perfectum sit urguentis Domini iussione et ut prius te in ecclesia Dei episcopum stare conspiceres et stuperes quam uenisse dinosceres.

Inde dilectionem iam tecum suam Dominus initiata caritate 10
firmauit, inde amicitiam tecum quam discipulis suis sub triumpho crucis suae tradidit dedicauitque dicens: si feceritis quae mando uobis, iam non dicam seruos uos sed amicos, inde martyrium, inde sacerdotii electionem signauit. amicitia est, per quam ad Christi uultus admitteris, extraordinaria hostia peruenire. sic eliguntur iusti, sic probantur religiosi ac simplices in Christi timore electi, ut ante remunerationi fidei destineris, ante praemio deuotae mentis in Domino dignus habearis, quam uenerit hora decreti, quam exceperis sententiam Christi, probatam te et paratam hostiam electio caelestis inueniat. etenim ille te qui non mendax est Deus, qui episcopum plebi suae de improuiso constituit, ille plena

11 Io. 15, 14.

1 miserationes T^1, miseratione *t* dimicationis *TZtμ*, dimicantis *Bal. ex r* 2 eligeret] eriperet *Z* 3 repentem *Z* prouidentiae manifestae manifestum *μ* 4 improuisi *Z*, inrobisa T^1 et documentum *Bal.* 5 pernicis *scripsi*, perennicis $Tt^1μ^1$, perennis $t^2μ^2v$, perhempnis *Z* procuratione *μ* 6 uix *om. v* occurrere] occupare *Z* facili celeritate *μv*, facilitate *Z* 7 sit] si *Z* urgente *μv* uisione *μ* et *om. μ* dni *Z* 8 te stare *Z* et] et ut *Z* dinosceris *Z*, dignoscereris *Bal. ex r* 9 in dei dilectione *Z* iam] una *Z* suam *om. Z* initiata] mutata *Z* 10 sub] cum *r* 11 dedificauitque *T*, dedicauit *μ* 12 dico uos seruos *Zμr* 13 inde] idem *Z* martirem *TZμ* sacerdotem *Z* electione *TZ* magna amicitia *Bal. ex r* est *om. Z* 14 quem *Tt* peruenires Tt^1, peruenis *v* 15 christum *T* 16 timoris electum *T* remunerationem T^2, remunerationis *Z*, rem inhonorate *t in ras.* destineris] id est iteris *T* praemium *Z* 17 decreti hora *Z* 19 est *om. Zt* 20 plebis *TZt* illa *t*

dilectione suae uoluntatis te coronabit. tantum tunc ut nostri memineris petimus et oramus, cum pudicitia † adlectionis Domini probata atque immaculata hostia ante Christi tribunal adstiteris, cum gloriam gratiae Dei praemio deuotae mentis ac remunerationem exceperis, memoriter haereat et tenaciter sensibus tuis maneat quam nobis impertire dignaris dilectio caritatis: ut orationibus tuis peccata nostra uel ueniam consequantur, ut meritis iustitiae tuae uitae nostrae delicta purgentur. etenim martyrii instar esse confido, peccatorem iusti martyris petitione meruisse saluari, et ut cum ipse pro te promouere quid precibus tuis minus possis martyris meritis libereris. sic Iob iustus pro amicorum trium peccatis a Deo rogaturus et impetraturus ostenditur, et probatio timoris eius et fidei Domini uoce teste signatur. cum ergo in die liberationis tuae, carissime, repraesentare te Christi uultibus coeperis, cum in aeternitatem perpetuitatemque uiuendi regnare cum Christo felici sorte successeris, pro Domini misericordia in mente me habe Celsum puerum tuum, sanctissime.

1 sue et *Z* te] et Zt^1, ẽt *μ*, et *exp.* t^2 coronabis *T* tunc tantum *Z* 2 ut cum *Z* pudica *Z*, pudice *Bal.*, iudicio *μ* *** adlectionis *T*, dilectionis *Z*, electionis *μ* 3 christi *om. μ* 4 praemium *v* ac] ad *t* remunerationis *Tμ* acceperis *v*, ceperis *Z* 5 memoriae *Zv* tenaciter *tμ*, censeat iter *T*, intenatium *Z* in sensibus *Zv* 6 dilectio caritatis *om. Z* 7 uel *om. Ztμv* 8 quod enim *Z* 9 martyris *om. Bal.* ut et *Bal.* pro te promouere] promereri *Bal. ex r* 11 iustius *μ* et impetraturus *om. Z* 12 domini uoce teste] dño protegente *Z* 14 uultibus] militibus *Z* cum in ae.] coeternitati *Z* perpetuitamque *exp. t* 15 uiuendi] ueniendi *Z* pro *T*, in *Ztμ* 16 me *om. Z*, iam *v* celsum *TZμ*, cecilium *t et Remigianus* sanctissime] carissime *Z*. — Ad (Caecili Cypriani ad) Vigilium epm̃ de iudaica incredulitate explicit *TZ*, Explicit ad Vigilium epm̃ de iudaica incredulitate *t*, *om. μ*. —

VIIII. ADVERSVS IVDAEOS.

Adtendite sensum et intellegentiam uestram in spiritu sancto, ut 1
non tantum auribus audiatis, sed etiam oculis cernatis diuinum Christi sacramentum. cernitis autem per fidem uestram: audire enim necessitatis est, credere sollicitudinis. aurium officium est indifferenter pariter uana adque utilia perspicere, fidei autem non nisi quae probauerit credere. nec enim cuiquam prodest libenter audire, nisi credulitas auditum confirmet. fidei oculi sunt spiritus per quem uidentur spiritalia. si ergo uos estis spiritales, intellegite caelestia. similes enim similia sui recognoscunt: etiam muta animalia de uocis sono inuicem se intellegunt, leones fremitum, tauri mugitum et miles tubae *clangorem*. quanto ergo uerius spiritales spiritalia intellegunt, caelestes et heredes patris sui praecepta et ea quae testamento patris sui cauta sunt? uos ergo cum sitis Christi heredes, intellegite testamentum eius. quod si quis per aetatem minus docibilis est ad intellegendum, habet spiritum sanctum interpretem: illum sequatur, illo duce et magistro facillime poterit noui testamenti iura uirtutemque cognoscere, quod hereditas gentibus contributa est.

Hoc modo Dominus et Pater in principio fecit hominem sua manu 2
cumque posuit in paradiso data certa condicione praeceptorum uitae

Incipit aduersus Iudaeos (qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum *add. MQT*) *BMQT*. — 2 accendite *ex* adtendite *T* in *om. T*, et in *v* sp̄s sc̄s T^1 3 cernatis oculis *T* 4 per *om. B* 6 uana *ex* una *T*, atq. una *Q* prospicere *B* non *om. QT* 7 nec] neque *v* quidquam *v* 8 spiritales *B* per . . . spiritalia *om. B* quem *corr. in* quam *T* 9 uidentur *ex* uidenter *T* 10 similis *T sed* si *in ras.* sui similia *v* recognoscit T^2 multa *B* 11 sono] si n̄ *B* leonis BMT^1 12 clangorem *addidi, om. BQT*, uoces *add. v* quando *Q* uerius] uiri iusti *Q* spiritalia *om. BQ* 18 est hoc modo. deus et pater *ita distinguit v* 19 principium *Q*

legis et testamenti. ille autem contemptis patris praeceptis expulsus est de paradiso in suam terrigenam natiuitatem, in qua etiam defunctus est: sed Dominus suscitauit genus iustum de semine Adae, quod semen conseruauit in populum super flumen et heredes eius. ex illo genere inuenit hominem iustum, cui imperauit ut faceret fabricam in modum machinae capacitatis certae mensurarum compagibus, ut illa condita cum suis fratribus Noe seruaretur per illud genus: sed iusserat Deus propter iniustitiam hominum orbem terrae aquis inundantibus deperire. igitur postea saluus factus est cum suis Noe. et constituit ei Deus praecepti sui testificationem dicens: omnis res cibus uobis, quasi pabulum olerum excepta carne cum sanguine uitae, et posuit huius testificationis signum in arca. post haec rursus Dominus Deus testificatus est Abrahae in Isaac hoc modo dicens: tibi dabo hanc terram et semini tuo, et faciam te patrem multarum gentium. et exinde increuit semen in multitudinem populi, et diuisum est in duodecim patriarchas. sed etiam illis quoque Dominus testificationem posuit in montem Choreb per Moysen, de quo loco expulsis gentibus constituit illic populum, quem accepit et possedit promissam sibi hereditatem: quibus etiam pleraque signa et miracula ostendit Deus quasi carissimo filio. sed idem populus perceptis tot tantisque beneficiis aduersatus est patrem et dereliquit Deum uiuum. dereliquit enim Israel Dominum ostendens ei terga et non faciem: nam faciem suam con-

10 Gen. 9, 3. 14 Gen. 17, 8. 2.

2 de *om. v* terrigenam] terram nam *B* qua] quod *B* 3 deus *v*, dnm *B* genus *om. Q* de] sed de *B* 4 conseruabit *BT*[1] flumen] filium noe *v* 6 fabricam *om. B*, fabricae *T*[1] in *T s. l.* machinae *corr. in* maginae *T* certa *BQT* 7 conditus *Bv* fratribus suis *v* 8 dns *T* 10 et constituit ei *Q*, constituit *T*, c. et *B*, cui c. et *v* omnis res cibus] omnibus praecibus *T* 11 pabulum] palum *T* holerum *BQ*, *olerem *T* 12 cum *M*, ** *Q*, in *v*, *om. BT* uita* *Q* (uitae *M*) 13 arcam *B*, arcu *Pamelius* 14 hoc *om. M* (*exh. Q*) 16 creuit *T* 18 monte *v* cohereb *T* 19 illi *BT* possidet *T* promissa s. hereditate *v* 20 plura que *Q*, plura ** *M* 21 idem] fidem *B* 22 patri *v; cf. 135, 16* derelinquid *QT* dereli*quid *Q*, et derelinquit *T* 23 deum *Q* (dnm *M*), dns *T* ei terga] integra *B* faciem . . . idola et *om. B*

uertit ad idola, et interficiendo missos ad se prophetas qui de Christo praedicabant exinde consueuit Israel persequi Christum non tantum in corpore aduenientem sed etiam cum a prophetis adnuntiaretur. uniuersos etenim uates persecuti sunt **eum, ex quibus quosdam lapidibus insectati, alios indigne excruciando peremerunt, non tam ipsos *quam* per eos Dominum Iesum Christum. quae enim huius probatio? scilicet quod insimulatos [et infidos] et perfidos et mendaces et contrarios Christi susceperint, ueros autem et fidei plenos inpugnauerint. Moysen maledicebant, quoniam Christum praedicabat: Dathan amabant, quoniam Christum non praedicabat: Aaron repudiabant, quoniam Christi similitudinem praeferebat: Abiron constituebant, quoniam Christo contradicebat: Dauid oderant, quoniam Christum canebat: Saul extollebant, quoniam Christum non loquebatur. Samuelem respuebant, quoniam Christum loquebatur: Cham seruabant, nihil enim de Christo loquebatur: Hieremiam lapidabant Christum uaticinantem: Ananiam diligebant Christum aduersantem: Esaiam secabant Christum uociferantem: Manassen magnificabant Christum persequentem: Ioannem interimebant Christum demonstrantem: Zachariam trucidabant Christum diligentem: Iudam diligebant Christum tradentem.

Videtis quemadmodum Christum qui diligunt odiuntur, qui odiunt 3 amore flagrant apud indignam plebem. o pertinaciam persecutionis indignam usque ad mortis exterminationem: non enim tantummodo

1 interficiendos *T*, faciendo *B* 2 consuebit *T* 4 uniuersus *QT* uatis *QT* eum *om. r; post.* praedicantes eum in lapidibus *BQT* 5 et non *Q* tam] tantum *Br* quam *addidi*, sed et *r. om.* *BQT* 6 dnm iesum *T*, dns *M*[1]*Q*[1], enim dnm *M*[2], dnm *Q*[2]*Br* quae enim] persecuti sunt *M in ras. m. 2* (quae enim *Q*) rei probatio est *M* rei *ei* est *s. l. m. 2* (probatio *Q*) 7 eo quod *r* insimultatos *B* et infidos *om. Q* et m.] mendaces *r* 9 quia christum *T* 10 repudiabant] in sacerdotio *add. Qr*, in sacerdotem *B* 11 proferebat *BQ* constiebant *T* 13 christum non *B*, de christo nihil *Q*, christum *T* samuel in . . . loquebatur *om. BQT* 14 cham] agag *coni. Pamelius* 15 ann. niam *T*, ananian *Q* 16 christo adu *r* 17 manasse *r* christum p. i. interimebant *om. Q* christum] deum *B* 18 interemebant *T* 20 qui odiunt *om. QT* 21 amorem *Q* fraglant *ex* fraglenta *T*, fragent *M*, frangent *Q*, plangent *B* 22 mortem *B*

testes Domini inpugnauerunt sed et ipsum Dominum perfidi coloni, contumeliam fecerunt patri in filio. quid igitur digni fuerunt pati ob hoc admissum? scilicet fugari de regno, abdicari hereditate: et ita factum est et ita euenit, digna dignis optigerunt. pater enim contumelias passus in filio, filius perpessus in prophetis tempore quo moriebatur: in suo tempore coactus est indignatione scribere nouum testamentum adhibitis testibus caelo et terra et angelo de templo adsistentibus Moyse et Helia. hos enim testes adhibuit, cum pateretur in Israel: haec ita facta praedixit per prophetas his uerbis: audi caelum et praebe aurem terra, quoniam Dominus locutus est: filios genui et exaltaui, ipsi autem me repudiauerunt.

4 Has uoces effudit Dominus in Israel uociferans dicens: 'uos noluistis, alii me recipient qui nondum nec mentionem mei audierunt. uos nuptias meas spreuistis, alii ibunt qui non sunt uocati. uos meum rus et uineam colere recusastis, unde fructus iustitiae proueniunt: alii colent et fructus capient in Deo'. quae est ista tam dira mens et execranda cogitatio? interficere ergo potuistis regem et sponsum? propter hoc testis est caelum et terra et quae in illis sunt elementa: insuper et omnis creatura testis est in mortem Christi. o nouam crudelitatem. commota est omnis natiuitas in Domini passione, populus mansit inmobilis sine trepidatione: angelus in paenitentiam conscisso uelamine refugit, plebs sine pauore integra ueste permansit:

9 Es. 1, 2.

1 ipsi domino *v*, ipsum d͠m *B* 0 perfidi *B* 2 fecerunt p. i. f.] patri in filio inferentes *B* quid igitur] qui dicitur *T* ob] ab Q^1T 3 cum scilicet *B* hereditatem BTQ^1M^1 4 est *om.* *B* optegerunt *QT* contumeliam *v* 5 filio f. perpessus *om.* *B* moriebantur *v* 7 de] et *BQ* 8 moysen et helian *QT*, moysen et angelo *B* 9 prophetas ita praedixit *B* 10 terram *B* 12 repudiauerunt] spreuerunt *Bv* 13 effundit *BQ* uociferas *T* et dicens BM^2v noluistis *BT*, me noluistis *v*, noluistis me recipere *Q* 14 nec *exp.* *M* 15 expraeuistis *Q* ibunt] sunt *T* uocati *MQ in utroque a corr.* 16 ros *BQT* uineam meam *v* 17 fructum *Q* est *om.* *v* 19 testes sunt *v*, testis et *T* terra et] terram *B* 20 insuper et] insuper *v* 21 passionem *T* 23 conciso *Bv* pleps *T*, plebs autem *BQv*

conuersa sunt elementa et confusa, Israel securus durauit. o duritia noua, o audacia singularis, o perfidia cruenta. Pilatus exterae gentis iudex saecularis potestate temporalis purificauit manus et abluit scelus necessitatis dicens: immunis et innocens sum ab huius sanguine. plebs autem nec alienum nec exterum imitata est, sed insuper adclamabat: tolle affige in cruce: sanguis huius in nobis et in filiis nostris. uiolenta crudelitas inexplebilis inhumana et corda optusa et oculi reclusi: interfecerunt bene merentem suum nec lacrimas profuderunt. lugebant apostoli, et populus gloriabatur: tremebat terra, et plebs laetabatur: iudicabatur Dominus, et Israel exsultabat. [patiebatur Christus, et impii exclamabant: cruciabatur Dominus, et plebs laetabatur: sepeliebatur Dominus, et plebs epulabatur: ignominiosa sua sollemnitate iniqua signauerunt delicta crudelitatemque suam.]

Dic mihi et loquere, impie Israel, talem hostiam optulisti patri 5
immolando filium suum? talia profudisti libamina sanguine pigneris acceptissimo Deo? ducebas choreas Hierusalem, cum interficeretur Christus: faustis uocibus cantus dabas, cum diceres: adfige suspende. propter hoc in fame et in aegritate, popule Israel, queritur de te Dominus, numenias, ait, et sabbatum et diem magnum non patior: ferias et ieiunium execratur

4 Matth. 27, 24. 25. 6 Es. 1, 13. 14.

1 in israel *T*, et israel *B*, sunt in israel et *Q* 2 o *om. B* singulare *BT* 3 iudex] iudea *B* ex potestate *Q* temporali *Q* (temporalis *M*) 4 innocens et immunis *v* 5 huius] eius *v* nec externum *v*, exterum *B*, ** externum *T* 6 sed] et *v* affige in crucem tolle *B* 7 super nos et super filios nostros *v* incrudelitas *QT* inexplebilis *scripsi*, inexplebili *Q*, explebi *BT*, et plebs *v* 10 fremebat *B* 11 patiebatur ... *l. 14* sua *om. QT* 12 sepeliebatur] suspendebatur *v* 13 hac ignominiosa *v* iniqua] in qua *B* signauerunt ... suam *B*, consilia consignauerunt delicto crudelitateque sua *v* 15 et *om. B* impio *T* optulistis *Q* 16 immolandi *T* suum filium *v* profudistis *QT* sanguinem p. acceptissimum *Bv* 17 dno *Q* choreas] chore ad *BMQ*[1], choream ad *Q*[2] 18 cantu *T* 19 egritate *BM*, *gr**ate *Q*, esitate *T*, aegritudine *v* populi *BQ* 20 numenias *QT*, neemias *M in ras.*, neomenias *Bv* *prius* et *om. Tv* 21 pateor *QT* in ieiunium *T*

a n i m a m e a. nec inmerito Dominus odiuit caeremonias uestras, in quibus unicum et primarium filium eius peremistis. o diem durum et horam flebilem et sollemnitatem lugubrem et terram infaustam et ciuitatem profanam et populum Domini nece cruentum: interfecerunt enim Dominum et latronem liberauerunt. ob hanc ergo causam coactus est Dominus facere nouum testamentum consignantibus septem spiritibus teste Moyse et Helia in monte, ubi praecepit ne patefieret scripturae sacramentum, nisi filius hominis resurrexisset de mortuis. sed mox surrexit Dominus tertio die, aperuit testamentum nouum, testamentum uitale atque ita dixit: 'uenite exterae gentes, heredes mei: Israel enim non obaudiuit: quapropter ite discipuli in ultimam usque terram et praedicate per orbem his uerbis. uenite undique patriae gentium, introite in aeternam hereditatem, Israel enim noluit. ne dubitetis: nulla hic exceptio est nec ingenuitatis nec dignitatis nec condicionis nec positionis nec formae nec aetatis. licet dignitate magnifici, licet nobiles, licet senes, licet iuuenes pauperes diuites boni malique, domini atque serui indifferenter aequaliter introite in hereditatem: etsi pedibus captus esset, corpore deformis, etsi maculis turpis et capite defectus, etsi oculis uiduatus, uniuersis libere licet discumbere in conuiuio et epulari nuptias sponsi'.

6 Ne hominem pudeat nec aetatis nec humilitatis nec ualetudinis nec condicionis: consueuit enim Dominus huiusmodi homines sustinere.

1 deus *v* caerimonias *BQ* 2 un**um *Q* (unicum *M*) primarium] unigenitum *Q* die *T* 3 lugubrum *BT* 4 domini *om. Q* nece c.] concruentum *T* 6 nouum facere *v* consignantis *T*, consignatis *Bv* 7 spiritibus] signaculis *Pamelius* testem moysen et helian *BQT; cf. 136, 8* montem *BT* 8 plane fieret *B* nisi] ni *M* (nisi *Q*) 9 de] a *v* mox] mox ut *v* die tertia *Bv* aperuit *om. B* 10 testamentum *om. T* uitae *Q* e *s. l.* (uitale *M*), uitale statuit *B* 14 enim *om. T* dubites et *Q*, dubitet *BT* ingenuitas nec dignitas *BQT* 16 dignitatem *BT* senex *T* 17 licet pauperes *v* malique] alique *B* indifferenter *om. v* 18 in h.] hereditate *T* pedibus] aedibus *BQT* esset] es et *B*, es sed *T* 19 masculis *B* defectus] uideatur *add. v* uiduatus *scripsi* (*cf. 141, 4*), uideatis *BQT*, defectus *v* 20 in nuptias *v* 21 sponsi ne] sponsione *T* 23 consuebit *T* modi] mundi *MT* (modi *Q*) hominem *v*

nam et caecis oculos restituit et clodos ambulare fecit et mutis sermonem reddidit et maculosos emundauit et mortuos suscitauit. nec timeatis qui peccastis, priores ad uitam uenite, nec qui homicidium fecerit paueat quia fecerat, nec furatus aliena desperet quia inuolauerat, nec publicanus timeat quia concusserat. omnibus enim remissio peccatorum statuta est, et tales Dominus desiderat humilitate abiectos et specie indecoros et ualetudine fractos et seruitute depressos. beati enim et gloriosi et magnifici et potentes et diuites et fortes noluerunt adquiescere Domino neque introire in nuptias *sponsi*, sponsum insuper indignissime peremerunt. propterea factus est altissimus quisque eorum humilissimus et fortissimus inualidus et prudens stultus et nobilis ** et diues pauperrimus et heres abdicatus: quoniam quidem ipsi abdicauerunt regem modestissimum et benignissimum dicentes 'ignoramus qui sit hic, non enim est rex noster: habemus alium regem Caesarem'. propterea habeant quem intimauerunt. tunc conpleta est prophetiae uox quae praedixit illis: uos noluistis aquam Siloam quae uadit silentio, sed magis uoluistis aquam Raassom. quapropter induco uobis regem Assyriorum qui montes uestros in planum dabit et introibit terras uestras. atque ita factum est, et repudiatus enim Christus populo misit tyrannum quem uoluerunt, qui ciuitates eorum diruit et plebem captiuitatis eorum damnauit et spolia

14 cf. Io. 19. 15. 16 Es. 8. 6 sq.

1 claudos *v* 2 maculosos] leprosos *Q* mundauit *T* nec] ne *v* 3 timete *B* peccatis *QT* uita *T* nec] ne *B* 4 fecerit] fecerat *QT* quia] quae *B* neque *B* disperet *BQT* inuolauerant *Q*[1], inuolaueran *T*, non uolauerat *B* 5 o. enim] omnium *B* 6 dni desiderant *QT* humilitatem *BQT* 9 et fortes *om. B*, fortes *QT* 10 sponsi sponsum *scripsi* sponsum *BQT*, sponsi *v* 12 nobiles *T*, nobilis ignobilis *fort.* et pauperrimus *B* 14 qui] quis *M*, quid *Q* 15 habent *BQv* intimauerunt *scripsi*, timerunt *T*, petiuerunt *BQv* 17 uadet *Q* silentiosae *Q* 18 noluistis *T*[1] raassom *QT*, raason *B*, rassin *v* quam propter *Q*[1]*T* 19 dabit] dani *T* 20 introiuit *MT* uestras *om. T* et *om. v* 21 repudiatus est *Q* a populo *BQv* 22 disruit *B* captiuitati *B*, captiuitates *T*, captiuitate *v* eorum *om. Bv* et *om. M* (*exh. Q*)

accepit et ad solitudinem Sodomae patriam eorum redegit. nam Dominus ex indignatione abstulit ab Hierusalem uirtutem panis et aquae, fortem, gigantem hominem, bellatorem, iudicem, prophetam, destinatorem et senem, laudabilem consiliatorem et peritum architectum et prudentem adiutorem. haec omnia auxilia munitiones propugnacula transtulit ad gentes et omne regnum suum infixo signo: inhabitauit in illis et castra metatus est liminis et ibi constituit uirtutis exercitum ibique regnauit.

7 Non est iam regnum Hierusalem, sed in nobis hic castra, hic exercitus, hic dux, hic uirtus, hic sponsus, hic nuptiae, hic rex, hic Christus, hic uita, hic suscitatio, hic aeternitas. hic est qui ab initio figuratus est et a prophetis honoratus est et in uisceribus corporatus et Iordane tinctus et a populo contemptus et in ligno suspensus et in terra sepultus. hic est qui rupit uetus suum testamentum et scripsit nouum, quo gentes ad possessionem bonorum suorum uocauit: ideoque nos gentes umeris nostris crucem Domini nostri gestamus, crucem quam confessus est Israel Dominus, qui eis placide adloquebatur his uerbis: uenite ad me omnes qui sub onera laboratis, et ego uos reficiam: est enim iugum meum placidum et onus leuissimum. et responderunt: 'non audiuimus'. sed gentes audierunt et crediderunt uerbo salutari quo

1 Es. 3, 1. sq. 19 Matth. 11, 28. 30.

1 cepit *BQ* sollicitudinem *QT* redigit *Q* 2 ex] et *BT* 4 et bellatorem *v* destinator *B* 5 conciliatorem *v*, consolatorem M^1 (consiliatorem M^2Q) arcitectum *QT* 6 omnia autem *Bv* auxiliator B^1 monitionis *Q* (municionis *M*), munitionis *B* 7 et propugnacula *v* omnem *BT* 8 et habitauit *B* 9 uirtutes *Q* exercituum M^2Q^1 13 figuratus] fugatus *BQT* honoratus est] honoratus *Bv* 14 in iordane *v*, iordanen *BQ* uinctus *B* et ab *B*, a *Q* populo] apostolo *B* 16 ad] a *QT* possessionem] passionem *B*, passione *T* 17 uocabit *T* gentes nos *Q*, nos gs̃ *B* cruce *T* 18 gestamur M^1QT cruci BM^1QT dn̄m *B* eos *v* 20 honera *B*, onere *v* recipiam *BT* 21 honus *BQ* 22 audiemus *BQv* sed . . . *141, 2* impeditorum *add. in marg. M m. 2* gentes nostrae *v* exaudierunt *BQv*

patefactae sunt aures eorum et oculi inluminati caecorum et elocutae linguae inpeditorum, clodi prosilierunt uelut fera lasciuiens. et Christus enim cum suo regno sedem posuit illis: plebs autem derelicta nuda deserta uiduata regno caelesti adque terrestri: nam caelesti abiecti sunt: consecuti omnia instrumenta adque **quae possederunt lychnum septem luminum et machinam testamenti et uasa hieracia et tubas, et patriam de caelo et terram sanctam lacte et melle profluentem, hac hereditate priuatus est Israel. et nunc derelictus in omni tua terra sine alimento, sine luminis auxilio. auxilium enim et praesidium interemisti et lumen persecutus es et protectorem repulisti et suspensum adfixisti et regem suspendisti: propterea exsul es de patria tua, oberras circum gentium flumina, uoce supplici ac prece flebili dicens: 'expulsus sum miser de propriis sedibus meis, hospes et aduena factus sum alienae possessionis sine domo sine tecto: miserere deserto et impio et indigne uicto'.

Haec poena in Israel est et condicio in Hierusalem: et nisi con- 8
uerterint mentes et dixerint 'uiuit Dominus in saecula', non po-
terunt introire in Domini uitam. uiuit etenim, uiuunt hereditates
eius, et uiuit quem interfecistis, impia Hierusalem, et tamen non

2 imperitorum *B* claudi *v* fera] terra *B* et *om. Bv*; *cf.* 139, 20 3 illic *fort.* 4 uideata *T* caelestia atq. terrestria *T* a caelesti *v* 5 consecuti adq. *Q*, consecuti sunt *B*, destituti *Oxon.* omnia instrumenta *om. B*; omni instrumento quod possederunt lychno *etc. Oxon.* adque ** quae *scripsi*, adq. *BQT*, quae *v* lycnium Q^1T, lignium BMQ^2 6 septem l. et] et machinam septe luminum et *Q* machina *Q* basa *T* yeratia *BQT*, reratia *M*, aerea *v* tuba *BQT* 7 patriam] panem *v* terra sancta *BQT* lac *BQT* profruentem *QT* 8 haec *B* tua] sua *Qv* 9 sine alimento *om. B* auxilium *om. Q* 10 spansum *B*, spensum *Q*, sponsum *v* 11 et] sed *T* 12 sua *T* oberrans *v* circa *BQv* supplici ac *scripsi*, supplicium *BT*, suplicium *Q*, supplicum *v* flebili *scripsi*, fleuit *B*, feuit *Q*, *om. T*, fleuisti *v* 13 miser *om. Q*, ** miser *T* et *om. B* 14 alienigenae *B* domo] dno *M*, do** *Q*, dnm *BT* sine tecto] defecto *QT*, si fincti *B*; *fort.* sine domo domino meo interfecto misere *Q* (miserere *M*) 15 deserti et impii et i. uicti *v* 16 his israel *T* et c.] haec conditio *v* 18 intrare *v* dnm *B* uita *BQT*, requiem *v* et uiuunt *v*, et uiuum *B*, uiuum *QT* hereditatis *BQT* 19 et eius et *T* interfecistis *om. T* impie in *v* non *om. T*

in totum spem tibi denegauit Dominus: dedit enim ueniam paenitentiae, si quo modo possis paeniteri. quis tam bonus, quis tam pius, tam misericors? 'accipe' inquit 'salutem, licet me occideris: heres esto cum uirgine licet non merearis. ignosco, si paenites'. ergo si fas est, capite mentem bonam, uel sero uel tarde intellegite testamentum nouum. age uos, gentes, absoluite illis scripturas suas, sed dicite: 'adorate Dominum pro meritis suis: quod manus ei extenderis licet exaggeres orationem tuam, non audit: manus enim tuae plenae sunt sanguine. lauamini, mundi estote, et uenite conloquamur, dicit Dominus Deus: eluet sanguinem ex uobis et emundabit corda uestra super niuem et animas uestras super lactem'.

9 Accedite huc, scripturis credite, hic est salus. de Sion Dei lex exiet et uerbum de Hierusalem, et iudicabit in medio gentium et corripiet plebem multam: concident gladios suos in aratra et frameas suas in falcibus commutant: non sumet gens supra gentem gladium, desinent belligerare, et tu domus Iacob uenite, eamus in lumine Domini: remisit enim plebem suam: conpleta est regio tua praesagiis alienis, et filii alienati sunt. tua enim ipsa terra est, et exteri facti sunt genus

7 Es. 1, 15 sq. 13 Es. 2, 3 sq.

1 in *om.* *Qv* tibi totam spem *v* dominus] quem interfecistis dns̄ *T* paenitentiam *T* 2 poenitere *v* tam-tam-tam] tamen-tamen-tamen *M*Q^1*T* 3 accipiet *T* haeris *T* 4 uirgine] libera *v* ignosco] signo sc̄o *T* te poenitet *v* 5 sic capite *v* 6 age] eia *v* sed] et *Bv* 7 adora** *Q* (adorate *M*) tuis *BQT* quod] quum *v* ei *scripsi*, eius *QT*, *om.* *Bv* 8 exaudit *BQv* 9 sanguinem *BT* lauamini] libamini *T* 11 eluit *v*, elauit *B* emundauit *B*, emendauit *T*, sumendabit Q^1*M* 12 super n. et a. uestras *om.* *Q* et *om.* *v* lac *v*, lacte* *Q* (lactem *M*) 13 hoc *BM*Q^1*T* est *om.* *T* dei lex exiet et u. *scripsi*, dei exiet uerbum *QT*, exiet lex et uerbum dei *B*, exiet uerbum et lex *v* 14 et *om.* *v* iudicabunt *QT* 15 corripiet] corpori et *B*, corpori *T* concidant *v*, concidens *BQT* 16 falces *B* 17 commutat *B*, commutent *v* su*met *Q*, suum et *T* supra] contra *v* 18 desinem *T*, desinent enim *v* 20 alienum *QT* (alienis *M*), et alienum *B* filiae alienatae *Q* 21 tuam *T*, tu *B* exterum factum est *v*

Domini. uenite ergo, intrate, et esto quasi una gens. miserere errantibus: aequum est honorificari sententiam Dei, qualiter magnifici prostrati sunt et humiles adleuati, fortes debilitati, infirmes confirmati, diuites ad paupertatem redacti, pauperes ** hereditatis, dominantes serui, dominati regnantes, subiecti ad regnum uocati, uidentes orbati, orbi inluminati, prudentes ad stultitiam, stulti ad prudentiam conuersi.

Etenim qui quondam uecordes et indocti spiritu, nunc scripturas 10
docent et sciunt et intellegunt: qui autem ab initio docti et periti et legis disciplinam scientes, nesciunt legere nec intellegunt spiritalia, et qui ex illis prudentibus cupiens uidere uenit, intellegit, rogat puerum paruulum aut anum aut uiduam aut rusticum dicens: 'uiuere cupio, dux esto homo in Sion: enarra mihi nouum testamentum, reconcilia me Domino: ecce trado me tibi discipulum, interpretare mihi legem, quae acta est in Choreb, dissere praecepta quae in Sion et in lege'. sine litteris disserit scripturas eis et puer edocet senem et anus persuadet diserto. correptus ergo Israel sequitur iniecta manu ad lauacrum et ibi testificatur quod credidit, et accepto signo purificatus per spiritum rogat accipere uitam per cibum gratiae panis qui est a benedictione et fit mirum spectaculum: et qui Leuitae offerebant et sacerdotes immolantes et summi antistites libantes adsistunt puero offerenti, discunt qui olim docebant et iubentur qui

1 ueni *BQT* intrate] ingrate *Q* errantium *r* 2 est aequum *T* dñi *B* magnifice *B* 3 infirmi *r* 4 pauperes possessores *fort.* hereditates *B*, hereditati *r* dominantes s. d. regnantes *om. M* dominantur es *T* 5 dominatui subiecti *Pamelius* ad regnum uocati *om. Baluzius* 6 ad stultitiam *om. B* 8 qui] quo *T* quandam *B* uecordes et] suo corde sed *BQT* 9 qui . . . 10 intellegunt *om. B* qui] quia *T* periti *M*. perditi *M*¹*QT* 10 disciplina *QT* nesciunt legem nesciunt legere nec *v*, *om. Q* 11 qui] quis *BQT* 12 puerum aut *r*, puer *BQT* anuum *B* uiduum *QT*, biduum *B* 13 esto homo *scripsi*, est homo *QT*, est homini *B*, esto mihi *r* 14 discipulus *B* 15 legem *B*, licet *M*, licent ** *Q*, * licent *T* est] sunt *v* 16 et in] in *B* scributuris *B* puer] pure *B* docet *QTr* 17 deserto *BT*¹ 20 a] in *r* fit] sit *B* qui] quia *BQT* leuitas *QT* 22 offerentis *T* discum *B* et *om. Q* iubetur eis *v*

praecipiebant et intinguntur qui baptizabant et circumciduntur qui circumcidebant: sic Dominus florere uoluit gentes. uidetis quemadmodum uos Christus dilexit.

X. ORATIO I.

1 Hagios, hagios, hagios, sancte sanctorum, pater patrum nostrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus prophetarum, Deus apostolorum, Deus uirginum, Deus bene uiuentium, Deus credentium, Deus et pater Domini nostri Iesu Christi filii tui: te inuocamus supplices pariter et deprecamur [fili unigenite], qui ex ore altissimi procreatus es ante mundi dispositionem et ex Mariae sanctae uirginis utero per mysterium editus: orantibus nobis desiderium animae, etiam integritatem cordis praestare dignare, ut lauacro salutari expiatum pectus delictis carnalibus incolume persistat. petimus fide inlibata, mente incorrupta, deuotione robusta, operatione seu dilectione continua, in tua ecclesia sancta semper nos florere permittas:

1 praeciebant *T* 2 circumcedebant *Q* uidetis *om. B.* — Caecili Cypriani aduersus Iudeos qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum explicit *QT*, Aduersus Iudeos explicit *B.* —
Oratio I. — Incipit oratio Cypriani *T*, Oratio Cypriani *EI.* — 5 agios *ET*, hagyos *I* pater *om. T* 6 abraham et *T* 7 apostolorum deus prophetarum *EIv* deus b. uiuentium *om. EI* 9 fili unigenite *om. EIT* 10 ex *om. T* 11 uterum *ET* desiderium animae *EIT*, sancti desiderii spiritale incrementum *v* 12 etiam *T*, et *EIv* praestare dignare *om. T* 13 expiatum *T* recreatum *EIv* a delictis *v* incolumen *T* persistet *E* 14 operatione se udilectione *T* (*in margine*: uel assidua) 15 in] ut in E^2*Iv* tua sancta ecclesia *I*, ecclesia sancta tua *v* semper *om. v* nos *om. T*

quoniam tibi flectimus genua, curuamus ceruices, cui angeli archangeli milia milium martyrum chorus apostolorum et prophetarum gloria exultant, cui omnes aues laudes canunt, linguae confitentur caelestium terrestrium et infernorum: tibi omnes aquae in caelo et sub caelo confitentur, te insensibilia sentiunt: tu es solus et praeter te nemo. te quaesumus, Domine pater omnipotens, qui soli filio conspectabilis es: angeli et archangeli obtemperant tibi Domine pater: te oramus, tribuas nobis mentem integram, innocentiam puram, sinceritatem deuotam, conscientiam sanctam [puram] sobriam castam, contra omnes insidias saeculi gloriosa fide degentem: contra diaboli minas et carnales inlecebras munitum pectus concedas, ne uiolenti et cruenti hostis letalibus laqueis implicemur, ut signum salutis aeternae incolume perferamus. arce a nobis omnem saeculi inluuiem omnemque diaboli persuasionem. laqueetur, concidat et separetur et amoueatur, sicut a Sarra famula tua Asmodaeus daemon nequissimus extinctus est per angelum tuum sanctum tuum Raphael. et sicut Tobiae adfuisti, ita mihi adesse digneris. et ut tribus pueris in camino et Danielo misericordiam praestitisti, sic circa nos tuos famulos facere digneris. qui mortuos suscitasti, caecos inluminasti, surdis auditum, mutis eloquium, claudis gressum, leprosis sanitatem dedisti: ita da famulis tuis, qui in te tota uirtute mentis credimus natum passum uenturum iudicare uiuos et mortuos. adsiste nobis, sicut apostolis in uinculis, Teclae in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in fluctibus. qui sedes super septem thronos ad dexteram patris, respice nos et libera

1 et curuamus *EIv* 2 miliorum E^1, *om.* *T* choros E^1 3 exaltant *ET* canunt laudes *v* 5 insensabilia ET^1 praeter te] *add.* *v*: et extra te 6 soli filio] solio *T* conpetabiles *T*, conspicabilis *v* 7 es] es cuius *EIv* archangeli et angeli infra *T* domine pater] per quem *T* 8 ut tribuas *EIv* 9 puram *om.* *EIT* 10 degentem] uerentem *T* 11 ne *ex* nec *E* 12 hostis *om.* *EI* letabilibus *ET* 13 incolumem *E*, incolumen *T* arce *scripsi*, parce *EIT*, pelle *v* 14 laqueetur] loquetur *T* separet *E*, uel superetur *s. l.* *I*, superetur *v*; a nobis *add.* E^2v 15 sara *v* demo *T*, daemonius *E* est *om.* *Iv* 16 *alt.* tuum *om.* *v.* rafahel *T* 17 daniheli *Iv* 18 famulos tuos *EIv* 19 surdos T^1 mutuis T^1 20 eloquia *EIv* ita et *Iv* da et *E s. l. m. 2* 21 in *om.* *Iv* 24 libera nos *Iv*

de aeternae mortis interitu: unus in uno, pater in filio, filius in patre, spiritus sanctus, per quem et cum quo est tibi in sancta ecclesia honor uirtus claritas maiestas potestas benedictio inmortalitas nunc et in aeternum semper et in omnia saecula saeculorum. amen.

XI. ORATIO II.

---

1 Domine sancte pater hagios Deus, ad te legaui animam meam, Deus meus, quis enim maior est? tibi semper gratias et laudem referam Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, Deus prophetarum, Deus apostolorum, Deus martyrum, qui fuisti ante mundi dispositionem, Deus uiuorum, qui uenturus es iudicare uiuos et mortuos: qui es Deus uerax, qui sedes super Cherubim et Seraphim, qui prospicis abyssos, qui uides cuncta priusquam nascantur, qui habes potestatem mortificare et iterum uiuificare, qui habes potestatem de arido uiride facere. tu omnium Deus dominator,

3 potestas *om. T* 4 et nunc et *v*, nunc *T*. — Oratio Cypriani explicit *E*, *om. IT*. —

Oratio II. — Incipit oratio sancti Cypriani *Y*, Incipit oratio Cypriani *BNn*, Incipit oratio *M*. — 7 agios *Nn* deus *om. n* ad te l. a. meam *Y*, aeterne a te et ad te *BMN*, *om. n*, hagie et hagie *v* 8 est *Y*, te est *M*, te *BNnv* semper *om. BMNnv* gratiam *n* laudes *BN* refero *Mv*, fero *BNn* 9 habraham *Yn*, abrahae *BMN*, abrahac et *v* isaac et *v* 10 apostolorum et deus prophetarum et *v* fuisti] es et fuisti *BN* 11 mundi *add. M m. 2 in marg.* dispositionem] constitutionem *M* qui u. es *Yn*, uenturus *BMNv* 12 et serafyn *Y*, *om. BMNn*; sedem honoris tui *add. v* 13 qui u. *Y*, et u. *BMNnv* 14 mortificare] occidere *nv* iterum] rursus *nv* uiuificare] restituere *nv* 15 potestatem] *add. MY*: occidere et resuscitare (rursum restituere *M*) qui habes potestatem aridum *M*[1] uiridem *BM* deus] dn̄s *BNnv*

libera me de hoc saeculo mortali, exaudi me orantem, sicut exaudisti filios Israel de terra Aegypti, et non tibi crediderunt nec famulo tuo Moysi.

Vae peccatis meis, Domine. cum te leuaueris confringere terram, 2
sub qua fissura petrarum me absconsurus sum ab ante uirtutem tuam aut cui monti dicturus sum: cade super me, et cui colli dicam: tege me ab ante metum Domini mei, cum te leuaueris confringere terram? rogo te, Domine, subueni mihi: noli secundum actum meum me iudicare: nihil enim in praeceptis tuis parui. exaudi me orantem. sicut exaudisti Ionam de uentre ceti, sic et me exaudias et eicias me de morte ad uitam. sicut Niniuitae induerunt se cinerem et cilicium et paenitentiam egerunt, exomologesin facientis ante conspectum tuum pro uniuersis peccatis meis, qui es amator paenitentiae, miserere mei. sed et Dauid dicit: Domine propter nomen tuum dele peccatum meum. et ego deprecor maiestatem tuam ut deleas uniuersa peccata mea, exaudi me orantem, sicut audisti tres pueros de camino ignis ardentis Ananiam Azariam et Misael: et misisti angelum tuum cum roribus tuis, et confusus est Nabuchodonosor prae-

14 Ps. 50, 3.

1 de] ab *Mnv* mortale *Y*, *om.* *BMNnv* et exaudi *BMNnv* 2 de t. aegypti *om.* *M* tibi *om.* *B* nequae *Y*, nec obedierunt *BN* 4 domine *om.* *BMNnv* tu te leuaberis *n*, ueneris *BN* terra *NY* 5 sub . . . *l.* 8 terram *om.* *n* quam *N* fixura *NY* 6 aut cui *Y*, cui *BMNv* dicam *om.* *BMNv* 7 mei *om.* *BMNv* cum . . . terram *om.* *Y* eleuaueris *N*, leuaberis *B* 8 rogo te *om.* *BN*; te *om.* *Mnv* noli s. a. m. m. iudicare] et indulge peccatis meis *BN* 9 orantem] rogantem *B* 10 coeti *Y* sic et me *Y*, sic *Mnv*, *om.* *BN* me] me sicut ezechias *n* exaudias *om.* *BN* eice *BNn* 11 nineuitae *B*, niniuae M^1, nini* * n^1, nineti* *b ciuitatem *Y* se *om.* *BMNnv* cinere *N* 12 poenitentia *N* egerunt] ante dominum *add.* *v* exomologesi *N* facientes M^1n, faciens BM^2N, facies suas *Y* 14 mei *om.* *n*, mihi *M* domine *om.* *n* dixi dele *n* 15 depraecor *Y*, deprecans *BMNnv* ut deleas *Y*, dele *BMNnv* 16 et exaudi *BMNnv* rogantem *BNn* exaudisti *BMn* 17 ardentes *Y*, *om.* *BMNnv* ananias azarias *Yn*, anania azaria *N* et *om.* *BMNv* misahelem *BN* 18 roribus tuis *Y*, nimbo roris *BMNnv* et *om.* *n*, cum *M s. l. m. 2* nabogodonosor *M*, nabucchodonosor rex *Y*

positus regni: quoniam tu es rex regnantium et dominus dominantium, qui solus habes inmortalitatem et lucem habitas inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest. exaudi me orantem, sicut exaudisti Danielum de lacu leonum: et misisti Abbacum prophetam, et adtulit ei prandium et dixit: prande prandium, quod tibi misit Deus. et Daniel dixit: non derelinquit Dominus quaerentes se. exaudi me orantem, sicut exaudisti Tobi et Sarram dum orarent in atrio domus suae: tunc obtulit pro eis Raphael angelus orationem eorum: sic et tu exaudias preces meas et mittas ad aulam sanctam tuam orationem meam, et continuo mittas angelum sanctum tuum, qui deleat uniuersa commissa mea, sicut deluisti spiritum inmundum a Sarra filia Raguel: et inlumines cor meum, sicut inluminasti oculos Tobi. exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannam de inter manus seniorum, sic et me liberes de hoc saeculo mortali, quia tu es amator purae conscientiae. exaudi me orantem, sicut exaudisti Ezechiam regem Iudaeorum et deluisti ab eo infirmitatem carnis eius: sic et me liberes, et augeas mihi ad

5 Dan. 14, 33.

1 tu *om. n* et *om. N* 2 immortalitate *N* et] in *M* habitas *n s. l. m. 2,* habitat *N* 3 quam *v* uidet *v* potest] poterit *BN* 4 danielem *Mv*, danihel *N* lacum *MNY* ambacum *MY*, abacuc *Bv* 5 prandere *B* quod] quem *Y* 6 dn̄s *MNn*, d̄s t̄s *B* dixit daniel *BMNnv* relinquid *N*, relinquet *BMnv* 7 tobi *Y*, tobin *n*, tobiasi *N*, tobiam *BMv* 8 saram *nv* tuae *Y* pro eis *om. n*, pro se *N* 9 orationes *Mnv*, in orationem *B* et tu *om. BN* meas dn̄e *BN* 10 admittas *BMNnv* tuam dn̄e *N* orationes meas *BMNnv* continuo *om. BN*, continenter *nv* 11 sanctum *om. BMNnv* uniuersa] omnes *BN* commissa] iniquitates *BN*, delicta *v* meas *BN* 12 deluisti *n*, diluisti *Y*, delesti *BMNv* sarram *BY*, sara *Mv* filiam *BY* raguelis *N* et *om. BMn* illumina *BN* 13 tobiae *BMNnv* 14 de *om. BMNv* et *om. v* liberis *Y*, libera *N* de *Y*, ab *BMNnv* 15 mortali *om. BMNnv* 16 ezechian *n*, tu et ezechiam *N* iudeae *BMNn*, iudae *v* et *om. BMN* diluisti *Y*, delens *BN*, delisti *M*, delesti *nv* 17 carnis eius *Y*, carnis *n*, *om. BMNv* a me *BMNnv* liberis *Y*, auferas infirmitatem carnis *BMNnv*; et corporis *add. BN*

fidem, sicut illi ad uitam annos quindecim addidisti. sic et me liberes de hoc saeculo, sicut liberasti Teclam de medio amphitheatro, liberes me ab omni infirmitate carnis meae.

Te deprecor pater omnipotens, qui in fine temporum commemoratus 3 es nostri: misisti nobis Iesum Christum filium tuum Deum et Dominum nostrum, natum de Maria uirgine de spiritu sancto, adnuntiante Gabrielo angelo, per quem nos liberasti de periculo mortis imminentis.

Te deprecor filium Dei uiui, qui fecisti tam magnalia: in Cana 4 Galilaeae de aqua uinum fecisti, propter filios Israel qui caecis oculos aperuisti, qui surdos audire fecisti, qui paralyticos ad sua membra reuocasti, qui soluisti linguas blaesorum, a daemonio uexatos sanasti, clodos currere fecisti uelut ceruos, mulierem a profluuio sanguinis liberasti, mortuos suscitasti, super aquas pedibus ambulasti, [qui Petro labenti manum tradidisti] qui mare fundasti et terminum ei posuisti, qui dixisti: hucusque uenies et te hic confringes in tua uirtute. te deprecor filium summi Dei propter uniuersa commissa

1 ad u. a. q. addedisti *Y*, auxisti in annos sua uitam *N*, auxisti in (in *om. nv*) annos quindecim ad uitam *BMnv* sic et *om. BMNnv* me liberis *Y*, liberes me *BN*, libera me *Mnv* 2 hoc saeculo *Y*, medio saeculi huius *BMNnv* ampitheatro *NY*, amphitheatri *n* libera *BMNv* libera ... meae *om. Y* 3 omne *BN* meae *om. BNn* 4 precor *n* omnipotens *Y*, maiestatis *M*, *om. BNn* finem *BY* commemoratus] constitutus *M*, misertus *v* 5 misisti *Y*, mittens *BMNnv* dm̃ et dnm̃ *Y*, dnm̃ et dm̃ *BN*, dnm̃ dm̃ *Mnv*; saluatorem *add. BMNnv* 6 ex maria *Mv* 7 grabriel *MNv* archangelo *n* liberauit *B* 9 te] et te *BMNv* depre *N* filius *n* uiuentis *BNn* tam *Y*, tanta *BMNnv* magnalia] mirabilia *Mv* in] qui in *v* chanaan *Y*, chana *Nn* 10 filios *om. BMNnv* 11 qui surdos] surdos *B* qui *om. BN* paralicos *M* 12 blesorum *BM*. uexorum *Y* a *om. BMNv* daemonium *Y*, daemoniis *BN* uexantes *M* 13 clodus *Y* currentes *Mv* mulieres *N* a] de *Mv* proflubium *Y*, fluxu *BN* 14 resuscitasti *n* aquam *BMNnv* qui ... tradidisti *om. BNYn* 15 terminos *MN* 16 inposuisti *BN* qui *Y*, et *M*, *om. BNn* dixisti ... confringes *om. BNn* hucusque] usque *Y*, huc *M* hic te *Mv* in *om. N* 17 uirtute tua *v* te *om. BNn* filium *om. BN* summi dei *Y*, dei uiui *Mnv*, *om. BN*

mea, qui es in caelis filius in patre et pater in filio in sempiternum, qui sedes super Cherubim et Seraphim sedes honoris tui.

5 Tibi adstant angeli et archangeli numerus inaestimabilis, timentes et pauentes honorem et uirtutem tuam, clamantes uoce magna dicentes: sanctus sanctus sanctus Dominus Deus Sabaoth. tu ipse nobis testamentum fecisti et pollicitus es dicens: petite et accipietis, quaerite et inuenietis, pulsate et aperietur uobis. quodcumque a patre meo petieritis in nomine meo, ego in tuo nomine peto ut accipiam. ego quaero ut inueniam, ego pulso ut aperiatur mihi. paratus sum propter nomen tuum uictimam sanguinis effundere et quodcumque tormentum sustinere. tu es adiutor meus: defende me ab aduersaria parte, angelus tuus lucis protegat me, quoniam tu dixisti: quidquid credentes petieritis per orationem, dabitur uobis.

6 Omnis homo mendax, tu solus Deus uerax. sicut repromisisti, potes dare Domine, reuela mihi sacramentum tuum caeleste, ut dignus sim faciem sanctorum tuorum uidere. spiritus sanctus in me operetur

6 cf. Matth. 7, 7.

1 es] est *Y* patrem *M* et *om. BN* filio *Y*, te *BMNnv* sempiterno *Mn* 2 cherubyn et seraphyn *Y* sedem *BMNnv* tui *om. BN* 3 adstant *Y*, adsistunt *BMNnv* et *om. MNv* archangeli et angeli *n* numerus] nomen uerum *BNn* inestimabile *Bn*, inestibile *N*, innumerabilis *Mv* 4 et pabentes *Y*, *om. n* clamantes *om. BN* uocem *Y* et dicentes *v*, clamantes *n* 5 deus *om. MNn* nobiscum *B* 6 et pollicitus es dicens *om. BMNnv* quaerite et inuenietis *om. Nv*, *post* aperietur uobis *exh. n* 7 quodcumque ... nomine meo *om. Y*, in nomine meo a patre quaecumque *n* 8 ego in tuo nomine *Y*, ego a patre *MNv*, *om. BN* peto ut *om. BN* accipiam *Y*, accipiatis *Mnv*, accipietis *BN* 9 ego] ego a patre *n* quaero] peto ut accipiam (accipiatis *n*) quaero *Mnv* ut a.] et aperitur *n* mihi] *add. BMNnv*: ego (ergo *B*) in tuo nomine precor (peto *v*, *om. Mn*) ut tu a patre petas (ut t. a. p. petas *om. BN*) et (ut *n*, et dn̄e *BN*) detur mihi 10 sanguis *Y* fundere *BMNnv* 11 tormenta *Y* es] es dn̄e *MNv* adiutor] auditor *Mv* meus] meus et defensor *BNv*, meus defensor *Mn* defende ... parte *om. N* aduersaria parte] inimico *Mn*, inimico meo *BNv* 12 quidquid *Y*, quod *BMNnv* 13 petieritis *om. Y* in oratione *n* dauitur *Y* 14 solus deus *Y*, deus *BMNn*, es *v* sicut tu *BMNv* 15 potes dare dn̄e] potestate dare dn̄e *Y*, potestatem habes domine dare *v* releba *Y*, *om. v* omne sacramentum *BMNnv* tuum *om. Nn* 16 sanctus *om. BMNnv* operetur] fiat fortis *BN*

uirtutem: quoniam tibi me spopondi seruire omnibus diebus uitae meae, qui passus es sub Pontio Pilato optimam confessionem, crucifixus descendisti et conculcasti aculeum mortis, qui dicxisti: ubi est aculeus mortis, ubi est mors qui regnabas. deuicta est mors, deuictus est inimicus diabolus, tu resurrexisti a mortuis et apparuisti discipulis tuis: sedisti ad dexteram patris, inde uenturus iudicare uiuos et mortuos. tu nostri dominaberis, libera me de manu quaerentis animam meam. per nomen tuum te deprecor ut optimam des uictoriam *in* inimicum meum: quia tu es potens et defensor et aduocatus precum et petitionum nostrarum animarum. die et nocte interpelles pro peccatis meis, orationem meam perferas ad patrem tuum. et tu, Domine sancte pater, digneris respicere super preces meas, sicut respecxisti super munera Abel. digneris me liberare ab igne et poena perenni et ab omni tormento quod parasti iniquis, per bonum et benedictum Iesum Christum saluatorem nostrum, per quem est tibi honor uirtus gloria in saecula saeculorum. amen.

1 uirtutem *om. BN*, uoluntas tua in me fiat *Mv*, uoluntas sp̄s sc̄s in me fiat *n* tibi me *Y*, me tibi *BN*, tibi *Mnv* exspopondidi *Y* seruire *om. BMNnv* 2 es] est *Y* optima *Y*, bonam *BMNnv* confessione *Y*, confessionis *B* qui crucifixus *Nv*, crucifixus es *M* 3 qui dicxisti ... regnabat *om. Bv* 4 aculeum mortis u. e. m. q. regnabas *Y*, mors et ubi est aculeus eius *N*, qui regnabat ubi est aculeus mortis *n*, aquleus mortis *M* uicta *BN* 5 paruisti *Mn* discipulis *Yn*, apostolis *BMNv* 6 sedes *Mv* inde *Y*, qui *Mv*, *om. BNn* uenturus es *Mv* 7 nostri *om. Mnv* libera ... *l. 8* tuum *om. n* quaerentes anima mea *Y* 8 te deprecor *BNY*, libera me ab aduersaria potestate (parte *M*) *Mnv* optima des uictoriam *Y*, operam des uincendi *BMNnv* 9 in *addidi* quia *Y*, quoniam *BMNnv* potens *om. n* et defensor *Y*, assertor *BMNnv* 10 precum ... peccatis meis *om. Y* animarum *om. n* et] ac *v* interpelles ... digneris *om. BN* 12 et t. d. s. pater *om. MYn* dn̄e respice *BN* super] ad *BN*, in *n* precibus meis *Mn* 13 respecxisti] respirem *n* super ... liberare *om. n* muneribus *Y* abel] *add. BN:* ut orationem meam accipias ignem M^1, om̄igne *n* 14 perennem M^1 et ab ... *l. 15* nostrum *om. Y* iniquis et impiis *BN* 15 per quem] cui *Y* 16 tibi est *M*, tibi laus *v*, est *Y* honor uirtus gloria in] honor et gloria imperium et potestas nunc et per omnia *Y*. — Explicit oratio (sc̄i *add. Y*) Cypriani *MY*, Oratio Cipriani explicit feliciter *BN*, *om. n*. —

XII. DE DVODECIM ABVSIVIS SAECVLI.

PRAEFATIO.

Duodecim abusiua sunt saeculi. hoc est: sapiens sine operibus, senex sine religione, adulescens sine oboedientia, diues sine eleemosyna, femina sine pudicitia, dominus sine uirtute, christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus neglegens, plebs sine disciplina, populus sine lege. sic suffocatur iustitia: haec sunt duodecim abusina saeculi per quae saeculi rota, si in illo fuerint, decipitur et ad tartari tenebras nullo impediente iustitiae suffragio per iustum Dei iudicium rotatur.

SAPIENS SINE OPERIBVS.

1 Primo sine bonis operibus sapiens et praedicator si fuerit, qui quod sermone docet, actibus explere neglegit. auditores enim doctrinae dicta contemnunt, cum praedicatoris opera a praedicationis uerbis discrepare conspiciunt: numquam enim fit efficax praedicantis auctoritas, nisi eam effectu operis cordi adfixerit audientis, praesertim cum et ipse doctor, si in uitiorum amorem delapsus fuerit, alterius doctoris medicamentum suis uulneribus adhibere paruipendat. unde et ipse Dominus in euangelio de doctrina pariter et bono opere discipulos

Incipit de duodecim abusiuis saeculi *G*, Incipit epistula sancti Cypriani martyris *V*, Incipit libellus sancti Cipriani episcopi de duodecim abusiuis saeculi *X*. — 7 sic] quibus *V* haec] enim *add. G s. l. m. 2* 8 per quae saeculi *om. X* fuerit *V* 9 suffragio *om. V* 11 s. s. operibus bonis *G*, s. s. bonis operibus *X*; *om. hanc et reliquas inscriptiones Vv* 12 primo] primus abusionis gradus est si *v* si *om. v* 14 dicta facere *v* 15 fit] fit tam *V* praedicantis] constituentis *v* 16 eam] etiam *V* affectu G^1V^1X 17 si *G s. l. m. 2*; si in *om. V* amore *X* dilapsus *GX* 18 adhiberi *V* paruipendit *Xv* 19 de] cum de *V*

instruere uolens qualem in his cautelam haberent ammonebat dicens: si sal euanuerit, in quo salietur? hoc est, si doctor errauerit, a quo iterum doctore emendabitur? et si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt? si namque oculus a uidendi officio desiuerit, quis a manu aut pede uel reliquo corpore illud ministerium exiget? quapropter doctores cogitent ne ampliori uindictae subiaceant, si plurimorum perditionis occasionem abundantius praestent. nam et Salomon dum multae sapientiae transgressionem incurrit, totius Israeliticae plebis regni dispersionem solo suo merito praestitit. quibus ergo committuntur multa, maiora perdunt, si non recte dispensauerint rectoris sui munera, quae perceperunt. cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. et seruus qui domini sui uoluntatem intellegens non facit, acrioribus et grauioribus flagris uindictae uapulabit.

SENEX SINE RELIGIONE.

Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inuenia- 2
tur, cui cum membra exterioris hominis ueterescunt, uires animi id est interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt. plus enim omnibus religioni operam dare senibus conuenit quos praesentis saeculi florida aetas transacta deserit. sicut namque in lignis ipsa reproba arbor conparet quae post flores fructus optimos cultori suo non exhibet, sic et in hominibus ipse reprobus est quem flos iuuentutis deserit et tamen in sui corporis senectute bonorum operum maturos fructus proferre paruipendit. quid enim stolidius fieri potest, si mens

2 Matth. 5, 13. 3 Matth. 6, 23. 12 Luc. 12, 47.

1 instruere uolens discipulos *v* admoneret *V* 2 si] quod si *Xv* hoc] id *X* 3 quo] quo enim *V* 5 desierit *v* aut] uel *X*, uel a *v* 6 a reliquo *v* doctores *om. X* 7 plurimis *v* perditioni *X* 8 ipse salomon *v* 9 solo suo *G*, solio *V*, solius sui *v* 10 meriti* *X* et maiora *X* 11 perciperunt *N* 12 cui . . . *l. 14* uapulabit *om. X* ab eo plus *v* 14 artioribus *GV* flagellis *v* uapulauit *G* 17 ueterascunt *Vv* 19 conuenit] conpetit *Xv* praesentis *G* is *in ras.*, praesenti X^1 20 deseruit *Vv* sicut] licet *GXV*; *cf. p. 158, 1* 21 arbor reproba *X* 22 ipse] ille *V* 23 deseruit *v* 24 potest fieri *V* si G^1V, si tunc G^2X

ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat? dum oculi caliginant, auris grauiter audit, capilli fluunt, facies in palore mutatur, dentes lassi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos et pedes tumor inflat: homo interior qui non senescit his omnibus adgrauatur. et haec omnia ruituram iam iamque domum corporis cito praenuntiant. quid ergo superest, nisi ut, dum huius uitae defectus adpropiat, nihil aliud cogitare quam quomodo futurae aditus prospere conprehendatur quisque senex appetat? iuuenibus enim incertus huius uitae terminus instat, senibus uero cunctis maturior ex hac luce recessus [breuiter concordat]. cauendae sunt ergo homini duae particulae, quae in illius carne non ueterescunt et totum hominem ad peccandum pertrahunt, cor uidelicet et lingua: quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit, lingua inpigre loquitur quodcumque cor machinari senserit. caueat ergo senilis aetas, ne istae iuuenescentes particulae totam sibi harmoniam decipiant et per res ineptas reliqui corporis grauitatem inludant. unicuique namque considerandum est quid aetate eminenti iam dignum est, ut hoc agat quod nec uitam nec aetatem nec ministerium uile reddat.

ADVLESCENS SINE OBOEDIENTIA.

3 Tertius deinde gradus est adulescens sine oboedientia, quo mundus a recto rationis ordine deprauatur. qualiter namque in senectute

1 totius *uidetur corr. ex* citius *G* 2 caliginant *G*, caligant *XVv* 3 aures g. audiunt G^2Xv pallorem *Vv* 4 lassi] lapsi *v* 5 cacinnat *X*, cac*innat *G* 6 homo] etiam homo *v* 7 omnia *om. X* 8 ut *om. V* dum *om. X* adpropiat *GX*, adpropinquant *Vv* 9 f. aditus] futura habitatio *v* conprehendat *V* 10 enim *om. V*, autem *X* 11 maturus *X* recessus *om. X*, exitus *v* breuiter concordat *om. GV* 13 ueterascent *V*, ueterascunt *v* hominem secum ad peccatum *v* 14 semper nouas *V* 15 machinare *X* machinari cor *Vv* 16 ergo *om. X* sibi] sui *v* armoniam *GX* 17 grauitati *X* 18 namque] autem *X*, enim *v* aetate*et *X*, aetati et *V* eminenti iam *scripsi*, eminentia G^1X, eminenciae *V*, eminenti G^2v 19 est] sit *v* 20 uilem G^1 22 deinde] abusionis *Xv* aboedigentia G^1

ministrari sibi ille sperabit, qui in adulescentia senioribus oboedientiam exhibere contemnit? unde et in prouerbio apud ueteres habetur, quod seruiri nequeat qui prius alicui seruitutem praebere denegat. propter quod et Dominus Iesus in temporibus suae carnis, dum adhuc ad legitimam aetatem doctoris non peruenit, oboedienter ministrationem parentibus suis exhibuit. sicut ergo in senibus sobrietas et morum perfectio requiritur, ita in adulescentibus obsequium et subiectio et oboedientia rite debetur. quapropter et in mandatis legis primum in his quae ad homines pertinent patris et matris honor imperatur, quia quamuis carnalis pater non superuixerit aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno et uiuenti paternus honor usque ad dignam aetatem a filiis praebendus esse ostenditur. quattuor etenim modis per scripturas diuinas patres uocantur, hoc est natura gente admonitione aetate. de patre namque naturali Iacob ad Laban loquitur: nisi timor patris mei Isaac adfuisset, tulisses omnia quae mea sunt. gente uero pater dicitur, quando Dominus ad Moysen de rubo loquebatur, ego sum, inquiens, Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. aetate autem pariter et admonitione pater dicitur, cum Moyses in cantico Deuteronomii loquitur: interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi [maiores tuos, et dicent tibi]. quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit aut indignus fuerit, admonenti tamen aut seniori ab adulescentibus oboedientia praebenda erit. quomodo enim honoratus in senectute

14 Gen. 31, 42. 17 Ex. 3, 6. 20 Deut. 32, 7.

1 ministrari sibi (sibi *om.* G^1V) ille (illi *V*) *GV*, obsequi sibi ille *X*, aliis ministerium *v* sperat *G sed* at *in ras.*, imperabit *v* se senioribus *Xv* oboedientem *Vv* 3 seruire *V*, dominari *v* denegat] nequeat *V* 4 dum *om. X* 5 p̃**uenit *X*, peruenerat *Vv* 6 suis *om. X* exhibuit] praestitit *v* 7 ita] ita etiam *v* 8 et in] in *V* 13 admonitione] adoptione *X* e aetate *v* 14 naturali** *V*, naturaliter *GX*; *fort.* naturali per 16 de rubo ad moysen *v* 18 pariter et monitione *X*, pater dicitur et adm. *V*, ******* et ammonitione *G sed* am *s. l. m. 2*, et adm. pariter *v* 20 adnuntiauit G^1X^1 maiores t. e. d. tibi *om. GXV* 21 quod *om. V*, unde *X* ergo *om. X* pater *om. X* 22 ab aduliscentibus *GV*, adulescenti *X*, adolescentis *v* 23 enim *om. V*, ergo *v*

apparebit, qui disciplinae laborem in adulescentia non sustinuerit? quodcumque etenim homo laborauerit, hoc et metet. omnis namque disciplina in praesenti non uidetur esse gaudii sed maeroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatio per eam reddit iustitiae. sicut ergo fructus non inuenitur in arbore in qua pampinus aut flos prius non apparuerit, sic et in senectute honorem legitimum consequi non poterit qui in adulescentia disciplinae alicuius exercitationibus non laborauerit. disciplina igitur absque oboedientia qualiter fieri potest? adulescens ergo sine oboedientia adulescens sine disciplina est: quoniam et ipsa oboedientia quae omnium disciplinarum mater est magna exercitatione indiget, ut sui normam studii Christo Domino exhibeat qui oboediens patri usque ad mortem crucis ignominiam libenter sustinuit.

DIVES SINE ELEEMOSYNA.

4 Quartus abusionis gradus est diues sine eleemosyna, qui superflua usus sui quae custodienda in posterum recondit indigentibus et nihil habentibus non distribuit: per quod efficitur, ut dum in terra quaesita diligenti cura custodit, caelestis patriae perennem thesaurum amittat. ad quem thesaurum Dominus Iesus adulescentem diuitem qui eum de perfectione interrogauerat ita respondens inuitauit: si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et ueni sequere me, et habebis thesaurum in caelo. quem thesaurum nullus umquam hominum habere potest, nisi qui pauperibus solacia praestat aut per semet ipsum pauper est. non

2 Hebr. 12, 11. 20 Matth. 19, 21.

2 et *G s. l. m. 2* 3 esse *om. X* 4 autem] uero *v* exercitatis *X* 5 reddet *Vv* ergo *om. X*, enim *V* 6 et *om. X* 7 assequi *v* 8 exercitatione *v* 10 oboedientia aduliscens (igitur *add. V*) s. disciplina *GV*, disciplina a. s. oboedientia *Xv* 11 est *G s. l. m. 2* ut] etenim *X*, quae *v* 12 a christo *X*, in christo *v* exhibeat] suscipit *X*, sumpsit *v* 16 usus sui *om. X* quaeque *G²X* recondens *X* 17 dum] cum *X* 19 amittit *X¹*, ammittat *G* qui illum *V*, illum qui *G* 20 incitauit *V* 21 uade et *Vv* 22 et sequere *V* 23 hominum umquam *V* 24 se ipsum *v*

ergo dormiat in thesauris tuis, quod pauperi prodesse potest. nam diues quae congregauerit, his frui solus nequaquam poterit [quia unius hominis natura multis rebus non succurrit]. quid ergo stultius est quam propter unius hominis uictum et uestitum totam regni caelestis perennem iocunditatem perdere et aeternos inferni cruciatus absque consolationis praestolatione subire? quod ergo aliquando per necessitatem amittendum est pro aeterna remuneratione sponte distribuendum est. omnia enim quae uidentur temporalia sunt: quae autem non uidentur aeterna. quamdiu namque temporales sumus temporalibus temporalia deseruiunt et cum hinc transierimus, aeternis aeterna solacia praestabuntur. idcirco diligere non debemus ea quae non semper habebimus, praesertim cum expertem rationis auarum diuitem thesauri sui et agri et omnia quae habet ostendant, qui toto cordis intuitu illa diligit quae se numquam diligunt. si enim aurum et argentum agros et uestimenta cibos et metalla et bruta animalia quis dilexerit, haec omnia uicem sibi amoris rependere non posse ipsa rerum natura ostendit. quid a ratione longius est quam diligere quod te redamare non ualet, et neglegere illum qui tuae dictioni cum dilectione omnia praebet? propter hoc igitur non diligi mundus sed diligi proximus a Deo praecipitur, quia proximus uicem sui amoris potest rependere, quod mundus mi-

8 I Cor. 4, 18.

1 pauperes *Xv* prodesse potest] podest reficere *X*, dormire non sinit *v* nam d. qui congregat *V*, d. namque quae congregauerit *X*, d. namque etsi multa congregauerit *v* 2 quia . . . succurrit *om.* *GX* 3 stultitius *G* ti *s. l.* 5 perennem ioc. p. G^2X, perdere p. iuc. *v*, perdere iocunditatem G^1V absque ulla G^2X 6 ergo] igitur *v* 7 est *G s. l. m. 2* remuneratione] retributione *X* 8 enim *om.* *X* 9 autem *om.* *v* aeterna sunt *XVv* 12 non debemus diligere *v* habemus *V* 14 ostendunt *X* qui] quia *v* qui toto . . . *l. 16* omnia *om.* *V*, *add. in marg.* *G m. 2* illa diligat X^1, illas res amat *v* 15 numquam se *Xv* et agros *Xv* 16 et cibos *Xv* 17 sibi] se G^1V, *exp.* *G m. 2* ** rependere *G*, praebere *V* ipsa r. n. ostendit *om.* *V*, *add.* *G m. 2* quid enim *GV*, quid ergo *v* 18 longius est a ratione *V* diligere] amare *V* quod] qui *X* redamare *scripsi*, redimere *X*, amare *GVv* 19 di*ctione *G* (c *eras. et* e *in* i *corr. m. 2*), dilectioni *Vv* 20 igitur] ergo *V* sed] et *GV*

nime posse non dubitatur. sic etenim inimicum esse diligendum Dominus imperat, ut illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat. quisque ergo diues cupidus si uult aeternas habere diuitias, distribuendo egenis perdat interim non mansuras. si enim quod diligit non uendit, nemo emere poterit quod cupit. auari namque ideo in iudicio a rectissimo iudice nuncupantur maledicti, quia qui praeteribant eorum habitacula non dicebant: benedictio Domini super uos, benediximus uobis in nomine Domini. infelices ergo sunt auari diuites qui propter res transitorias in aeternam damnationem dilabuntur, et e contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. felix est misericors, dum in hac uirtute non substantiam sed affectum Deus requirit.

FEMINA SINE PVDICITIA.

5 Quintus abusionis gradus est femina sine pudicitia. sicut enim omnes mores bonos procurat et custodit in uiris prudentia, sic in feminis cunctos honestos actus nutrit et fouet et habet pudicitia. pudicitia namque castitatem custodit, auaritiam refrenat, lites deuitat, iras mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, uerba non multiplicat, gulae concupiscentias propurgat, furtum omnino damnat. quid plura? omnia uitia restringit et omnes uirtutes et quicquid coram Deo et hominibus bonis laudabile est nutrit. inpudica uita nec laudem ab hominibus in praesenti saeculo nec remunerationem a Deo expectat in

7 Ps. 128, 8. 10 Matth. 5, 7.

1 non *om. GV* sic etenim *scripsi*, licet enim *GXV*, sic enim *v; cf. p. 153, 20* 2 imperet *GV*, praecepit *v* quisquis X^2v 3 si *om. v* 4 perdat] praestet *v* interim *om. V* uendit G^1V, uendiderit G^2X 5 potest emere *v* 8 ergo *om. V* 9 qui *om. V, add. G m. 2* 10 sunt *om. X* quoniam ipsi] quia *v* 11 est ergo *v* 12 uirtute deus *X* effectum *V* deus req.] inquirit *X* 15 bonos mores *v* sic et *v* 16 honestos] honoris *v* fouet et *om. X* habet] custodit *Xv* 17 iram *v* 19 gulae c. propurgat *om. V* 20 propurgat *GX*, purgat *v; cf. Sirac. 7, 33* omnino *om. X* quod X^1 21 et q.] quicquid *V* 22 bonis hominibus *v*, hominibus *X* laudabile] laudare *V* impudica namque *v*

futuro: pudica uero uita famam bonam inter homines possidet, de ope futurae beatitudinis gaudet. praesentibus semet ipsam imitabilem facit, posteris memoriam amabilem relinquit. bonis semper moribus delectatur et consentit et adsiduis scripturarum meditationibus et eloquiis animam uegetat. bonorum praecedentium exempla custodit et inseparabilia perfectis contubernia nectit. duobus ergo modis constat uerae pudicitiae exercitatio, id est corporis habitu et superficie et animi affectu interno. per exteriorem iuxta apostolum coram hominibus exempla, per interiorem modum coram Deo prouidemus opera bona. pudicitia namque est corporis alienas res non appetere, omnem inmunditiam deuitare, ante horam congruam non gustare uelle, risum non excitare, uerba uana et falsa non loqui, habitum per omnia ordinatum propositoque conuenientem tam capillorum quam uestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, supercilioso intuitu neminem aspicere, uagari oculos non permittere, pompatico et inlecebroso gressu non incedere, nullo inferior in incepto bono opere apparere, nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare, senes non inridere, [bonis non inuidere] meliori non controuersari, de his quae ignoras non tractare, etiam quae scis non omnia proferre. haec cum proximis amabilem hominem reddunt, et Deo acceptabilem faciunt. pudicitia uero animae est, plus propter Dei oculos quam hominis omnia bona facere, appetitiones turpium cogitationum compescere, omnes meliores esse se aestimare, nemini inuidere, de semet ipso nihil confidere, Dei semper auxilio res omnes committere, ante Dei oculos semet ipsum constituere, haeretica

1 uita uero *V* possidet] habet *v* 2 beatitudinis] remunerationis *X* 5 exempla *om. V* 6 perfectis *om. X* 7 constat u. p. ex.] constitue pudicitiae exercitationem *X* 8 effectu *V* exteriorem modum *v* 10 corporis est *v* 11 appetere et *v* 12 gustare non uelle *X* excitari *X* 13 propositionemque *V*, compositionemque *v* conuenienti* *X* 15 supercilio *X* 16 nulli *X²Vv* 17 in *om. GX* bono *om. X* 18 bonis n. inuidere *om. GXV* 19 contra uersari *G* 20 etiam] et ea *v* cum] enim *Vv* 21 uero] enim *v* est *om. V* 22 hominum *Vv* 23 compescere] conspici *X* se esse *v*, esse** *G*, se *X* 24 semper] autem *V* 25 dei . . . committere *add. in marg. G m. 2* se ipsum *X* constituere] custodire *V*

prauitate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire, Deo soli adhaerere, castitatem internae mentis Domino Iesu Christo offerre, omnia coepta bona opera mortis tantum termino finire, praesentes tribulationes animi fortidudine paruipendere, in terra praeter proximos nihil amare, cuncti amoris in caelo thesaurum constituere et pro omni bono actu mercedem in caelestibus a Deo sperare. pudicitia ornamentum nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulcritudo uilium, prosperitas laborantium, solamen maerentium, augmentum omnis pulcritudinis, decus religionis, defensio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amicitia.

DOMINVS SINE VIRTVTE.

6 Sextus abusionis gradus est dominus sine uirtute, quia nihil proficit dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat et uirtutis rigorem. sed hic uirtutis rigor non tam exercitus fortitudine, quae et ipsa saecularibus dominis necessaria est, indiget quam animi interiorem fortitudinem per bonos mores exercere debet. saepe enim dominandi uirtus per animi neglegentiam perditur, sicut in Heli sacerdote factum fuisse comprobatur. qui dum per seueritatem iudicii peccantes filios non coercuit, eorum uindictae Dominus uelut consentienti non pepercit. tria ergo necessaria eos qui dominantur habere oportet, terrorem scilicet et ordinationem et amorem. nisi enim ametur dominus et metuatur, ordinatio illius constare minime poterit. per beneficia ergo et affabilitatem procuret ut diligatur, et per iustas uindictas non

2 internae] aeternae *v* dn̄o iesu *GXV*, deo *v* 3 opera bona *v* tantum] tamen *G in ras.* 4 negligere paruipendere *v* nil *G* 5 thesaurum in coelo *v*, opus in caelum *X* bono omni *V* 6 a deo in caelestibus *v* pudicitia] namq. *add. G m. 2* 8 uilium] debilium *v* 9 omnibus pulchritudinibus *X* 14 et uirtutis] uirtutis *v* exexcitus *X*, exteriori *v* fortitudine* *G* 15 indiget *om. v* 16 interiori fortitudine *v*, fortitudine quae *X* per bonos mores *om. v*, per bonos *X* exerceri *Xv* 17 uirtus *om. v* perditur] fortitudo *add. v* 18 qui] cui *X sed. corr.* per s. iudicii] seueritate iudicis *v* 19 in eorum *v* uindicta *XVv* non] ferociter non *v* 20 eos] hos *Vv* 21 dominus pariter *v*, *om. in ras. X* 22 illius] eius *V*, illis *v* potest *v* 23 effabilitatem *X*[1]

propriae iniuriae, sed legis Dei studeat ut metuatur. propterea quoque dum multi pendent in eo, ipse Deo adhaerere debet qui illum in ducatum constituit, qui ad portanda multorum onera ipsum ueluti fortiorem solidauit. paxillus enim nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, omne quod in eo pendet cito labitur et ipse solutus a rigore suae firmitatis cum oneribus ad terram delabitur: sic et princeps nisi suo conditori pertinaciter adhaeserit, et ipse et omnis qui ei consentit cito deperit. quidam namque per dominandi officium solidius Deo adpropinquant, quidam inposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto ducatu familiarius Dei locutionibus utebatur: Saul uero filius Cis postquam sceptra regni suscepit, per inoboedientiae superbiam Deum offendit. rex Salomon postquam patris sui Dauid sedem optinuit, Deus illum ultra omnes mortales uelut ad innumerosi populi gubernationem sapientiae munere donauit: e contrario uero Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus Dauid partem accepit, ad idolorum cultum decem tribus Israel quae erant in parte Samariae adtraxit. per quae exempla euidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdam uero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. per quod utrumque intellegitur eos qui ad meliora conscendunt per uirtutem animi et Dei auxilium posse id facere et eos qui ad deteriora deuertunt per mentis inbecillitatem pariter et neglegentiam errare. unde dominus absque uirtute fieri non debet, quam uirtutem sine Dei auxilio nullatenus habet. qui etenim multa tuetur, si non habet fortitudinem, non ualet id agere, quoniam

2 pendent *G* de *in ras.* 3 portandum *V* 4 fixus firmiter] fortiter firmetur et *v* alicui fortiori] parieti *X* 5 hereat *X* pendit *G*¹ solutus] solus *X* 7 omnes *G*¹*X* qui ei] quod *v* consentit] adherent *X*, continet *v* 8 depereunt *X* officium *G* s. *l. m. 2,* potestatem *V* solidius] plus *v* 10 enim] namque *Vv* populi ducatu *v* utebatur locutionibus *V* 11 cis *ex* scis *V* screptra *G*¹; regni sceptrum *X* 13 optinuit] deum offendit *add. GXV* numerosi *X* 14 donauit] ditauit *v* 15 domus d. partem accepit *GV,* sortitus est gubernacula *X,* domus d. occupauit partem *v* 16 culturam *V* 17 adtraxit] diuerterat *v* euidenter *om. X* 19 dominationes *G*¹ 20 ad meliora qui *V* transcendunt *v* per dn̄i auxilium et uirtute animi *X* 21 deuertuntur *Vv* 22 dominus] et dominum *v* 23 debet quam] decet qui *v* 24 fortitudinem animi *v* id agere ualet *V*

magna magnis infestationibus et aduersitatibus solent laborare. omnis igitur qui praeest hoc primitus animi tota intentione procuret, ut per omnia de Domini adiutorio omnino non dubitet. si namque coeperit in actibus suis auxiliatorem habere dominum dominorum, nullus hominum contemptui habere poterit eius dominatum. non est enim potestas nisi a Deo. ipse eleuat de stercore egenum et sedere facit cum principibus populi sui, deponit potentes de sede et exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus Deo et egeat gloria Dei.

CHRISTIANVS CONTENTIOSVS.

7 Septimus abusionis gradus est Christianus contentiosus, qui cum participationem nominis Christi per fidem et baptismum suscepit, contra Christi dicta et propositum mundi caduca delectamenta diligit. omne enim quod contenditur aut propter propriam eius rei dilectionem de qua agitur aut propter alterius amorem quae sub odiosa specie latet appetitur. quemadmodum uerbi gratia bellum animoso conpugnantium conflictu cum odiosa res sit, propter amorem uictoriae et libertatis peragitur, et multae aliae dilectae species sub odioso labore uel formidine satis contentiose expetuntur. unde patenter intellegitur nihil contendi, nisi propter dilectionem subsequentem scilicet amabilem remunerationem. qui igitur mundum praesentem ex quacumque causa contendit, perspicue ostenditur mundum diligere, quod per Iohannem spiritus sancti

5 Rom. 13, 1. Ps. 112, 7.

1 et] uel *v* 2 igitur] ergo *v* 3 dei *v* 4 dominorum *om.* G^1V 5 poterit habere *v* enim est *v* 6 ipse enim *v* 7 et deponit p. *v*, potentes deponit *X* 11 suscipit G^2X, susceperit *v* 12 dicta et p.] precepta *X* 13 quod] de quo *v* tenditur *V*, appetitur *GX sed in G* appet *in ras. m. 2* rei delectationem *X*, dilectationem rei *V* 14 de qua] qua *V* 16 pugnantum *V* cum *om. X* fit *X* 17 delectae X^1 19 nihil G^1V, ad nihil aliud G^2X contendi *G in ras.*, contendere posse *V*, contendi posse *v* 20 subsequentem scilicet *GV*, speratam scilicet aut sequentem *X*, speratam scilicet et subsequentem *v* amabilemque *V* 21 m. praesentem G^1V, in mundo praesenti G^2X, de m. praesente *v* 22 ostendit *v*; quod illum diligit mundus *add. X*; quod illum diligit. Quomodo ergo *add. v* mundum diligere quod *GV*, quem diligi *X*, mundum diligi *v* iohannem apostolum *X*

sermones interdicunt, quibus ait: nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt? mundi enim amor et Dei pariter in uno corde cohabitare non possunt, quemadmodum oculi caelum pariter et terram nequaquam conspiciunt. sed requirendum est, si uere in mundo aliquid sit quod amari debeat et quis sit ille mundus quem diligi diuina eloquia uetant. terra ergo cum nascentibus ex ea et metallis et animantibus et pulcritudine uestium et oblectationibus ciborum et his quae ad haec pertinent non diligi praecipitur, sed proximus propter quem haec omnia facta sunt amari iubetur. haec enim omnia praedicta uelut non mansura ad caelestem patriam pergentes comitari nequeunt. proximi uero uelut mansuri regis coheredes semet ipsos licenter inuicem diligunt. quod ergo semper in mundo non manet et cum mundo pariter deficiet et ipse mundus non amari imperatur: proximus autem qui est pars regni caelestis in terra interim a regni caelorum appetitoribus non incongrue amatur, dum in summa illa patria in aeternum coheres habebitur. propterea uero mundus praesens non diligi imperatur, ne a Dei dilectione alienus saeculi dilector quisque efficiatur. non ergo debet contendi quod non licet amari. igitur Christianus qui nominis Christi similitudinem tenet morum quoque similitudinem habere debet. Christianus enim recte nemo dicitur, nisi qui Christo moribus coaequatur. de Christo uero per prophetam ita describitur: ecce puer meus quem elegi, electus meus, conplacuit sibi in illo anima mea: ponam spiritum meum super eum. non contendet neque clamabit

1 I Io. 2, 15. 22 Es. 42, 1. 2.

1 sermo interdicit *X* quibus] quo *X*, qui *v* 3 corde] corpore *V* habitare *XV* idem oculi *Xv* 4 aspiciunt *X* 5 quis] quod *V* 7 ea et] ea *V* 8 iis *v* praecipiuntur *X* 10 enim *om. X* 11 concomitari *v* 13 manet et] manet *X* a *in ras. alt.* et *om. G* imperatur] praecipitur *Vv* 14 interim] et inter ima elementa *v* 15 a *om. X* appetentibus *X* suprema *v* 17 presens idcirco *X* a dei] ad eius *V* 18 efficitur *V* 19 qui] omnis *V* 20 quoque *om. V*, quoque eius *v* debet habere *X* nemo recte *v* 21 christo] ei *X* uero] enim *X* 22 scribitur *v* puer] filius *v* 23 in illo sibi *v* animae meae *V* 24 contendit *G*[1]*X* clamauit *G*[1]

neque audiet aliquis in plateis uocem eius. ecce Christus non contendit neque clamauit: et tu si morum Christi similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusiuus in ecclesia Christianus existas. suis enim sectatoribus Christus praecepit: nolite uocari Rabbi: unus est enim magister uester, qui est Christus: et patrem nolite uocare super terram: unus est enim pater uester qui in caelis est. omnes enim uos fratres estis. quibus ad supplicandum imperauit dicere: pater noster qui in caelis es sanctificetur nomen tuum. frustra ergo patrem contendit in terra qui patrem et patriam profitetur habere se in caelo: cuius possessor nemo efficitur, nisi qui de terrenae patriae contentione securus habetur.

PAVPER SVPERBVS.

8 Octauus abusionis gradus est pauper superbus, qui nihil habens in superbiam extollitur, cum e contrario diuitibus saeculi non superbe sapere per apostolum imperetur. quid ergo stolidius fieri potest quam illum qui per infimam miseriam uelut in terram abiectus extremus et humilis incedere et contristari debuerat supercilioso superbiae tumore inflatam mentem contra Deum erigere? per quod uitium lapsi corruerunt qui summo caeli conditi erant culmine. quid ergo uult quasi potens in terra superbire, qui prae omnibus hominibus debuerat humilis apparere? sed ne de paupertate sua tristitiam habeant, quid a Deo accepturi sunt pauperes adtendant: ipse etenim inquit:

4 Matth. 23, 8. 9. 9 Matth. 6, 9.

1 platea *v* 2 neque clamauit *om. X* 3 tenere *v* ne ... existas *om. X* christiana *G*, christi *V* 5 magister] pater *X* 7 enim est *X* enim] autem *X* 8 quibus] qui et *X* dicere] cum dicit *v*; sic autem orabitis *add. GVv* 9 es in caelis *XV* 10 patrem pater contendit *V*, contendit *X*, contendit patrem se habere *v* se profitetur habere *X*, p. s. h. *v* 11 patriae nemo possessor *v* 16 apostolum paulum *Vv* imperatur *G* ergo *om. V* potest fieri *Vv* 17 infi*mam *X* terra *G* extremus et] et extremus atq. *X* 19 inflammatam *X* 20 in summo *v* 21 prae] pro *GV* 22 sua *om. X* 23 recepturi sint *Vv* etenim] enim *v*

beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. recta namque dispensatione misericors caeli regnum illis committit quibus regni terrarum participationem [inter mortales] abstulit, ut ipse diues in caeli sede appareat qui in terra penitus nihil procurat. cauendum uero pauperibus est, ne dum per necessitatem terrae regnum perdunt, per mentis imprudentiam etiam caelorum regna amittant. cum enim Dei dispensatione paupertatem necessariam acceperint, in ipsorum arbitrio pendet utrum pauperes spiritu sint. non enim quibuscumque pauperibus caeli regna promittuntur, sed his tantummodo quibus diuitiarum inopiam animorum humilitas comitatur. pauper enim humilis pauper spiritu appellatur, qui cum egenus foris cernitur, numquam in superbiam eleuatur: quoniam ad petenda regna caelorum plus ualet mentis humilitas quam praesentium diuitiarum temporalis paupertas. etenim humiles qui bene diuitias possessas habent possunt pauperes spiritu appellari, et superbos nihil habentes haud dubium est beatitudine paupertatis priuari. de quibus utrisque sancta scriptura ita loquitur: est quasi diues, cum nihil habeat et est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. quasi diues est pauper superbus mentis affectu et quasi pauper est diues mentis humilitate. diues ergo inopia est mentis humilitas et ineptae diuitiae sunt animorum inormitas. prouidendum ergo est pau-

1 Matth. 5, 3. 17 Prou. 13, 7.

2 misericors iudex *v* illi X^2 3 terrarum *om.* *X* inter mortales *om.* *GV*, in mortuos *X*, in mortuo *G m. 2 add. in marg.* 4 caeli sede] caelis *V* 5 uero] ergo *Vv* est pauperibus *V* egestatem et necessitatem *v* 6 terrenum *v* perdunt] praetereunt *Xv* etiam impudentiam *v* 7 regnum *X* ammittant *G* 8 pendit G^1 9 quibuscumque namque *v*, quibuscumque *X* caelorum *X* 10 in quibus *v* inopia* *X* 11 egenis X^1 foras *V* 12 superbia *X* ad appetenda *v*, ad consequenda *X* 13 et mentis *V* praesentiarum *V* 15 et superbi G^1, superbos autem *v* 16 haut G^1, non *X* 17 cum n. h.] nihil habens *v* 18 quasi . . . *l. 20* humilitate *om.* *X*, quasi pauper ergo in multis diuitiis est diues humilis spiritu; et nihil habens quasi diues est pauper superbus mentis affectu *v* 19 effectu *V* et quasi p. e. d. m. humilitate *om.* *Xv* 20 dinues *G*, diuitis *V*, nobilis *Xv* 21 enormitas *v* est ergo pauperibus *v;* ergo *om.* *V*

peribus, ut semet ipsos quales sint intellegant et quod rebus consequi non ualent mentis tumore superbire desistant.

REX INIQVVS.

9 Nonus abusionis gradus est rex iniquus. etenim regem non iniquum sed correctorem iniquorum esse oportet. unde in semet ipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. sed qualiter alios corrigere poterit qui proprios mores ne iniqui sint non corrigit? quoniam iustitia regis exaltatur solium et ueritate solidantur gubernacula populorum. iustitia uero regis est neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter uirum et proximum suum iudicare, aduenis et pupillis et uiduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, inpudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes uiuere non sinere, ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et ariolorum pythonissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et iuste contra aduersarios defendere, per omnia in Deo uiuere, prosperitatibus non eleuare animum, cuncta aduersa patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. uae enim terrae, cuius rex est puer et cuius

23 Eccl. 10, 16.

1 ut *corr. in* et *G*, ut et *V* ut quod *V*, quia *v* consequi] quod cupiunt *add. v* 2 desinant *Xv* 4 etenim . . . unde] quem cum iniquorum correctiorem esse oportuerit etiam *X* 5 nomini *G*¹*X* 6 debet custodire *V*, non custodit *X* enim *om. X* 9 in iustitia *v* exaltetur *X* et] et in *G*²*Xv* ueritate regis *Vv* 11 personarum acceptione *v* in uirum *V* 12 iuste iudicare *v* et uiduis *om. V* 13 non *X s. l. m. 2* 14 istriones *V*, striones *GX* peierantes *Vv* 15 sinire *G*¹ p. e. alere] pauperibus elemosinas dare *X* 16 sapiens *X*¹ 17 m. et] magorum *v* et phitonissarum *X*, phitonissarum *V* 19 uiuere] confidere *Xv* 20 non eleuari animo *V*, a. n. eleuare *v* ferre] tolerare *v* 21 suos *om. X* impios *X* 22 oris *X* 23 cibum non gustare *v* puer est *Xv*

principes mane comedunt. haec regni prosperitatem in praesenti faciunt et regem ad caelestia regna meliora perducunt. qui uero regnum secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum aduersitates imperii tolerat. idcirco enim saepe pax populorum rumpitur et offendicula etiam de regno suscitantur. terrarum quoque fructus diminuuntur et seruitia populorum praepediuntur, multi etiam dolores prosperitatem regni inficiunt. carorum et liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incursus prouincias undique uastant, bestiae armentorum et pecorum greges dilacerant, tempestates ueris et hiemis terrarum fecunditatem et maris ministeria prohibent, et aliquando fulminum ictus segetes et arborum flores et pampinos exurunt. super omnia uero regis iniustitia non solum praesentis imperii faciem fuscat sed etiam filios suos et nepotes, ne post se regni hereditatem teneant, obscurat. propter piaculum enim Salomonis regnum domus Israel Dominus de manibus filiorum eius dispersit. et propter iustitiam Dauid regis lucernam de semine eius semper in Hierusalem reliquit. ecce quantum iustitia regis saeculo ualeat, intuentibus perspicue patet. pax populorum est, tutamentum patriae, inmunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terrae fecunditas, solacium pauperum, hereditas filiorum et sibimet ipsi spes futurae beatitudinis. attamen sciat quod sicut throno hominum primus constitutus est, sic et in poenis, si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. omnes namque quoscumque peccatores sub se in praesenti habuit, supra se modo plagali in illa poena habebit.

1 regni] regiam *V* 2 perducunt meliora *V* 3 regnum suum *add. G m. 2, om. V* non s. h. legem *v* nimirum *om. X* 4 imperii aduersitatis *X* tolerabit *Vv* idcirco *corr. in* in circo *G* pax saepe *v* 5 deminuuntur *V* 6 seruititia *X* etiam *G*¹*V*, et uarii *G*²*X* 9 tempestates u. e. h. terrarum *om. X* ueris et] *G adn. in marg. m. 2*: aliter aeris et hiemis peria turbata 10 fecunditatem] terre *add. X s. l. m. 2* 12 in iustitia *ex* iustitia *G m. 2* praesentis *om. X* fuscant *G*, obfuscat *v* 13 ne] et ne *V* 14 obscurant *G*² 15 eius *ex* eis *G m. 2* disperserat *V* 16 semper *om. X* 17 ualet *V* 18 est enim pax populorum tutamen *v* munitamentum *ex* munitatum *V* 20 terrena *X* 21 sibimet ipsis *V* sciat rex *v* 23 primatus *G* 24 super *X* plagali *GV*, miserabili *X*, implacabili *v* 25 poena *V*, futura poena *GX*, p. futura *v*

EPISCOPVS NEGLEGENS.

10 Decimus abusionis gradus est episcopus neglegens, qui gradus sui honorem inter homines requirit, sed ministerii sui dignitatem coram Deo, pro quo legationem fungitur, non custodit. primum namque ab episcopo quid sui nominis dignitas tenet inquiratur: quoniam episcopus cum Graecum nomen sit, speculator interpretatur. quare uero speculator ponitur et quid a speculatore requiritur Dominus ipse denudat, cum sub Ezechielis prophetae persona episcopo officii sui rationem denuntiat, ita inquiens: speculatorem dedi te domui Israel. audiens ergo ex ore meo sermonem adnuntiabis eis ex me. si autem uideris gladium uenientem et tu non adnuntiaueris ut reuertatur impius a uia sua, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. si autem tu adnuntiaueris et ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sed tu animam tuam liberasti. decet ergo episcopum qui omnium speculator positus est peccata diligenter intendere et postquam adtenderit, sermone si poterit et actu corrigere et si non poterit iuxta euangelii regulam scelerum operarios declinare: si enim, inquit in euangelio, peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te et ipsum solum. si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum

9 Ez. 3, 17—19. 20 Matth. 18, 15.

2 gradus abusionis *v* 3 honorem *G sed* em *in ras.*, honoris *V* 4 legatione *XVv* 5 quod *X* teneat *Vv* requiratur *V* 6 cum episcopus nomen graecum *v* 8 denudat] denotat *X* epĩ *V* 9 sui *om. V* denuntiat] denudat *GV* 10 nuntiabis *Vv* 12 tu *om. X* 14 autem] au*** *G* 15 tu *om. X* 16 sed tu] tu autem *X* 17 qui *G s. l. m. 2,* si *V* est positus *X* 18 peccatorem *V* attendere *v* et] audiens ergo *add. GV, exp. G m. 2* sermone si poterit *om. X* 19 potuerit *v* et actu] etiam *X* et si] si *v* potuerit *Xv* 20 euangelio dominus *v* 21 in te *om.* G^1V illum] eum *XVv* 22 si] si ergo *V* es] eris *Vv* 23 si] si autem G^2X non te *X*

uel duos testes, ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum: si illos non audierit, dic ecclesiae: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. tali ordine expellendus est qui cuicumque doctori uel episcopo adhaerere noluerit. et qui tali ordine expulsus fuerit ab alio aliquo doctore siue episcopo recipi non debet. de sacerdote in lege scribitur: uiduam aut repudiatam non accipiet uxorem. qui ergo excommunicatum a catholico illo non permittente recipit contra scripturae statuta agit ac iura sancti sacerdotii, in quod Christianorum genus electum est, excedit. hac ratione episcopum ad eos quibus in speculatione positus est esse oportet. ceterum uero qualis in semet ipso esse debeat Paulus apostolus exponit, ut ad gradum episcopii ueniens sit sobrius prudens castus sapiens modestus hospitalis, filios habens subditos cum omni castitate, testimonium habens bonum ab his qui foris sunt, praeferens doctrinarum fidelem sermonem, ante episcopatum non plus quam unam habens uxorem. non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophytus, ut per haec ipse prius ostendat in opere quod alios docet in sermone doctrinae. caueant ergo neglegentes episcopi, quod in tempore uindictae Dominus per prophetam conqueritur: pastores muti demoliti sunt populum meum, et non pascebant pastores gregem meum, sed pascebant pastores semet ipsos, sed potius

7 Leu. 21, 14. 20 Ez. 34, 2.

1 testes *om. G*, fratres *V* uel trium testium *XVv* 2 si] quod si *X* si] si autem *XV* 3 et ecclesiam *X* ethicus *G* 4 quicumque *XVv* 5 noluerit *om.* G^1, contempnit G^2X fuerit] est *X* 6 alio *om. GV* aliquo *om. X* siue] uel *v* non debet recipi *v* namque scriptum est in lege *v* 7 aut *ex* autem *G* accipiat *v* 8 ergo] illum *add. v* recipit *om.* G^1V, sibi iungit *v* 9 contra scripturae s. agit *om.* G^1Vv ac iura *scripsi*, bucina ira *V*, bacina ira *G*; ac...excedit *om. X* sacerdoti in in quod *G*, sacerdotii in quo *v* 10 genus *om. GV* electus *GV* ep̃s *V* 11 speculationem *v* praepositus G^2X 13 ep̃i *GX* 15 proferens *v* doctrinam *XV*, doctrinae *v* 16 ante ep.] antequam episcopus sit *v* non plures *Vv* habens uxores quam unam *Vv* 18 prius *om. Xv* doceat *V* in *om.* G^2X 20 conqueritur dicens *Vv* muti *om.* G^2X moliti G^1V 21 pastores *om. v* 22 pastores sed pascebant *v*

procurent hi in quod eos constituit Dominus supra familiam suam dare illis cibum in tempore suo mensuram tritici, puram scilicet et probatam doctrinam, quatenus ueniente Domino mereantur audire: euge serue bone et fidelis, quia supra pauca fidelis fuisti supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

PLEBS SINE DISCIPLINA.

11 Vndecimus abusionis gradus est plebs sine disciplina: quae dum disciplinae exercitationibus non seruit, communi se perditionis laqueo constringit: iram etenim domini absque disciplinae rigore non euadit. atque idcirco psalmistae uocibus indisciplinatae plebi praedicatur: adprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus. disciplina uero est morum ordinata correctio et maiorum praecedentium regularum obseruatio. de qua disciplina Paulus apostolus ita loquitur dicens: in disciplina perseuerate: tamquam filiis uobis offert se Deus. quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis. qui ergo adulteri et sine disciplina sunt, et caelestis regni hereditatem non capiunt: filii autem paternae disciplinae correctiones ferunt et hereditatem quandoque recipere posse non desperant. de qua etiam disciplina Esaias eidem indisciplinatae plebi praedicat dicens: quiescite agere peruerse, discite

3 Matth. 25, 23. 12 Ps. 21, 12. 15 Hebr. 12, 7. 8. 22 Es. 1, 16.

1 procurant *X* hi] hi id *G*²*X* in *om.* *Vv* quos *Vv* eos *om.* *G*¹*Vv* super *XVv* 2 suo *om.* *V* puram] paruam *V* 3 doctrinam probatam *V* mereatur *X* 4 supra p.] in pauca *XVv* fuisti fidelis *Xv* 8 alius abusionis *V* dum] cum *v* 9 deseruit *X*, seruit dño *V*, seruit ** *G* communi...domini *om.* *GXV* 10 uigore *V* euadet *V* 13 morum est *v* 14 regulis *X* 15 dicens *om.* *X* 16 se *om.* *XV* 17 sunt] estis *v* ergo] enim *v* 18 qui *om.* *X* et *om.* *Vv* sine d.] indisciplinati *G*²*X* et *om.* *G*²*X* 19 si filii *v* 20 correctiores *X* ferunt *G*¹*V*, fiunt *G*²*X* se recipere *G*²*X* possunt *V* 21 desperent *v*, dispereant *G* eidem i. p. praedicat] loquitur *V* idem *X*, quidem *v*

bene facere. et ad eandem psalmista consona uoce compsallit dicens: declina a malo et fac bonum. infelix ergo est qui abicit disciplinam. audet enim extra milites aliquid, qui Dominum crucifigentes non consciderunt tunicam, qui ecclesiae Christi scindit disciplinam. sicut enim tunica totum corpus praeter caput tegitur, ita disciplina omnibus in ecclesia est praeter Christum. qui ergo ecclesiae sub disciplina est protegitur et ornatur. ipsa uero tunica contexta desuper fuerat per totum, quia eadem ecclesiae disciplina a Domino de caelo tribuitur et integratur. de qua Dominus cum ad patrem ascendisset, postquam resurrexit a mortuis, ad apostolos suos loquebatur: uos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ab excelso. tunica ergo corporis Christi disciplina ecclesiae est: qui autem extra disciplinam est alienus est a corpore Christi. non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa, non soluamus quicquam de mandatis Christi, sed unusquisque in quo uocatus est in eo permaneat apud Deum.

POPVLVS SINE LEGE.

Duodecimus abusionis gradus est populus sine lege, qui dum Dei 12
dicta et legum scita contemnit per diuersas errorum uias eundem perditionis laqueum incurrit. de quibus uiis sub persona praeuaricatoris populi humanum genus propheta ita deplangit: nos autem

2 Ps. 33, 15. 11 Luc. 24, 49. 14 Io. 19, 24.
21 Es. 53, 6.

1 ad eadem *G*, de eadem *V*, idem *X* psalmistae *X* conspallit G^1, psallit *X* 3 abiecit G^1V audent X^2, audiet *V* deum *X* 4 eius sciderunt *v* christi *om. X* scindunt *X* 5 tegitur] *add. X*: totam tonica, *exp. m. 2* 6 omnibus in e. est *V*, omnis ecclesia *GXv* qui...est *om. X* quia ergo ecclesia sub *V*, qui ecclesia et sub *G sed exp. m. 2*, qui caput est ecclesiae et sub *v* 7 non est *v* praetegitur *GV*, tegitur *X* 8 contexta tunica *V* eidem *V* disciplina ecclesiae *v* 10 ascenderet *X* resurrexisset *G* suos *om. X* 11 loquebatur dicens *v* sedete hic *v* quo*usque *V* (s *eras.*) 12 uirtute *om.* X^1 ab excelso *G*, ex alto *XVv* 13 est disc. ecclesiae *X* 14 a corpore ch. est *V* sed *G s. l. m. 2* 15 de illa] cuius sit id est *add. v* christi] domini *Xv* 16 dominum *v* 18 dei *G s. l. m. 2* 20 sub persona *om. X*

sicut oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit. de quibus etiam eadem sapientia loquitur per Salomonem: multae uiae uidentur hominibus rectae, et nouissimae earum ducunt ad mortem. quae utique multae perditionis uiae tunc inceduntur, cum una regalis uia lex Dei uidelicet, quae neque ad dexteram neque ad sinistram declinat, per neglegentiam deseritur. de qua scilicet uia Dominus Christus qui est finis legis ad iustitiam omni credenti denuntiat: ego sum uia et ueritas et uita: nemo uenit ad patrem nisi per me. ad quam uiam omnes homines communiter inuitat dicens: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. quia non est personarum acceptio apud Deum. ubi non est Iudaeus et Graecus, masculus et femina, seruus et liber, barbarus et Scytha, sed omnia in omnibus Christus: omnes enim unum sunt in Christo Iesu. dum ergo Christus finis est legis, qui sine lege sunt sine Christo fiunt. igitur populus sine lege populus sine Christo est. abusiuum ergo in temporibus euangelii populum fieri sine Christo, quando apostolis in cunctas gentes licentia praedicationis data est, quando tonitruum euangelii per cunctas saeculi partes intonuit, quando gentes quae non sectabantur iustitiam adprehenderunt iustitiam, quando qui longe fuerunt facti sunt prope in sanguine Christi, qui aliquando non populus, nunc autem populus sanctus in Christo, quando est tempus acceptabile et dies salutis et tempora refrigerii in conspectu altissimi, quando unaquaeque gens habet testem resurrectionis, quando protestatur Dominus: ecce ego

3 Prou. 14, 12. 8 Io. 14, 6. 10 Matth. 11, 28. 25 Gal. 3, 28.

1 suam uiam *X* 2 uiis etiam *v*, etiam uiis *G*[1]*X* eadem *om. v* 4 eorum *G* deducunt *v* 5 legalis *V* 6 dextram *X* 7 iesus christus *v*, iesus *X* 8 uia et] uia *Xv* 10 homines *om. V* 11 et...reficiam *om. X* 12 reficiam uos *v* 13 et g.] nec graecus *v* 14 shcitha *G* sed...iesu *om. X* in] et in *G sed* et *s. l. m. 2* omnibus] omnia *V* enim] ergo *GV* 15 legis est *Xv* 16 fiunt] sunt *X* sine lege *X s. l. m. 2* 17 abusi *G*[1]*V* 18 sine lege fieri *v* 21 de longe fuerant *v* 23 sanctus] dei *v* 24 unaquaque *G*, quaeque *X* 25 h. testem] testimonium habet *V* ipse dominus protestatur dicens *v*

uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.

XIII. DE SINGVLARITATE CLERICORVM.

---

1 Promiseram quidem uobis ante tempus epistolam, filii carissimi, quae omnium morum instituta de lege commendans summatim omnia contineret quaecumque uniuersis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt disciplinae. sed quia nunc feminarum commoratione uulgariter inter uos quidam ignominiae deuoluti sunt, etiam de hac re specialiter uobis Domini correptione scribere compulsus sum: qui miserum me pro uestra neglegentia cum seueritate conueniens mandare praecepit, ne clerici cum feminis commorentur. et licet haec admonitio sola litterarum mearum auctoritate sufficeret, tamen ne me somniatorem inrideat quisquam, sicut Ioseph fratres inriserunt, scripturarum addimus firmitatem, ut omnes sciant hoc etiam modo per reuelationem Dominum iubere, quod litteris cognoscitur ante iussisse, nec nos esse adulterantes uerbum Domini aut uolentes iactanter de reuelationibus gloriari, sed sic ante conspectum Domini referendo non mentiri quod loquimur: sicut a Domino confidimus nos non

2 fiamus ergo] simus itaque *X*, itaque simus *v*. — Explicit de XII abusiuis saeculi *G*. Explicit sc̄i ioh̄ Chrisostomi ex epistula beati Pauli apostoli ad corinthios prima (*sic*) *X*, *om. V*. —

Incipit de singularitate clericorum (cypriani *add. man. rec.*) *C*. — 5 promiseram *C*, emiseram *v* 6 omnia etiam *v* 8 de feminarum *v* 9 ignominiae *C*, ad ignominiam *coni. Pamelius*, ignominiose *coni. Erasmus* 10 scribere *om. C* 11 conueniens *C*, corripiens *v* 13 me *om. C* 14 rideat *C*

audisse mendacium praesumentes uocem apostoli Pauli protestantis, non enim sumus, inquit, sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram ipso in Christo loquimur. in dolore itaque maximo constituti de quibusdam tabefactis membris corporis nostri et in gemitu iacturam lamentantis ecclesiae, quae per segnitiem nostram redigitur per dies singulos ad nimiam paucitatem, credimus nos ex parte aliqua subleuari, quod diligentiae nostrae neglegentia quorundam obesse non possit, quibus numquam nostrae litterae defuerunt, quae per absentiam meam frequentiam omnibus pensauerunt. dissimulationis suae unusquisque contemptor reum semet ipse conscribat, nos autem libera fronte contemptoribus exclamamus quod Salomon confidenter exprobrat: quoniam quidem uocabam, inquit, non obaudiebatis: et extendebam uerba mea, et non intendebatis, sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis: itaque et ego uestrae perditioni superridebo. gratulabor ergo aduersum uos, cum aduenerit uobis interitus, cum aduenerit uobis subito tumultus, euersio autem similis procellae, et cum aduenerit uobis pressura et expugnatio. erit enim cum me inuocaueritis, ego autem non exaudiam uos. quaerent me mali, et non inuenient: oderunt enim sapientiam. uerbum autem Domini non adsumpserunt neque uoluerunt meis consiliis intendere. spreuerunt enim meas correptiones: ideoque edent uiae suae fructus et sua impietate satiabuntur.

2 Ad uos nunc exhortatio nostra conuertitur quos nolumus experiri talia praecipitia ruinarum. metuite quantum potestis eiusmodi casus exitia et in ista subuersione labentium uos experimenta perterreant. nimium praeceps est qui transire contendit, ubi conspexerit alium ce-

2 I Cor. 4, 2. 13 Prou. 1, 24–31.

1 uoce *C* 5 putrefactis *v* 10 meam *C*, nostram *v* 11 ut unusquisque *v* semetipsum *v* 12 exclamemus *v* 17 et cum *v* 19 similis *C*, simul et *v* 26 saciabuntur *C* 27 exh. nostra *C*, mea exh. *v* 30 alium conspexerit *v*

cidisse, et uehementer infrenis est cui non incutitur timor alio pereunte. amator est uero salutis suae qui euitat alienae mortis incursum. et ipse est prouidus qui sollicitus fit cladibus ceterorum, sicut Salomon adprobat dicens: astutus uidens malum puniri, uehementer erudietur, et iterum: cadentibus impiis iusti uehementer terrebuntur. aduersaria est confidentia quae periculis uitam suam pro certo commendat, et lubrica spes est quae inter fomenta peccati saluari se sperat. incerta uictoria est inter hostilia arma pugnare, et inpossibilis liberatio est flammis circumdari nec ardere. quod Salomon abnegat dicens: quis alligabit in sinu suo ignem, uestimenta autem sua non comburet? aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes uero non comburet? sic qui introit ad uxorem proximi sui, non erit inmunis neque omnis qui tangit eam. credite quaeso uos, credite diuinae fidei quin immo quam uestrae: quia omne quicquid pollicetur non potest fallere dicente Domino: facilius est, inquit, caelum et terram praeterire quam de lege unum apicem cadere. et iterum: caelum et terra transibunt, uerba autem mea non praeteribunt. ipsi ergo nos fallimus, quotiens inordinaliter credimus aestimantes per fidem nostram legis praecepta posse mutari, ut inter masculos et feminas speremus passim castitatem immobilem custodiri.

Difficile quis uenenum bibet et uiuet. uerendum est dormienti in 3
ripa, ne cadat, cum dicat apostolus: qui se putat stare uideat ne cadat. in hac parte expedit bene timere quam male fidere. et utilius est infirmum se homo cognoscat ut fortis existat, quam fortis uideri uelit, et infirmus emergat. de qua re praesumptores obiurgat apostolus dicens: si qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum inplanat. pro certo inplanator proprius suam ani-

4 Prou. 24, 12. (?) 10 Prou. 6, 27. 28. 16 Luc. 16, 17. 18 Matth. 24, 55. 24 I Cor. 10, 12. 28 Gal. 6, 3.

2 uero est *v* 10 abnegat *C*, non negat *v* 13 introit C^1, introierit C^2v 14 uos *C s. l. m. 2* 15 plus quam *Erasmus* uestrae *C*, nostrae *v* 20 praecepto C^1 21 posse *om. v* 23 bibat C^1 uiuat *C* uerendum est] uel *C* 25 expedit plus *v; cf. l. 15* 28 quis *C*

mam decipit, qui non cauendo contraria noxiis rebus semet ipse commiserit. ille autem tutius sibi consulit, qui circa malos semper infidus species quascumque noxias extimescit. quorum distantiam Salomon disseruit dicens: sapiens timendo declinabit ab omni malo: insipiens autem confidens sui miscetur iniquo. magnum sapientiae diuinae consilium inuentum est, ubi timoris auxilio liberemur. magna conpendia prouidentiae, ut aliquando fiat uirtus et uictoria per timorem. magna remedia Dominus contulit ad salutem, ut habeat et timidus laudem, sicut Salomon repetit dicens: beatus uir qui ueretur omnia per metum. inaestimabilis Domini misericordia quae undique homini suo contulit gloriam et incomprehensibilis pietas quae secundum pugnas dedit et palmas, ut confidendo masculorum saeuitiam superemus et timendo feminarum blandimenta uincamus, dummodo et de uirtute et de infirmitate super nos glorias Dominus operetur, ut in omnibus et per omnia omnipotentem semet ipse testetur diuidens differentias triumphorum, ut tam consiliis quam uiribus a nobis bella uincantur nec si uinceremus solius fidei fortitudine contra Salomonem uacua essent opera sapientiae. nunc igitur sapientiae arma gestanda, ubi feminei et uiriles sexus certamen indicunt. unde Salomon sic instruit dicens: prudentiam, inquit, fac notam tibi, ut te seruet a muliere aliena et pessima. uidete nunc prudentiam in isto bello, non fidem nobis datam esse uictricem quae nos timiditatis remedio liberasset, et contemplamini quae sunt modo arma sumenda, si uultis habere legis auxilia. estote timidi ut sitis intrepidi: et licet timor in certamine infirmitas esse uideatur, tamen secundum uerbum apostoli uirtus in infirmitate perficitur. separamini deprecor, separamini a contagione pestifera.

4 Prou. 14, 16. 10 Sir. 25, 11. 20 Prou. 2, 16. 26 II Cor. 12, 9.

2 totius C^1 7 liberentur C^1 11 undique *C*, unicuique *v* suo *C*, suam *v* 13 confitendo *v* 15 dominus glorias *v* 16 tam *om. C in ras.* 17 Nec *C*, ne *v* uicerimus *v* 19 gestanda sunt *C* uirilis *v* 20 indicunt *C*, indicitur *v* 21 aliene C^1 27 a *om. v*

Quantumcumque fuerit unusquisque longius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. minus uoluptatibus stimulatur, qui non est, ubi frequentia est uoluptatum. et minus auaritiae molestias patitur qui diuitias non uidet, si admittimus apostolum pollicentem: qui uolunt, inquit, diuites fieri, incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et inutilia et noxia, quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. non aliter temptationibus subiacet qui iunctus est feminae, in qua nihil est aliud nisi quod feriat proximantem. aculeus peccati facta est forma feminea, et mortis condicio non aliunde surrexit nisi de muliebri substantia. quod Salomon ad nostram sollicitudinem memorat dicens: a muliere factum est initium peccati, et propter hanc omnes morimur. inde mortales tenemur nec timemus. quid si iam inmortales essemus? per mulierem liberauit nos equidem Christus, sed unde adhuc morimur formidare debemus. tunc liberatio ipsa constabit in femina, si a nobis mors reuincatur quae per feminam uenerat. ceterum si adhuc per mulierem circa nos scandala dominantur, liberationis Christi fecimus pro certo dispendium: siquidem in futurum spes ista libertatis manet quam fidei nostrae Christum credimus contulisse, ut tunc nobis omnino mulier non noceat, cum et ipsa mors fuerit euacuata. nam si modo putamus nos intemptabiles esse mulieribus iaculis, nihil ergo restat caelestibus regnis. non inmerito tales sensus apostolus increpat dicens: iam satiati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, et utinam regnetis. tempus ergo adhuc luctaminis geritur et mors per feminam adhuc usque grassatur. mentior, si non uidemus exinde interitus plurimorum. quanti et quales episcopi et clerici simul et laici post confessionum uictoriarumque calcata certamina, post magnalia et signa uel mirabilia usque quaque monstrata noscuntur cum his omnibus naufragasse, cum uolunt in naui fragili nauigare? quantos leones domuit una

4 I Tim. 6, 9. 12 Sir. 25, 24. 23 I Cor. 4, 8.

2 uoluntatibus *C* 3 frequentia est ubi *r* 5 et *C*, et in *r* muscipulam *C*², muscipulas *r* 13 quid si] quasi *fort.* 21 mulieribus *C*¹ 22 nihil *C*, quid *r* 23 apostolus paulus *C* *alteram* iam *C s. l. m. 2* 24 regnastis *C* 25 luctaminis adhuc *r* 29 usque *C s. l. m. 2* 30 una *C*, una muliebris *r*

infirmitas delicata, quae cum sit uilis et misera, de magnis efficit praedam? quod Salomon loquitur dicens: pretium meretricis quantum est panis unius, mulier autem pretiosas animas capit.

5 Ante nos ista tractantur, et nullis terroribus coercemur: quid faceremus, si opinionibus tantummodo gestas historias audiremus? sed haec est semper incredulitas humanae duritiae, ut non solum audiendo sed etiam uidendo non credat alteros interisse, nisi et se ipsam uideat interire: nec sociorum mortibus quatitur, dum illos promeritos aut inualidos opinatur. se autem multum mereri aut multum ualere fiducialiter putat, nesciens praeberi cunctis exempla, cum fuerint quibusdam inrogata supplicia, sicut Dominus in euangelio proponit et dicit: putatis quod hi Galilaei prae omnibus Galilaeis fuerunt peccatores qui talia passi sunt? non. dico uobis: nisi paenitentiam habueritis, similiter perietis sicut illi supra quos cecidit turris in Siloa, et occidit eos. putatis quoniam et ipsi debitores fuerunt prae omnibus hominibus habitantibus in Hierusalem? non. dico uobis: si non paenitueritis, similiter perietis.

6 Miramur si Adam per Euam seductus est, quem nulla morientium exempla praecesserant, nisi iussio una constrinxerat, cum modo nos nec innumerabiles mortes nec infinita iussa conpescunt. quibus conuenienter dicitur secundum increpationem Domini: si Adam uidisset mortes quae factae sunt in uobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egisset. dico autem uobis, quoniam Adae tolerabilius erit in die iudicii quam uobis. longe satis longe sit pestis ista et lues et clandestina pernicies. o quam inordinalis feminae propinquitas. iaculatur cuius uicina est delictorum latrocinium. non est in hac societate sinceritas adprobabilis quae conlisiones habet uelut quibusdam fluctibus turbulentis. in hac familia-

2 Prou. 6, 26. 13 Luc. 13, 2—5.

2 quantum *C*, tantum *v* 3 unius panis *v* 8 uideat *C*, uiderit *v* 14 fuerint *v* 18 non *om. C* 21 et nisi *v* nec et *C* 22 compescant *v* 24 sunt *om. v* 26 satis longe *om. v* ista *C*, illa *v* clandistina *C* 27 inordinabilis *v* propinquitas iaculatur cuius uicinia *Erasmus* 28 latrocinium] lenocinium *coni. Grauius* 29 turbulentas C^2v

ritate non habitat amica concordia, quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. fecit equidem mulierem uiro Dominus adiutricem, sed serpentis inuidia personam sumpsit hostilem. quod si illa de uiro suo nata usque hodie ipsum cui iungitur temptat, quanto magis illa quae copulatur nulla lege coniuncta? et si illi qui duo sunt in carne una concreti temptationibus mutuis inuicem pungunt, quid faciunt hi qui in una carne nec nati nec iuncti sunt? praesertim quia nec Deum iam inuocare permittitur qui caritate alterius auocatur, nec sinitur cogitare diuina qui sibi quaesiit cui exhiberet domesticam curam. propter quod sic apostolus consulit dicens: uolo uos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est, sollicitus est quomodo placeat Deo: qui autem habet uxorem, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. quid est nunc quod in hac coniunctione delectet, in qua solae pugnae sunt? aut quae utilitas fauet, ubi non sunt officia coniugalia, quando nec ipsa possunt esse secura? causale est omne quod feminae est et copulatio eius semper infesta est. foedere suo magnas molestias praestat et cui adhaeserit contra fas, insanabilem ingerit plagam. de carbonibus scintillae dissiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, et mulier fundit concupiscentiae pestilentiam quam Salomon sic conparat dicens: de uestimentis procedet tinea, et a muliere iniquitas uiri.

Volo scire quae sit affectio ista communis, quae morbi dissensio 7
semper ambigua propositum suum nutantibus consiliis inpugnando conturbat. ut quid sibi adhibuit mulierem qui ducere contempsit uxorem? omnis qui non manducauerit carnem, ut quid habitationem suam carnis apparatibus replet? et qui non biberit uinum, quid uini oblectatione perfruitur? quasi non aliquotiens habendo nec gustando

10 I Cor. 7, 32. 21 Sir. 42, 13.

1 quoniam quidem *C sed* quidem *exp.* 2 m. uiro d. *C*, uiro d. m. *v* 6 facient *v* 9 quaesiuit *v* 10 apostulus *C* 12 de dn̄o quomodo *C sed* de dn̄o *exp.* 13 sunt solae pugnae *v* 16 causale] casuale *coni. Erasmus* 22 uiri *sup.* mulieris *scr. C m. 2* 24 quae propositum *v* 27 uini *C*, uidendi *v*, *om. Remboltus* 28 habendo *C*, uidendo *v*, et bibendo *Remb.*

copia esculentorum animus pascitur, et uini odoriferi sola fragrantia saepius suscitatur animus. quid per hypocrisin uult ab hominibus abstinens dici et in secreto carnibus et ebrietate distendi? habent multi diuitias quas suis usibus negant sed pro cupiditate conseruant, quibus si nulla cupiditas inhaesisset, nec cupiditatis insignia possiderent. at uero quia cupiditate possessi sunt, perfruuntur animo quod usu non tangunt. ita is qui despexit uinculum nuptiarum, et aliter femineis uinculis obligatur: quamuis nullo concubitu misceatur, desiderio tamen uisu conloquio coniunctione semper oblectatur. nam si desiderium feminae non haberet, numquam feminam suis oblectamentis adsumeret. immo uero insuper mihi suspectum placitum dedit qui non legitimam duxit et legitimam recusauit: nisi fallor, in publico argumentatus est hominibus promittere sanctitatem et in occulto sine uxore non esse. duo argumenta libidinis et sanctitatis hinc et inde miranda sunt, quae utraque inuicem tegunt et utraque inuicem produnt. ingeniosus eunuchus et moechus inuidet sibi dum consulit, et dum quaerit utrumque, neutrum fecit, ut sanctus minime deputetur qui non uera coniunctione perfruatur, cum Paulus apostolus dicat: **alligatus es uxori? ne quaesieris solutionem. solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem.** sed consentio non esse castitatis huius pudicitiam uiolatam: suspiciosis tamen malam porrigit famam et pudicitiae bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit, quod forinsecus efficit infamari, destruens magisterium Pauli apostoli prouidentis pariter et monentis: **ut quid**, inquit, **libertas mea iudicatur ab infideli conscientia? si ego gratiae participo, ut quid blasphemor pro eo quod gratias ago?** peius est quam moechia continentiam ducere criminosam et infamem facere sanctimoniam. blasphemiam ingerit religioni quam coluit, qui quod

18 I Cor. 7, 27. 24 I Cor. 10, 29.

1 esculentorum] excolenter *C* flagrantia *C* 2 suscitatur saepius *v* animum C^1 7 is *ex* es *C m. 2* 8 uinculis femineis *v* 14 sanctitatis et libidinis *v* 16 inuidit C^1 17 neutrum *C s. l. m. 2* facit *v* ut *ex* utrum *C m. 2* qui *ex* quam *C m. 2* 20 sed] sed quero *C sed* quero *exp. m. 2* 22 quod *C*, qui illud *v* 23 apostoli *om. v* 25 ego *C*, ergo *v* 28 blasphemium *C* coluit *scripsi*, contulit *C*, colit *Pamelius*

confitetur non ante omnes impleuerit, ne christianitas credatur esse fallacia et moechatio uideatur sanctitatis uelamento uestita. propter quod Dominus in euangelio sic praemonet dicens: sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona magnificent patrem uestrum qui in caelis est. hoc sequitur et Paulus apostolus dicens: non ergo blasphemetur bonum uestrum. et iterum: prouidentes quae bona sunt non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. et alio loco: siue ergo manducatis siue bibitis siue aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite et estote sine scandalo Iudaeis et Graecis et ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo.

Sed opponitur forsitan, quid est quod ipse iterum dixerit: si ho- 8
minibus placere uellem, Christi seruus non essem? numquam se quaecumque dicta legis excludunt, sed certis locis responsa uniuersa defixa sunt. illic placere hominibus non licet, ubi uoluntas hominum non capit Domini uoluntatem: ubi uero acceptant homines quod ad gloriam proficit Dei, innotescere omnibus ipse Paulus apostolus praecepit. unusquisque, inquit, nostrum proximo suo placeat ad bonam aedificationem. quatenus ergo praemium sanctitatis exspectat, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed etiam fidelibus perniciosum praebet exemplar? ut infirmi sub praetexto dilectionis subtiliter fornicentur et pudicus inpudicissime castitatis praebeat magisterium destruens quod Paulus apostolus comminatur: periit, inquit, frater infirmus in tua scientia, propter quem Christus passus est? sic autem peccantes in fratres et percu-

3 Matth. 5. 16. 6 Rom. 14. 16. 7 Rom. 12, 17. 9 I Cor. 10, 32. 13 Gal. 1, 10. 19 Rom. 15, 2. 25 I Cor. 8. 11. 12.

2 uideatur esse *v* 7 quae bona sunt *C*, bona *v* 10 aliquid *C*, aliud quid *C²v* in *C s. l. m. 2* gloria *C¹* 11 estote *C s. l. m. 2* et (*ante* eccl.) *C s. l. m. 2* 12 omnibus *C s. l. m. 2* 13 oppinitur *C¹* forsan *v* 19 usque proximo suo *C sed* usque *exp. et* suo *s. l. m. 2* 20 quatenus *C¹*, quale *C²v* 22 etiam infidelibus *C* 23 praetextu *C²v* 26 scientia *C*, conscientia *v* 27 et *C s. l. m. 2*

tientes conscientiam ipsorum infirmam in Christum peccatis. et quidem non hoc iuuenibus tantum sed et senibus congruit fratrum inbecillitati consulere, ne senectus perire prouocet iuuentutem, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere: sicut Eleazar in libro Machabaeorum profitetur et dicit: praemitti malo in infernum [quam patrias leges deserere]. non enim aetatem nostram dignum est fingere, ut multi adulescentium arbitrati Eleazarum nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum et ipsi propter meam simulationem et propter modicum et corruptibile tempus uitae per me seducantur, et odium ac maculam senectuti meae adquiram. ille maluit uitam suam tormentis obicere quam cuiquam magister perditionis existere: et nos ubi nulla tormenta sunt, fluxibus solis saluandos fratres nolumus anteponere, nec contenti sumus sine ullis cruciatibus tam nobis prodesse quam ceteris, cum ille noluit uiuere moriturus, sicut inferius prosecutus est dicens: quamobrem fortiter uitam excedens senectute quidem dignus adparebo, adulescentibus quidem exemplum forte relinquam, ut prompto animo ac fortiter pro grauibus et sanctis legibus honesta morte secedant. cum hoc etiam laicos deceat, ne aut extraneis blasphemandi occasiones aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant, tum maxime clericos uehementer necessitas ista constringit, quibus aut religio blasphemata aut fraternitas perdita poenas duplices inrogabit. nec inuenient in iudicio Domini ullum omnino solacium qui alienigenis et fratribus peccandi fomitem ministrarunt. propter quod sic Paulus apostolus Titum instruit dicens: te ipsum bonorum factorum praebens exemplum in doctrina, in integritate, in

5 II Mac. 6, 23—25. 17 II Mac. 6, 27. 28. 27 Tit. 2, 7. 8.

1 ipsorum *C*, eorum *v* christo *ex* christum *C m. 2* 2 et q.] equidem *C* 5 eleazarus *v* 6 quam p. l. deserere *om. C* 7 aetate nostra *v* 11 macula C^1 14 fluxibus] luxibus *fort.* nolumus s. f. *v* 17 uita *v* 18 *prius* quidem *om. v* quidem *C*, autem *4 codd. Baluzii* 19 prumpto C^1 20 honestae morti succedant *v* 22 b. occasiones *C*, occasionem b. *v* oportunitatem *C* opponat C^1 24 inrogauit C^1

grauitate, in uerbo sano atque inreprehensibili, ut aduersarius reuereatur, nihil habens de nobis dicere mali. et iterum, omnibus, inquit, fidem bonam ostende, ut bonam doctrinam saluatoris Domini nostri praeferant in omnibus. sic et ad Timotheum scribit dicens: forma esto fidelibus in sermone, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate. quod et Petrus apostolus satiat dicens: conuersatio, inquit, uestra in gentibus bona sit, ut in eo in quo detrahunt de uobis quasi de malefacientibus de bonis operibus uestris glorificent Dominum. et iterum, quoniam sic est, inquit, uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis stultorum hominum ignorantiam.

Nec quisquam sibi proponat et dicat: habere uolo quod uincam. ho 9
est enim dicere uiuere desidero sub ruina. quis tam stultus qui artari cupiat ad laborem, cui offertur delicatius triumphare? neque enim duplex triumphus est sub feminae praesentia probari uictorem quam [est] in singularitate seruare sponsionem integram sanctimoniae. et cum sit unus titulus gloriarum, hoc loco uanus fortis est qui satis laborat et cum illo, qui parum laborando uicerit, pariter muneratur. quid quod ille quin immo consummatus adscribitur, qui se omni parte femineis affectibus ostentat abscisum? quia eum Dominus in euangelio perfectum uocat qui totum suis usibus amputauerit patrimonium. certe etiam soli cuicumque cotidiani triumphi pro castitate non desunt, quia numquam desideriis carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, quod apostolus adfirmat dicens: caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem: haec enim inuicem aduersantur sibi ut non

3 Tit. 2, 10. 5 I Tim. 4, 12. 8 I Petr. 2, 12. 11 I Petr. 2, 15. 26 Gal. 5, 17.

3 ostendentem C^1 7 saciat C^1, hortatur C^2v: *cf. Cypr. p. 755, 15* 8 ut *ex* et C 9 in quo C, quod v de *om.* C quasi C, tamquam v malefacientibus C, malefactoribus v 10 deum v 15 ruinam C^1 qui C *corr.* 16 delicatius triumphare C, delicatus triumphus v 18 integram sponsionem v 19 uanus C, unus *Erasmus* 20 munerantur C^1 21 parte C, tempore *Erasmus* 22 abscissum v 27 et spiritus C, spiritus autem v

quaecumque uultis illa faciatis. habes nunc carnem tuam quam superes semper: quid tibi uis alteram uel conducere? nemo super unam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat hemitritaeo insanabili laborare, cui nullus ualeat medicus subuenire. neque aliquis super onus proprium tollit insuper alienum, ne oneribus duobus oppressus usque ad inferos demergatur. unde sic Hieremias propheta docet sanctitatis pondus singulariter sustinendum. bonum est, inquit, uiro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter et silebit, quoniam tulit super se iugum graue.

10 Sed quisquam malignus obsecutor ad dictum apostoli Pauli confugiat dicens: onera uestra sustinete inuicem, et sic implebitis legem Christi. non haec sunt onera quae Paulus apostolus imperat subuehenda, sed ut tolerantes nosmet ipsos discordia nulla discernat et in temptationibus constitutis fratribus mutua praebeamus auxilia, non ut ipsi nobis temptamenta per feminas procuremus, sed ut temptamentorum magis pondera subleuemus: cum sciat quale sit sanctitatis iugum quod uix singulare portetur. de quo non solum ipse sed et Dominus noluit certum definire praeceptum, dicens: non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. et iterum: qui potest capere capiat. si ergo difficile singulariter magnitudo istius ponderis toleratur, quomodo tolerabitur, si geminatis ponderibus praegrauetur? et si singulares paene omnes uix durant carnales insidias sustinere, quid faciunt illi qui ex utroque latere gladiis impendentibus non cunctantur incumbere? plus dico. si mariti et uxores desideria coniugalia cotidie gerentes non sibi sufficiunt, quid agunt illi qui ad augendas inpugnationes feminis sociantur? ex inprouiso uel transeunter ad horam femineus aspectus occurrens uelut sagittas alienis oculis iactat. quando libera non est simplex

7 Thren. 3, 27. 12 Gal. 6, 2. 20 Matth. 19, 11.

2 uel] uelle *C* 3 emitriteo *C* 4 labore C^1 5 super *C s. l. m. 2* 8 uero C^1 11 confugiet dicentis *v* 15 mutua *om. v* 25 impendentibus *om. C* si *C s. l. m. 2* 26 uxoris *C* sibi non *v* 27 iugendas *C* 28 improuisu *C* 29 libera *C sed.* era *s. l. m. 2* simplex *ex* supplicia *C m. 2*

reuerentia, quid illic geritur, ubi libertatis sumit mulier in contubernalitate constantiam? quando in domesticis negotiis nunc lacertos ac femora lanificis operibus nudat, nunc aestuans detegit membra, nunc fatigata iactatur aut in risu aliquando dissoluitur, nunc blanditias exhibet et quod est uenenosius super cuncta psallere delectatur aut canere? cuius cantu tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. contra quam Salomon sic nos cautos efficit dicens: c u m s a l t a t r i c e n o l i a s s i d u u s e s s e, n e c a u d i a s i l l a m, n e f o r t e d i s p e r e a s i n e f f i c a c i a e i u s. taceo reliqua quae magis pudenda sunt quam dicenda, solum hoc dico: in dolore uel in ira mulierem frangi conspicere iam non est sine mulcedine. quid dicimus si uideas iocundantem aut quod est deterius blandientem? semel dixerim: omnis inconueniens sodalitas mulierum gluten est delictorum et uiscum toxicatum quo diabolus aucupatur. incongrua est societas feminarum, quarum sodalitatem ita nos rursum Salomon docet in omnibus praecauere: c u m a l i e n a, inquit, m u l i e r e n e s e d e a s o m n i n o e t n o n a l t e r c e r i s c u m i l l a i n u i n o, n e f o r t e d e c l i n e t c o r t u u m i n i l l a m e t s a n g u i n e t u o l a b a r i s i n p e r d i t i o n e m.

Postremo si animum nostrum confidimus in hac communitate perse- 11
uerare semper, uel illud apud nos debet esse suspectum, ne ipsae quae nobiscum conueniunt in nos ipsos forsitan moueantur aut in alteros amores prae rapida aetate incitamentis furialibus stimulentur: et erit nobis causa, quod peius est, sine causa ut fornicatio nos maculet aliena, apud quos suggeritur ceteris occasio lupanaris, et crimine alieni reatus absorbebimur, cui nos ipsi subornamus immunditiae lenocinium. propter quod apostolus Paulus de similibus ita nos instruit dicens: s i p r o p t e r e s c a m f r a t e r t u u s s c a n d a l i z a t u r, i a m n o n i n c a r i t a t e a m b u l a s. n o l i e s c a t u a i l l u m p e r d e r e,

7 Sir. 9. 4. 16 Sir. 9. 9. 27 Rom. 14. 15.

4 risu *C*, risum *Erasmus*, usu *v* 7 saltatrice *C*, cantatrice *v* 11 conspicere *C* spic *in ras.* 13 solidalitas *C* 14 quo] quod *C* est *C s. l. m. 2* societas *C*, sodalitas *v* 16 non *C*, ne *v*: *cf. cap. 11* 19 perseuerare *C*, durare *v* 20 nos non *C sed* non *exp.* ipse *C* 22 rapida *C in ras. m. 2* 23 quod *C*, aut quod *v* 24 et *ex* nec *C m. 2* 25 absorbimus *C*[1]

propter quem Christus mortuus est. et iterum: bonum est non manducare carnem neque bibere uinum neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infirmatur. et alio loco, hoc, inquit, iudicate magis, ne ponatis offendiculum aut scandalum fratri. et de semet ipso sic ait: propter quod si cibus scandalizat fratrem, iam non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem scandalizem. cum ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detestabilis, etsi adulteros non potest facere, facit tamen lenones adulteris et incestis. quis enim alterius cordis scrutator qualitatem uniuscuiusque perpendat et pro altera persona contra satanan repugnator, circa Deum uero idoneus fideiussor esse praesumat? de semet ipso demens est, qui aliquid pollicetur, non dicam si etiam pro femina sponsionem ponere uideatur, cum Paulus apostolus sic de se pronuntiat dicens: non quia iam accepi aut iam iustificatus sum aut iam perfectus sum, sequor autem si conprehendam, in quo et conprehensus sum a Christo. fratres, ego me non arbitror comprehendisse adhuc: unum tamen, posteriora quidem obliuiscens, ad ea quae sunt ante petens ad regulam sequor ad palmam supernae uocationis Domini nostri Iesu Christi. quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. et iterum, mihi, inquit, pro minimo est, ut a uobis iudicer aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. qui autem me iudicat, Dominus est. et alio loco, beatus, inquit, qui non iudicat semet ipsum, in quo probat alium. quamuis ergo nos nec de nostra stabilitate certum aliquid habeamus qui sine cessatione concutimur inter fluctus saeculi

1 Rom. 14, 16. 4 Rom. 14, 13. 6 I Cor. 8, 13. 15 Phil. 3, 12—14. 22 I Cor. 4, 3. 25 Rom. 14, 22.

3 in quo *C*, ostendere in quo *v* offenditur *v* 6 fratrem meum *v* 9 lenones *C*, peiores *v* 10 cordis alterius *v* 13 non C^1, ne C^2*v*; *cf. cap. 18* 14 pronuntiet *v* 16 si] si quomodo *v* 17 me *C s. l. m. 2* 18 adprehendisse *C* adhuc *om. v* 19 petens *C*, pedes *v* 21 christi] christi sequor *C* 22 et iterum *2 codd. Baluzii, om. C* 23 h. die] humana fide *C* 24 iudicat me *v* 25 in *C s. l. m. 2*

sustinentes procellosos incursus, tamen si alicui tanta fiducia est de immobilitate propriae firmitatis, saltim sollicitus reformidet, ne ipse sit scandalum uisibus alienis et terreatur uoce Domini comminantis: uae, inquit, huic mundo ab scandalis: uerumtamen uae homini illi per quem scandalum uenit. si has Domini comminationes religioso corde metuimus et reueremur, plus de aliis quam de nobis extimescamus periculum nostrum, qui mutuis ab apostolo Paulo utilitatibus obligamur. non quae sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed aliorum. et iterum: nemo quod suum est quaerat sed quod alterius.

Sed aliquis arripiens de ipso Paulo quod opponat, unusquisque, 12
inquit, nostrum pro se rationem reddet Deo et unusquisque suam sarcinam portabit. qui non uult ergo pro altero reddere rationem, nec causis eius aut negotiis debet particeps inlicitus interesse, et qui liber uel inmunis circa sarcinas alienas conatur existere, nihil alienum contraria condicione teneat infra se. nam necesse est rationi alterius subiciatur qui negotium tractauerit alienum. oportet eum damno perstringi uel dispendio sarcinarum, apud quem sub intuta custodia fratris sarcinae perierunt, quia quicquid in domo nostra sub minus idonea tutela fuerit aut latrones effregerint, nostrum est et a nobis exigitur quicquid per inertiam nostram male commissum est. tunc uero ab inuicem liberi sumus, si nihil apud nos de re alterius reseruetur.

Forsitan aliquis dicat: 'ergo nec ad domum orationis debemus pa- 13
riter conuenire, ne aliquis aliquem scandalizet?' haereticae professioonis est ista contradictio calumniosa quae de bonis praescribit ut ad-

4 Matth. 18, 7. 8 Phil. 2, 4. 9 I Cor. 10, 24. 11 Rom. 14, 12.

3 uisibus *ex* usibus C et *scripsi*, si C^1, sed C^2v terreatur C ea *corr.* uocem C^1 6 ueremur *Pamelius* 9 quae aliorum *v* 11 aliqui C^1 arripiens C ens *in ras.* opponere C^1 12 nostrum C, uestrum *v* deo C *s. l. m. 2* 13 portat C^1 14 eius C *sed* us *s. l. m. 2* aut C, nec *v* 17 est C, est ut *v* 20 fuerit C, perditum fuerit *v* effringerint C^1 21 exigetur *v* 22 est C, custoditur *v* 23 apud nos C *s. l. m. 2* reseruentur C

serat mala, et de sanctitate praeiudicat ut immunditiam suptiliter introducat, de licito calumnias facit ut obtinere inlicitum possit. propter quod apostolus Paulus haeresi huic ante praescribit dicens: uerumtamen neque mulier sine uiro neque uir sine muliere in Domino. absit absit ut ubique feminae praescribantur aut ubique permissio tribuatur. habent loca sua circa maritum circa filios circa fratres circa parentes circa seruos et in domo orationis tantummodo iuxta cunctos clericos. in mansione autem una sine cognatione conpetenter non habent socios. haec est libra quae stat. stare uero non potest quicquid inclinauerit libram dicente scriptura: non declinabis in dexteram neque in sinistram. et Dominus in euangelio: quod amplius est a malo est. disce nunc temperantiae modum qui per licentiam quaeris excessum. ama feminas inter sacra solemnia et odio habe in communione priuata, si uis Salomonis tenere doctrinam: tempus, inquit, amandi et tempus odiendi.

14 Tunc ergo cauenda sunt feminae participia, quando geritur carnalium curarum continua unanimitate frequentia, quoniam inter curas suas caro semper incitamenta cupidinis prouocat et illic parit fomenta peccandi, ubi pertractans commoda sua temporalis uitae cogitationibus senserit paululum relaxari, sicut Salomon adserit dicens: deprimit terrena cogitatio sensum multa cogitantem. in conuentu uero sacrorum, ubi spiritus dominatur, ancilla semet ipsam cognoscens perdit suae uoluptatis usum, perdit et luxum dum tractantur caelestia, dum celebrantur sancta mysteria: tota humanitas occupatur, ubi non humana sed diuina sunt omnia: ubi ueneratio uel terror et tremor incutitur animis uniuersis, sepulta est profecto substantia carnalis. inter ipsa fere carnis mercimonia multi uoluptatem corporis neglegunt, quando a legionibus exercitia medi-

11 Prou. 4, 27. 12 Matth. 5, 37. 15 Sir. 3, 8. 21 Sap. 9, 15.

5 ut *C s. l. m. 2* 9 libra *C*, libera *v* 10 libram *C*, libera *v* 18 unanimitate *C*, unanimiter *v* 19 *post* semper *eras.* etiam *in C* parit** *C* 22 terrena* *C*, terrae *v* 23 in *C s. l. m. 2* ancillam *C* 27 tremor et terror *v* 28 profecto *C*, perfecte *v*, perfecta *Oxon.* 29 quando *C*, scilicet quando *v*

tantur armorum aut crepat litibus forum aut resonant litteris auditoria aut negotiatores commerciis instanter incumbunt aut artifices in artificia ipsa propensi sunt: quanto magis ubi non carnale opus hominum sed spiritale geritur angelorum? nihil illic inpugnationes possunt ubi et ipsi daemones cedunt, et nulla sexus alicuius permittitur considerari distantia, ubi nec aetas nec dignitas sed sola aequalitas regnat: atque ut plenius dicam, omnes illic tales sensus accipiunt ut et ipsa coniugalitas ignoretur, ubi Christus loquitur auditur adtenditur et per omnia et in omnibus solus est totum testante apostolo et dicente: ubi non est, inquit, Iudaeus et Graecus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, masculus et femina, seruus et liber sed omnia et in omnibus Christus. hunc plane conuentum gloria est celebrare cum feminis, in quo nulla discretio est qualitatis, cui tantum licet omnes aequare sine aliqua differentia, ut nec in ipso baptismate cuiusquam nuditas erubescat, ubi Adae et Euae renouatur infantia, nec exponit sed potius accipit tunicam.

Quod si et illic sit aliquis diabolo peior qui feminarum aspectibus 15
feriatur, de nullo tamen congregatio nostra culpatur quae propter caelestia, non propter terrena colligitur. uiderit si quis illic improbus luxuriosis optutibus fuerit, nullo modo alterum laedit qui non ad hominem sed ad Christum pro salute processit. quin etiam de suis contradictionibus contradictores excludam, ut non meis sed suis propositionibus cedant. si inter festa sacra potest communis conuentio scandalizari ubi temptator et ipse diabolus tremit, quis illic stabilem se esse promittit ubi temptator audenter occurrit? et si illic periclitamur ubi Dei praecepta nos congregant, quid agimus ubi Dei iussa nos separant? et si turbamur illic ubi Dei uoluntate munimur, quanto magis ubi non solum diabolum sed etiam Dominum habemus aduersum? cum

10 Col. 3, 11.

11 scita *C* 14 est discretio *v* cui *C*, ubi *v* 16 renouatur *cr* renatur *C m. 2* potius sed *C* 18 aliquid *C*[1] 19 de] sed de *C* sed *exp. m. 2* nostra *C*, uestra *v* 20 uiderit *C*, uerum tamen *uel* quod *v* improbus *om. v* 21 sacra *C*, sancta *v* 25 et ipse *C*, ipse *v* stabilem** *C* 26 **ubi *C*

sacrosanctis enim iussis nobis diuina protectio ministratur, sicut Esaias ait, legem, inquit, in adiutorium dedit: sine iussionibus uero diuinis nullum potest esse praesidium.

16 Aliud est quod Deus imperat facere et aliud uoluntati eius obsistere: cuius ita sunt mandata seruanda, ut si aliquid iusserit quod secundum homines iniustum uideatur, iustum credatur et fiat, et si iustum iusserit, iustum deputetur et fiat: cum sine uictoria non potest esse quod mandat, qui potens est iniustitiam iustificando uocare iustitiam et iustitiam reprobando iniustitiam probare transuersam, cuius uoluntas est sola et uera iustitia. si enim totum quicquid gerimus ad hoc tantummodo gerimus, ut Domino placeamus, profecto hoc solum erit iustum quicquid uoluerit et iusserit et probauerit Deus cui placere gestimus. nam cum serui non possint a semet ipsis scire quid suis dominis placeat, nisi dominorum sequantur imperia, et utique homines ** et *cum* ipsi homines hominum similium sibi non ualeant uoluntates agnoscere, nisi acceperint quod obseruent: multo magis mortales nesciunt immortalis Dei iustitiam conprehendere, nisi ipse iustitiarum suarum dignetur indicia demonstrare, sicut Salomon adprobat dicens: quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid uelit Deus? cogitationes mortalium timidae et incertae prudentiae nostrae. corpus enim quod corrumpitur adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. difficile aestimamus quae in terra sunt et quae in prospectu sunt inuenimus cum labore: quae in caelis autem quis inuestigabit? sensum autem tuum quis scit, nisi tu dederis sapientiam et miseris sanctum spiritum de altissimis? et si cor-

2 Es. ? 19 Sap. 9, 13–19.

1 iussis *v*, et iustis *C* diuina *om. C* 6 iniustum esse *v* 7 reputetur *v* uictoria *C*, iustitia *v* 9 probare] reprobare *C* 10 quicquid *C*, quod *v* 11 hoc] adhoc *C* 15 et ipsi homines *om. v* cum *addidi* ualent *C* uoluntates] utilitates *C* 20 cogitationes enim *v* 23 inhabitatio] cogitatio *C*; *cf. LXX*: *βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος* 25 prospecto *C* 26 autem sunt *v* 27 qui *C* dederis ei *v* 28 spiritum sanctum *v*

rectae sunt semitae eorum qui in terra sunt, et quae tibi placent didicerint homines, et per sapientiam sanati sunt. ambulantes in tenebris sibimet ipsis lumen non possunt ostendere, nisi ultroneum se ipsum non uidentibus offerat lumen. ita humana caecitas ad Deum non dirigit uiam nisi ipse lucernam legis ostendat. unde Dauid sic loquitur dicens. lucerna est, inquit, pedibus meis uerbum tuum et lux semitis meis. et iterum: praeceptum Domini lucidum inluminans oculos. hoc est ergo luciferum quodcumque a Deo fuerit intimatum: et hoc Deo dignum quod ipse Deus uoluntati suae fatetur acceptum, ut exerat per omnia dominatum. alioquin nec nos serui adscriberemur nec ipse Dominus haberetur, si secundum uoluntatem nostram permitteremur inpendere seruitutem et arbitrio nostro non Dei eligeremus exercitamenta iustitiae. tales Paulus apostolus uanificat dicens, ignorantes, inquit, Dei iustitiam et suam uolentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. tollantur nunc e medio ambages istae tam uanae et querimoniae inaniter calumniosae. ad spiritales actus cum feminis Deo iuuante non metuimus adunari, qui per Dei iussionem iustitiam nos credimus operari, ex qua nobis scimus munimenta supponi. priuatim uero continentibus quam plurimum clericis et uirginibus hospitia separanda sunt, quia quod Deus iniquum iudicat iustum esse non potest. contubernium tamen etsi nulla in ipso contubernio turpis consuetudo noscatur, accendit, quia inpossibile est integritatem ad uictorias peruenire quae contendit contra Dei iussa pugnare. quantum enim lex obeedientibus suggerit adiutorium, tantum inobaudientibus incitat quin immo peccatum dicente apostolo: uirtus, inquit, lex peccati. qui nos ergo iussit ut in sacris suis cum feminis triumphemus, ipse nos iubet ut priuatim pugnas femineas caueamus.

6 Ps. 118, 105. 8 Ps. 18, 9. 14 Rom. 10, 3. 27 I Cor. 15, 56.

2 didicerunt C^1 7 semittis C 9 fuerit a deo *v* 11 exerat C, exerceat *v* 12 uoluntatem] aequalitatem C 20 monimenta C^1 22 etsi] si C 23 nascatur *Erasmus* accedat *ex* accidit C *m. 2* 24 uictoriam *v* 26 quin immo *om. v* 27 peccati lex *v* 28 nos *om. v*

17 Sunt equidem necessitates aliae, quae nos priuatim quoque feminas uidere conpellant, sed etiam ipsae diuini praecepti uel operis imperant efficaciam, ut uisitemus, ut solacia praebeamus, ut hortamenta uitalia salubriter intimemus: nec tamen et in his officiis minor cura gerenda est pro moribus nostris, ut clarescant in nostra operatione indicia puritatis. seueritas non desit quae sub clerico feminam possit adstringere, ut ipsam consolationem nostram suscipiat cum tremore et ita sentiat uisitationis affectum, ut clericum ueneretur. ac ne tardius sit euagari per singula, totum quicquid agimus honestum esse potest, si semper in nobis signa honestatis eluceant, sicut Paulus apostolus uniuersa complexus est dicens: omnia uestra honeste fiant. et iterum, sicut praecepimus, inquit, uobis, honeste ambuletis. non bene succedit quicquid agitur passim, et sanctum non est quod geritur sanctum, nisi sancte quod sanctum est peragatur, sicut Salomon adserit dicens: qui enim custodierint iuste iusta iustificabuntur. sinceriter ergo sinceritas ipsa seruanda est et omne quod uoti est etiam in actu signandum, ne aliud uota commendent et aliud actus insinuent. undique probanda et institutio uoluntatis et undique consummandus est cursus uniuscuiusque certaminis, ne minus sit aliquid ad triumphum, si non plenius dimicetur. hinc Paulus apostolus introducit documenta certaminum: sed et qui in agone, inquit, certat, non coronabitur, nisi legitime certauerit. et iterum, nescitis, inquit, quoniam qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium. sic currite, ut conprehendatis. omnis autem qui in agone contendit ab omnibus continens est: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. plenitudo est ergo sanctitatis

11 I Cor. 14, 40. 12 I Thess. 4, 12. 15 Sap. 6, 11. 21 I Tim. 2, 5. 23 I Cor. 9, 24. 25.

1 quoque priuatim *v* 2 conpellat C^1 operis uel praecepti *v* imperat *C* 5 gerenda *C*, agenda *v* 6 seueritatis C^1 8 ne *ex* nec *C* 9 euagare C^1 11 honesta *C* 12 ut honeste C^2v 15 custodierit C^1 17 actus C^1 22 nisi *C*, nisi qui *v* 26 autem *C*, enim *v* continens est *C*, se abstinet *v* 27 ille C^1 28 nos *C*, uos *v*

et palma perfecta, ut ex omni parte secum non habeat quod recuset, ne quod profitetur odisse tenendo uideatur amare.

Quod si aliquis dicit 'captiuum teneo aduersarium meum cui semper 18
insultem', uideat ne forte aduersus eum captiuus incipiat praeualere. numquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus nec intra unam caueam habitans cum lupo tutus est agnus. ipse se uoluit penetrari qui hostem proprium in suas portas induxit, et intestinum gladium sibi ipse supposuit qui locum habitationis suae aduersarii ingressibus reserauit, et qui fretus est conuersari cum scandalo sine causa dicit 'pacatus uolo esse cum diabolo' contra apostolum dicentem: nolite locum dare diabolo. omni ergo modo muniendus est locus, ubi fuerit thesaurus absconditus, ne per unam cauernam totum parietem latro suffodiat. nam si deforis expugnans uix muris expellitur, quantum ualebit si intra muros acceperit habitaculum? et si illi qui contra eum claudunt aliquotiens ab eodem capiuntur, quanto magis ille qui ultroneus illi patefecit ingressum, cum dicat Salomon: si iustus uix saluus fit, peccator et impius ubi parebit? omnes ergo rimae, non dicam portae claudendae sunt, ne per unum foramen castra omnia penetrentur, et uniuersa conponenda sunt munimenta, ne per modicum non munitum tota ciuitas ruat, sicut Salomon repetit dicens: qui spernit modica, paulatim cadet.

Stupeo autem peruersitatis huius arbitrio, ut a clericis ad com- 19
munitatem femina magis quam masculus eligatur. numquid tantum mulier utilior est commodis clerici, quantum prodest masculus continens uel puer masculo continenti? aut ipsa erit decens utilitas quam indecens communitas facit? et ubi erit quod Salomon ait: omne ani-

11 Eph. 4, 27. 17 Prou. 11, 31. 21 Sir. 19, 1. 26 Sir. 13, 15.

1 et *C s. l.* 2 profiteatur *C*¹ 5 intra] infra *C* 6 penetrari *C*, superari *v* 8 aduersarii] aduersis *C* 9 causa non *C* 10 esse uolo *v* 14 intra] infra *C* 15 eum *ex* reum *C* clauduntur *fort.* 16 patefecerit *v* ingressum] decipitur *add. v* 17 peccator et impius *C*, iniustus *v* 18 non *C*, ne *v; cf. p. 186, 13* 19 uniuersa ergo *v* 20 minutum *C*¹ 22 stupeo *C*, studio *v*, fit studio *Oxon.* huius peruersitatis *v* arbitrio *C*, arbitrium *uel* arbitror *v* 25 utilitas q. indecens *add. C m. 2 in marg.* 26 omnis *C*

mal diligit simile sibi? et iterum: uolatilia ad sibi similia conueniunt. sed et si femina utilior existimaretur, non oportebat carnalia emolumenta praeponere utilitatibus spiritalium commodorum et expediebat qualemcumque uirum inutilem sustinere pro existimatione munienda quam bonos effectus mulieris cum existimatione turpissima. quod Salomon comparat dicens: melior est, inquit, iniquitas uiri quam benefaciens mulier. artificialia sunt itaque semper diaboli beneficia, quibus ingenium suae calliditatis exercens sanctimoniae deditos dolosis commoditatibus iuuat ut perdat: et inter continentes quasi necessaria emolumenta mutuis adiuuaminibus subministrans adigit prius masculum et feminam pariter [conuersari], ut postquam inseparabiles fecerit per alterutra solacia possit occidere dantes simplices animos ad castitatis uota seruanda, et inpugnationis suae arma subducens interim quasi placidus fautor suggerit sanctitatis argumenta, donec diutius inter ambos inimicam nutriat amicitiam. facit affabiles inuicem sibi et deseruire, et adsentator infestus impedimenta remouens uniuersa commodis eorum gaudet efficaciam commodare, ut tota eos sibimet ipsis necessitate commendans exhibere eos possit in alterutrum solita consolatione pendere. non uult eos in aliquo inpedire, ne separet tam spiritaliter quam carnaliter. inconcussos efficit uiuere, ne ipsa societatis initia inmaturo tempore foedera coepta conturbent. usque adeo illos prouidentibus cunctis ad perfectum sanctitatis inuitat fouet subleuat, ut Dei esse computent beneficia ipsa contraria, quibus inducuntur ut pereant, nescientes numquam Deum iuuare quod uetat. quibus in tantum diabolus blandiens securitatem praeparat sanctimoniae, ut coniunctos se magis aestiment quam disiunctos immobiles circa libidinem perdurare: quos cum omni tranquillitate deducens nullis pro-

1 Sir. 27, 9. 6 Sir. 42, 14.

1 *alt.* sibi *om. v* 2 existimatur *C* 5 bonus *C*[1] 7 artificiali *C*[1] 8 itaque *C sed* que *s. l. m. 2* beneficia *C*[1], ueneficia *C*[2]*v* 9 iubat *C*[1] 11 subministras *C*[1] adigit *C*, agit *v* 12 conuersari *om. C* inseparabile *C*[1] alterutra *C*, utr *s. l. m. 2* 13 dante *C*[1] 16 amicitiam *C*, concordiam *v* sibi inuicem *v* 22 conturbet *C* uidentibus *v* 25 pareant *C*[1]

cellis aut fluctibus inquietat et uelut in medio mari minus cautos inducit laxare uela nec quaerere gubernacula, ut subita tempestate concitatos naufragos ex insperata commotione submergat. hanc primo exhibet lenitatem, ut duas naues oblectet ad inuicem conuenire, quas cum fecerit iunctas, repentinis turbinibus in semet ipsas elidere possit et frangere: et his utitur blandimentis, subtractis omnibus iaculis conpescens aduersa, suggerens prospera, et tamdiu sopitum ignem sine ullis flammis occultat, donec duas faculas iungens semel ambas accendat: et tamdiu cessat saeuitiae suae tela supponere, donec sicut peritus uenator quod occisurus est laquei sui uinculis alliget. at ubi insolubili catena deuinctos adstrinxerit uelut lanista protinus duos gladiatores aduersus inuicem compellit armari et subinde stimulans membra statim gladios aptat, statim succendit insaniam et in uulnificos amplexus inpingens utrumque semel uno ictu mortificat. sic explicat quod ante praestare uidetur, sic de simplici caritate amorem conflat inlicitum, sic per sanctitatem subinducit interitum. dum contentus est cedere, sic ualet fortius occupare et dum submissus patitur semet ipsum praebere deuictum, sic plenius deuincere gloriatur. cuius uersutias Paulus apostolus sic intellegit dicens: non enim ignoramus, inquit, astutias eius. male itaque in hac participatione pacati sunt qui ad bella pacificante diabolo perducuntur et non bene in sanctitate proficiunt, quibus ad detrimentum profectus ipse inimici artificio subornatur, nec recto cursu moliuntur continentiae scalas ascendere, quos ut de alto praecipitet elaborat ad culmen aduersarius protelare. sed necesse est caducis lapsibus elidantur qui uiam lubricam tenuerunt, de qua Salomon sic praedicat dicens: est

19 II Cor. 2, 11. 26 Prou. 14, 12.

2 relaxare *v* concitatos *ex* citos *C m. 2* 5 ipsis *C*¹ 6 ut subtractis *v* 7 et *C s. l. m. 2, om. v* 8 occultet *v* semel *C*, simul *v*; *item l. 14* 10 peritus *ex* periturus *C* laqueisui *C* ui *s. l. m. 2* alligat *C*¹ 11 insolubili *C*, indissolubili *v* deuictos *C* duo *C*¹ 13 succendit. Insania *C* in *om. v* 15 in amorem *C* in *exp. m. 2* 16 subinducit *C*, sibi inducit *v* 21 sunt *ex* sumus *C m. 2* 22 prouectus *C* 23 recto *ex* retro *C m. 2* cursum molliuntur *C*¹ 24 scala *C*¹ elaboret *C*¹

quae uidetur apud homines recta esse: nouissima autem eius ueniunt in profundum inferorum.

20 Sed aiunt: 'si de hac coniunctione clerici denotantur, notandi sunt etiam sancti plerique nobiscum, siue Helias qui mansit apud uiduam, siue apostoli qui mulieres secum comites circumducebant, ut Iohannes qui matrem Domini adsumpsit eodem Domino delegante, aut ipse Dominus, cui de suis facultatibus alimenta praestabant aliquae mulieres religiosae, cui etiam Martha ministrabat ad mensam et qui singulariter locutus est ad puteum sedens cum alienigena muliere Samaritana uel cui recumbenti femina lacrimis pedes lauit et capillis extersit'. callidi argumentatores et iuris periti fallaces qui dum cupiunt praeuaricari, controuersias actionesque causarum etiam ipsa iura transuertunt, et cum nolunt conpetentibus coerceri iussionibus legum, ad inludendos iudices inconuenientibus exemplis uelut similes coniecturas iuris obiciunt. qui per Salomonem ipsius legis sagacitate produntur: *peccator, inquit, homo euitat correptionem et ad uoluntatem suam inuenit comparationem.* tales igitur non prius per orationem sed per correptionem prius reuincendi sunt, ut non ante interpretatis orationibus instruantur, quam amiserint quod ad defensionis solacium reppererunt: sicut nos aduersus huiusmodi homines Salomon edocet dicens: *noli, inquit, respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi: sed responde insipienti contra ipsius insipientiam, ut non uideatur sibi sapiens esse.*

21 Re uera magni homines qui se comparant sanctis, et eximia conuersatio nostra quae prophetis uel apostolis uideatur aequalis. ad occasionem luxuriae nostrae in peruersum sanctos uolumus imitari et inter ceteros actus uestigia iustorum nolumus sequi. in quibusdam infirmos nos excusamus ad imitanda facta maiorum et in aliis aequales nos

16 Sir. 32 (35), 17. 21 Prou. 26, 4. 5.

2 infernorum *v* 4 siue *C*, sicut *v* 9 ad puteum *ex* apud eum *C m. 2* alienigenam mulierem samaritanam C^1 18 igitur *C*, ergo *v* prius per *C*, per *v* correptionem *C*, correctionem *v* prius C^1, potius C^2v 19 rationibus *C* 20 admiserint *v* 22 insipienti *C in ras. m. 2* 27 in *C s. l.* inter *C*, in *v* 29 nos aequales *v*

maioribus protestamur: cum Helias ipse in angustia constitutus inparem se patribus suis ante Deum fateatur: numquid, inquid, melior sum patribus meis? hoc Helias de antecessoribus suis in infirmitate sua cogitur exclamare: et nos Heliae uel prophetis et apostolis et Domino uirtutem nostram non dubitamus aequare? uideo plane sic apud nos calcari auaritiam, sicut apostoli propria cuncta dimiserunt. uideo crapulam et ebrietatem sic nostris conuiuiis abesse, sicut apostoli nihil habentes frequenter coacti sunt esurire. cognosco taliter in nobis ieiunia sitim famem nuditatem propter instantiam doctrinae solius ubique pollere, sicut in apostolis legimus triumphasse. et adprobatur apud nos eadem exercitia feruere uirtutum, quibus apostolos omnia uitia tremuerunt. plane quadraginta dierum ieiunium Domini meditamur et orationes excubiasque quibus ille per solitudines etiam silentia nocturna rumpebat. numquid similes agones frequentamus contra luctamina uitiorum et sic agimus rigore auctoritate uigiliis passionibus labore necessitate afflictatione abstinentia, quibus peccata calcantur, ut nemo de nobis mali aliquid suspicetur? per quae Paulus apostolus conscientiam suam innotuisse omnibus gloriatur. in omnibus, inquit, commendantes nosmet ipsos quasi Dei ministros, in sustentatione multa, in pressuris, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in custodiis, in carceribus, in seditionibus, in inuocationibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei, per arma iustitiae a dextris et sinistris. ad has imitationes infirmi sumus, sed ad mulieres circumducendas possibilitatem nobis conparandae imitationis adsciscimus. quod

2 III Reg. 19, 34. 18 II Cor. 6, 4—7.

2 patribus *ex* principibus *C m. 2* 3 in *om. C* 6 nos *C*, uos *v* 7 nostris *C*, uestris *v* 10 adprobatur *ex* adprobato *C m. 2*, approbantur *v* 11 apostolos *ex* apostolus *C*, apostoli *v* 14 nocturna silentia *v* rumpetebat *C*[1] agones *C s. l. m. 2* 15 luctamiam *C*[1] auctoritate *C*, austeritate *v* 16 afflictatione *C*, afflictione *v* 17 que *ex* quem *C* 20 in trib. in n. *C*, in tentationibus in tribulationibus *v* 26 et *C*, et a *v* 27 sed *scripsi*, et *Cv*

si etiam cuncta illorum quisquam se implere iactasset, me tamen nullius suadela poterat inclinare, ut alios nunc apostolos crederem contra apostoli Pauli professionem: numquid, inquit, omnes apostoli? numquid omnes prophetae? si Christus comparare se ipsum ausus est Deo qui ait: pater maior me est, aut si apostoli coaequare semet ipsos ausi sunt Christo, et nos hodie apostolis aequales faciat consimilis fortitudo. misera humanitas, in hac aequalitate non times fulminari, qui de filio Dei aut de filiis tonitrui non cunctaris peccatis tuis exempla uelut similia mutuare? cum superbiae sit elata iactantia, etiam minimis ecclesiae quemquam conparabilem uelle conscribi, cum Paulus moneat et dicat: alter alterum superiorem existimantes sibi. et inferius addidit dicens: hoc sentite de uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens.

22 Minus utique de nostris uiribus sentiendum est, nec fortitudini sanctorum nostra infirmitas comparanda est, sicut nobis apostolus Paulus de semet ipso magisterium proponit et dicit: non enim audemus, inquit, comparare nos aut conferre quibusdam qui se ipsos commendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmet ipsos nobis commendantes: non supra mensuram gloriantes sed ad mensuram gloriae quam nobis mensus est Deus. at enim contemplamur quod ipse iterum dixit: plus ab illis omnibus laboraui, nihil melius, nihil aptius mihi proponitur, unde uincam, nisi ut de ipso, de quo mihi praescribitur, ego ipse praescribam. certe ipse plus ab omnibus laborauit, et tamen ad mulieres circumducendas collegas suos imitari contremuit, ne se ad

3 I Cor. 12, 29. 5 Io. 14, 28. 11 Phil. 2, 3. 12 Phil. 2, 5–7. 19 II Cor. 10, 12. 24 I Cor. 15, 10.

1 nullius *C* us *s. l.* 4 se ipsum comparare *v* 6 et *om. v* facit *v* consimiles *C*[1] 8 qui *C*, quae *v* 9 mutari *C*[1] 11 sibi existimantes *v* 17 utique *C*, itaque *v* 18 nobis *ex* nos *C m. 2* 23 gloriae *C*, gratiae *v* 24 ad enim *C*, etenim *v* ipse *om. v* 26 perscribitur *C*[1] 27 ipse plus ab omnibus *C*, plus omnibus ipse *v*

incertum subiceret temptationi carnali. unde ipse rationem sic reddidit dicens: ego, inquit, sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem caedens, sed adfligo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus inueniar. huic ergo te conpara, qui te apostolum iactas et ex ipso disce quid metuas, qui clamat et dicit: oro uos, imitatores mei estote. noluit itaque de mulieribus circumducendis habere fiduciam, qui non ignorabat quantum aliae uirtutes ab aliis uirtutibus differrent et aliam claritatem solis et lunae aliam, aliam uero stellarum, de charismatibus ecclesiasticis similitudinem conparans intimauerat. sed nos contra de apostolica nobis coaequatione blandimur, non intendentes penitus quid apostoli et sancti omnes inuicta uirtute gesserunt, et difficilem rumpere quaerimus uiam, cum per facilia planior sit nobis apposita contra Salomonem dicentem: non te credas, inquit, uiae laboriosae, ne ponas animae tuae scandalum. nec ullus considerat quoniam unus securus in lubrico graditur et alius qui inpar est labitur, unus per rupes cursu montes ascendit et alius si se coartauerit cadit, uni contingit per tempestates nauigia feliciter explicare et alteri talis felicitas non potest euenire. quod Paulus apostolus decernit dicens: unusquisque, inquit, proprium donum habet ex Deo, unus quidem sic, alius uero sic.

Sed qui mihi de sanctorum exemplo praeiudicant, quare aliud 23
exemplum nolunt contemplare quod metuant: et qui apostolis coaequari contendit quare non magis presbyteros adulteros apud Danielem ad formidinem sibimet ipse proponit? haec autem non ideo propono, ut quasi apostolorum imitatoribus contradicam, sed ut illos confundam qui se sanctis exaequant. nec nego ipsos esse sectandos quos

2 I Cor. 9, 26. 27. 6 I Cor. 4, 16. 15 Sir. 32, 20. 20 I Cor. 7, 7.

1 incertum *C*, interitum *v* 5 te ap. *C*, apostolum *v* 8 quante C^1 aliae] ali *C s. l. m. 2* 9 differant *v* aliam lunae *v* 18 rupes] ripas *C* et alius *C*, alius *v* coarctauit *v* contigit C^1 19 nauia C^1 explicare *ex* explere *C m. 2* 23 qui *ex* quid *C* praedicant C^1 quare *C*, quid *v* 28 exaequent *v*

doctores accepimus cuncti, sed ego aduersus eos contendo qui cupientes ad mala sua bonorum historias deprauare legem sibi aestimant suffragari, sicut omnes qui perire festinant, ut sub obtentu sanctorum dedecora sua uelint esse celata, ut sub imitatione maiorum contraria quaeque committant: quos Paulus apostolus prodit et publicat dicens: *quod autem facio, et facturus sum, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in eo in quo gloriantur tales inueniantur quales nos sumus. nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi.* hoc addunt ad perditionis cumulum cumulandum, ut bonos infament, quorum exemplo utuntur ad malum, quibus utile esset satis et salubre, si cuiuscumque historiae se ipsos magis crederent non intellexisse rationem, quam aliquid inhonestum arbitrarentur in lege. quos Paulus apostolus confundit et corripit dicens: *non intellegentes neque de quibus dicunt neque de quibus adfirmant.* et iterum: *si quis putat se scire aliquid, necdum cognouit quemadmodum eum oporteat scire.* uacant itaque praeiudicia petulantium quos ingenia suae peruersitatis errabunda transducunt et quaerunt conpetentes suis sensibus historias quas exponant, qui male agentes mutuantur legalia patrocinia. bene agentibus uero bona sunt omnia quaecumque scripta sunt, qui bene dicta bene suscipiunt, sicut Paulus apostolus pollicetur: *scimus,* inquit, *quoniam bona est lex, si quis eam legitime utatur.*

24 Optinuimus confundendo contradictores. conuertimus subinde eosdem quos uicimus insuper erudire, ne aut sanctos patiamur remanere in

6 II Cor. 11, 12. 13. 15 I Tim. 1, 7. 17 I Cor. 8, 2. 23 I Tim. 1, 8.

1 sed ego *C*, sed *v* aduersus eos *C s. l. m. 2* 2 legem dei *v* 3 ut C^1, et C^2v 4 uolunt *v* ut *ex* et *C* 5 committit C^1 apostolus paulus *v* 8 gloriamur *C* nos *C*, et uos *v* 9 eiusmodi *C*, et huiusmodi *v* 11 cumulum perditionis *v* 12 utilis C^1 15 apostolus p. corripit et confundit *v* 16 de quibus dicunt *C*, quae loquuntur *v* 21 mutuant *v* 22 uero *om. v* qui* *C* 23 dicta *ex* data *C* inquit *om. v* 24 eam C^1, ea C^2v 25 conuertimus *C*, conuertamur *v* 26 aut *ex* ut *C*, aut ut *v* remanere patiamur *v*

crimine aut ignari deputemur in reddendo rationem, ut publice uicti paenitentiam gerant: aut si noluerint, nos expunximus quod ad nostram pertinet diligentiam, ut quomodo satisfecimus supra dictae sententiae Salomonis, ita satisfaciamus etiam Paulo apostolo concionanti: *seruum, inquit, Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes docibilem patientem, cum omni modestia corripientem eos qui resistunt, ne forte det illis Deus paenitentiam ad cognoscendam ueritatem et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captiui tenentur secundum eius uoluntatem.*

Omne quicquid ab auctoribus nostris gestum est rationabiliter ge- 25 rebatur, ut posteris nobis aduersus praeuaricatores munita undique auctoritas traderetur. propter haeresim anticipandam quam superius taxauimus de adsumendis feminis siue per semet ipsum siue per seruos suos Dominus paululum relaxauit, ne nimio rigore in totum Domini fabrica damnaretur. praeuidebantur a Domino haeretici qui nuptias auferunt et quos Dominus iunxit contra naturae principium et contra euangelium separare contendunt. quibus interdicens iam tunc auctoritas parabatur, ne maritatae mulieres accedere uetarentur ad Christum, cui in praesentia seruierunt. sed non sine moderamine fuit etiam ipsa permissio procurata, quae non sibi operabatur sed ceteris quod gerebat. nam si adlocutus est Dominus Samaritanam, ad horam docuit et recessit nec defensionem continuandis excessibus fecit. ad horam Martham quoque passus est ministrantem. sed quid erat aliud Domino nisi regni caelestis prandia ministrare? numquid sub Domino non fuere conuiuia? aut sub maiestate eius erat alius potus aut cibus quam disciplina tantummodo quae pascebat? testante ipso Domino et dicente: *meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me*

4 II Tim. 2, 24—26. 28 Io. 4, 34.

1 deputentur *2 codd. Baluzii* 4 etiam *om. v* apostoli concionantis *C*[1] 7 resistunt] ueritati *add. v* illi *C* 9 de *C*, a *v* 13 anticipandam *C*, amputandam *v* 14 de *C s. l. m. 2* feminis quam *v* 17 quod *C* 19 accidere *C* 20 cui *C*, qui *v* 22 quod gerebat sed ceteris *v* quod *ex* quos *C* si a. est *C*, sic allocutus *v* 24 martham quamque (*ex* quaeque *m. 2*) *C*, quoque m. *v* 25 dn̄i *C*[1] 26 eius *om. C* cibus aut potus *v* 27 et *C*, ac *v*

misit. sic apostolos comitatus mulierum deducebat non ut perderent, sed ut discerent reuerentiam, et propter humanitatis exhibendum ministerium sequebantur, sicut in euangelio de Domino et de ipsis pariter memoratur: et factum est, inquit, post haec et ipse iter faciebat per ciuitates et castella euangelizans regnum Dei, et duodecim cum illo et mulieres quae erant curatae ab spiritibus immundis et infirmitatibus, Maria quae uocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, et Iohanna uxor Ozi procuratoris Herodis et Susanna et aliae multae quae et ministrabant illi de facultatibus suis.

26 Numquid adhaerebant singularibus singulares aut indisciplinatae commorationis perseuerabant inlecebroso consortio conuersantes, ubi tota ecclesia propemodum uidebat, ut non ad conuiuationes inprobosas sed ad discenda bonae conuersationis studia sequerentur? adeo non inde describitur quod nostris conuiuationibus coaequetur, non risus, non iocus dicitur adfuisse. nec sicut apud quosdam nunc usque adsolet fieri chorus psallentium uirginum aures uenenosis cantibus adseritur demulsisse. et ut de apostolis breuiter probem, quantum illis fluxa familiaritas potuit displicere, qui conpulsi sunt et de ipso Domino loquente cum femina dubitare, nisi eos maiestatis notitia probata conpesceret? sicut euangelista refert dicens: inter haec, inquit, uenerunt discipuli eius et mirabantur quod cum muliere loqueretur. nemo tamen dixit illi: quid quaeris aut loqueris cum ea? quid autem loquar adcessum feminae ad pedes Domini prouolutae, cuius luctus et planctus ad defensionem lasciuiae suae non erubescunt inprobi flagitare? usque adeo illos propria caecitas rapit, ut nec de similibus causis audeant reluctari, de quibus Salomon, excaecauit, inquit, eos malitia eorum et

4 Luc. 8, 1—3. 22 Io. 4, 27. 29 Sap. 2, 21. 22.

1 misit me *v* apostolus C^1 mulierum comitatus *v* deducebat *scripsi,* ducebat *C*, decebat *v* 7 ab *C*, a *v* 9 ozi *C et reliqui codd.,* chuzae *v* 10 illi *C*, ei *v* 12 singulares *C*, singulae *v* 13 commorationes *C*, commorantes *v* 14 uidebatur *C*, uidebitur *v* improbosas *C*, improbas *v; cf. 203, 13* 15 adeo *C*, ideo *v* 16 scribitur *v* 17 usque *C m. 2 in ras.* 25 aut *C*, aut quid *v* 29 eos inquit *C* eos *s. l. m. 2* et nescierunt *C*, ut nescirent *v*

nescierunt sacramenta Dei. Iohannes autem matrem Domini suscepisse uidetur. sed matrem cuius mores maternum indicat nomen. tamen non possum et alias Christi matres admittere, nec aequanda est mulieribus cunctis quae genuit maiestatem. Helias quoque iussus est a Domino relinquere solitudinem et ingredi tabernaculum uiduae. pro imperio Domini laborauit ut in domo mansisset, cui solitudo palatium praestabat ad requiem: occasionem illi Dominus obtulit ad magnalia facienda, ut famis tempore magis ipsi tam uiduae quam pupillis eius sufficientia tribueret alimenta, qui ieiuniis usque quaque adflictus tolerauerat indigentiam et qui missus uenerat pasci, pastus quin immo conferens miseris miserias egestatis fecit excludi. et hoc non potest cuiusquam fauere fluxurae, cum nulla fuerit opportunitas scandali, ubi transeunter quod peius est egestosam habuit mansionem quam quicumque hospes effugeret. at hic apud quos hospitatus est impleuit et rediit, qui etiamsi moraretur, suspectus esse non potuit. qualis illic fuit communitatis adfectus, ubi non erat uictus? et qualem ad uiduam habuit Helias introitum cui fames dedit hospitium? quisquis es qui te uis Heliae de commoratione uiduae uocari discipulum, prius solitudinis afflictiones et quadraginta dierum tolera ieiunus exitum, et aut non quaeres feminam aut non erit qui cum femina commoretur, et tamen si ualueris tibi serua. nobis autem in spiritu et uirtute Heliae non alium quam Iohannem solum angelus et Dominus Christus insinuat.

Pro nefas dolere cogimur quod docemus, qui usque ad hoc uenimus 27
ut in comparatione fluxorum de sanctorum tremendis uirtutibus disputemus. parce iam parce, proteruitas. numquam tibi sancti consentiunt qui religiosa modesta ueneranda pudica pudorata cum feminis negotia peregerunt. aut si adhuc per sanctos cauillationis amfractus contendis exquirere, nos tamen amicos Dei non nouimus nisi ad ueneratio-

3 aequando C^1 6 ut] aut *fort.* 7 palatium p. ad *C*, solatium p. et *v* 8 magis famis tempore *v* ipsius tam *C*, tam ipsi *v* 9 ieiunii* *C* s *eras.* quaque *C s. l. m. 2* 11 fecisset *C* 12 cuiuquam *C* fluxure *C*, luxuriae *v* 13 habuerit *v* 14 hic apud *C s. l. m. 2* 16 adfectus *C*, effectus *v* 17 famis C^1 19 ieiunii *v* 20 quaeris C^1 22 solū* *C* 24 nefas *C*, dolor *v* dolore C^1 28 amfractus *ex* acfractus *C*

nem tantummodo memorari, quod Dauid docuit dicens: mihi autem uehementer honorificati sunt amici tui, Deus. eant nunc praedones pudoris et plagiarii castitatis mulierculis suis exponere molestias querelarum. apud sanctos nostros non habent omnino suffugium, quibus misceri ecclesia auctoritate Pauli apostoli prohibetur. et hos, inquit, deuita: ex his enim sunt qui repunt in domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis quae ducuntur uariis desideriis.

28 Post hoc edictum utinam confidant sibi angelorum exempla conducere. nos iam non ualent flectere, qui nouimus et angelos cum feminis cecidisse. ab ipsis equidem bene patrocinia mutuantur, sed nos nullum angelum audimus contra Paulum apostolum. sed et si nos, inquit, aut angelus de caelo euangelizauerit uobis, praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. insaniunt prorsus et calent incendio feminarum, quotquot huic interdictioni non cedunt, et obscoenitatibus inhiantes malunt mori, quam contenti sint a lateribus mulierum aliqua disiunctione diuelli, ut ad explendam suae auiditatis inluuiem etiam in puncto temporis non sint sine feminae uoluptate, et hunc habent in mulieribus fructum, ut in illas semper defixa intentione desideria satient oculorum, ne uel momentum aliquod transeat, quando indiguerunt quod adfectant. sic inter eos integritas emoritur, ubi omnis commoratio seu conuiuendo seu commanendo corruptis adfectionibus inquinatur. quos sanctus Petrus designauerat dicens: in conuiuiis suis luxuriantes, oculos habentes plenos moechationibus et incessabilibus delictis, capientes animas infirmas. hos etiam

1 Ps. 138, 17. 6 II Tim. 3, 5. 12 Gal. 1, 8. 24 II Petr. 2, 13–14.

1 memorare C^1 quos C 5 ecclesiae *v* 7 captiuas ducunt] captiuant *ex* captiuas *C m. 2* 12 audiuimus C^1 sed et *C*, et *v* nos inquit *C*, inquit ego *v* 13 de caelo *C*, dei aliter *v* 15 et calent incendio *C*, ardent desiderio *v* 18 ingluuiem *v* in *om. v* 20 illis *v* 21 aliquid C^1 quando non *C sed* non *exp. m. 2* indigerunt C^1, indigeant C^2v 22 seu-seu C, siue-siue *v* 24 petrus apostolus *v* designauit *v* 26 hos] non hinc nos *C sed* non *exp. et* hinc *s. l. m. 2* etiam ita *v*

Salomon denotat: *abominatio est*, inquit, *coram Domino defigens oculum.* plane purum contra oculum se habere testatur Iob qui ait: *et si oculis consensit cor meum.* uerum enimuero ille potest suis oculis obnoxius non teneri, cui nolenti repentinus occursus mulieris scandalum mouerit, quod protinus mens quod nolebat expellit. ille autem commotionem sui uisus non meretur euadere qui apud se scandali materiam tenet, qui uult intentionis affectibus frui, qui affectat habere quod offensionem oculis ingerit, quorum auiditas inexplebilis inter offendicula continua nullo modo potest omnino conpesci, quod Salomon adprobat dicens: *infernus et interitus non satiatur, similiter oculi hominum insatiabiles sunt.* et alio loco: *non satiatur oculus uidendo.* et iterum: *nequius oculo quid creatum est?*

Hac castigatione non conpuncti diuina interdicta infandae fami- 29
liaritatis obstinatione contemnunt et adhuc insuper de caritate causantur, cum secundum uerbum Esaiae qui amaritudinem pro dulcedine deuorantes nudam foeditatem uelamento boni nominis tegunt, apud eos sub falsa dilectione uera dilectio uioletur. sed exclamat caritas et appellat: 'tales ego non iunxi, altera est quae me simulando confingit. numquam Dei praeceptis obsisto, numquam fluxis faueo, per me sanctitatem non opto culpari. calumnias mihi aduersa germanitas facit, pericula et ego inter falsos fratres incurri. succurre meus praeco, succurre Paule apostole, dic testimonium meum, ne quod de me adnuntias peruertatur: *finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*'. dilectio deputabitur, per quam sanctitatis iniuria crimina-

1 Sir. 14, 8. 3 Iob 31, 7. 10 Prou. 27, 20. 12 Sir. 1, 8. 13 Sir. 31, 15. 24 I Tim. 1, 5.

2 contra purum *v* oculum se *ex* oculos *C m. 2* testatur se habere *v* 3 qui iob *C* consentit *C*¹ 5 mouit *C*¹ 7 qui uult] quia uolt* *C* intentionis suae *v* 8 oculis offensionem *v* gerit *C*, ingerat *v* 11 satiantur *v* 13 in alio *v* 14 haec *C*¹ non *C s. l. m. 2* nefandae *v* 16 cum *C*, qui *v* qui *C s. l.*, *om. v* 18 apud *C*, dum apud *v* uiolatur *v* 19 altera *C*, falsa altera *v* 20 confinxit *v* 21 auersa *Pamelius* germinatas *C*¹ 26 iniuriam criminationis *C*¹

tionibus appetitur? aut illorum erit sincera fraternitas aestimanda, de quibus filiae matris ecclesiae perducuntur in culpam? si talis christiana caritas adnotatur, indubitanter odia meliora sunt quae dum separant neminem maculant. haec autem parricidalis dilectio fratres persecutores adunare consueuit, qui libenter patiuntur de suo consortio filias ecclesiae fornicarias diffamari contra caritatem quam Paulus apostolus docuit dicens: dilectio proximi malum non operatur. egregia probatio caritatis, quae non tantum noxia germanitate officit proximo, sed etiam subiecta non uult esse praescriptionibus apostolicae iussionis. confundantur adsertores dilectionis huiuscemodi, quos iudicant illi qui pro communibus commodis etiam consanguineam deserunt caritatem.

30 In omni mundo paene totum iunctum est genus humanum et ubique cognatio naturalis alterna peregrinatione discernitur. possunt parentes, possunt filii, possunt fratres, possunt et ipsi quod plus est coniuges a Deo concessa sibi naturae uincula disrumpere, et clerici Deo non concedente insuper prohibente mulierum nexibus ancillatam recusare non ualent caritatem? optanda semper cognatis absentatur adfinitas proximorum, et peregrinari ab extraneis feminis clerici reluctantur? quibus faciendum fuerat, etiam si peculiare aliquid uel inconsuetum Dominus imperasset, qui ad explicanda inpossibilia habent spiritum sanctum, quem mundani homines non habent. unde Iohannes apostolus sic admonet dicens: filioli uincite illos, quoniam maior est qui in uobis est quam in hoc mundo. nunc uero possibile etiam gentibus non dicam Christianis et leue prospicitur et apud clericos sine ullis effectibus euacuatur, ut parum sit eis Dei mandata despicere, nisi aliud dedecus habeant, quod nec sectantur non dicam uincunt omnium gentium consuetudinem: quibus Dominus per Ezechiel exprobrat et dicit: in legalibus meis non ambulastis et iustificationes meas non fecistis, sed neque secundum iustificationes gentium quae sunt in cir-

7 Rom. 13, 10. 23 I Io. 4, 4. 29 Ez. 5, 7.

9 proximos C (*cf. Lucr. 2, 155*) 10 euangelice uel apostolicae C huiuscemodi] huiusce **** C 17 *** mulierum ** C ancillatam uel conpeditam C 18 non ualent recusare *v* 27 secantur C^1 29 ezechielem *v*

cuitu uestro fecistis. pudendum nescio quid dilectio ista significat, cum extorqueri contra naturam putatur.

Adhuc habeo quid mirari: cum uideam de Christianis plerosque 31 maritos pariter et uxores continentiam destinantes domicilia singularia magis eligere, ut consensus communium uotorum sine irritatione praesentiae concordante secessu ualeant obtinere. [et] eunuchi nostri non durant sine feminae sodalitate dormire? apud illos amor coniugalis continentiae amore pensatur. et apud spadones cohabitatio feminae numquam potest habere fastidium. dicat nunc eunuchorum caritas, dicat, ne forte in hac secessione magis coniugalis caritas peccet, ut apostoli Pauli consilium uideatur coniugibus insinuasse diuortium: tempus, inquit, quod restat breue est. reliquum est ut et qui habent uxores sic sint quasi non habentes. quanta peruersitas dilectionis intenditur, ut qui habent quasi non habentes esse nitantur et qui non habent quasi habentes esse glorientur. de his ipse apostolus ait: gloria in turpitudine ipsorum.

Dilectio est, inquiunt. o dilectio quae inuidet sibi. o caritas quae 32 cupit se uituperatione laudari. grande miraculum, ut uirginum caritas uirgines faciat uelut coniuges credi et coniugum caritas coniuges faciat uelut uirgines aestimari. ecce uera dilectio quae in coniugalitate diuidit, ut in castitate coniungat. ecce sancta dilectio quae coniugalibus ad communem laudem inducit absentiam. hi pro certo sese inseparabiliter diligunt, qui ut triumphos sibi inferant a se ipsi discedunt: quibus nec crimen nec natura nec lex nec Dominus nec apostolus potestatem unius conuersationis interdixit aut tulit, sed pro tuendis paribus uotis semota unanimitate absentari caritas persuasit. illi uero uideant cuius sit caritas quam uouerunt, qui nec crimini nec naturae nec legi nec Domino nec apostolo nec ipsi coniugalitati suc-

12 I Cor. 7, 29. 16 Phil. 3, 19.

2 cum *scripsi*, cui *C*, quae *v* putatur *C s. l. m. 2* 3 quod *C* uideo *C*[1] 5 consensu *v* praesentiae et *v* 7 soliditate *C* 9 nunc *om. v* 10 peccet *C* et *in ras.* 11 coniugalibus *C*[1] 13 sint *om. v* 14 quanta . . . non habentes *om. v* *** quasi *C* si *s. l.* 18 se *ex* te *C* in uituperatione *v* 19 racit *C*[1] 23 ipsis *v* 25 conuersationis *om. v* 27 uideant *C*, uiderint *v* cuius *C*, quid *v* nouerunt *C* crimine *C*[1]

cumbunt, quos tantum uirginitas probrosa condemnat, quantum illos coniugalitas castrata glorificat, quibus sufficiat ad supplicium dedecorosum, quod spadones a coniugibus iudicantur. ad quorum increpationem non tacendi sunt etiam filii Israel, qui apud Esdram uxores et filios contra diuina iura susceptos non cunctati depellere nec contra Domini caritatem conati sunt excusare. uerum fatear, si permittor. qui nunc pro dimittendis feminis alienis adiunguntur, quid facerent si liberos et uxores proicere iuberentur? aut quando ualebunt pro Christo renuntiare cognatis, qui mulierculas non suas praeponunt Christi praeceptis? dico eos facile pro isdem mulierculis parentes proprios abnegare, quam propter Christum relinquere ipsas mulierculas posse, despicientes quod in euangelio ipse Dominus testatus est dicens: *si quis uenit ad me et non odit patrem suum aut matrem aut uxorem et filios et fratres et sorores et animam suam, non potest meus esse discipulus.*

33 Si de abiciendis parentibus dubitantes indigni sunt Christo, quid sibi promittunt quos contemptores exhibet Christo non parentalis affectio? ac per hoc illorum meritis euacuantur, quos uident contemplatione Christi nullas personas excipere cognatorum. nec minus eos sed peius etiam illi confundunt, qui metuentes non tantum cum aliena sed etiam cum sua carne luctari, amputatis genitalibus semet ipsos abscidunt. de quibus modo examinationis suspendo sententiam relinquens alia disputatione promendam. sed in confusionem spadonum non dubito meliores adserere, qui nec sibi quidem parcunt, non dicam feminis audent temptamenta porrigere. respondeant spiritales eunuchi quis furor est in dilectione mulierum uel quod in feminae contubernalitate mysterium, ut in perniciem suam alienis membris indulgeant,

12 Luc. 14, 26.

3 quod *C s. l. m. 2* coniug**ibus *C* 4 hesdram *C* 5 cunctati sunt *C* 7 adiunguntur *C*, adhaerent *v* si** *C* 8 iubeantur *v* 10 eos *ex* eo *C* facilius *v* hisdem *C* 11 ipsas mul. rel. *v* 12 testatus est dicens *C*, dixit *v* 13 aut filio aut f. *v* 21 semet ipsos *om. v* 22 abscedunt *v* 23 sed in confusione *C*, secundum confusionem *v* 24 parcunt quidem *v* 25 porrige C^1 26 est *om. v* quod C^1, quod sit C^2v cont. feminae *v* 27 mysterium] ministerium *C* indulgent C^1

cum illi sua quoque incunctanter abscidant? hi confirmatos in se artus abiciunt, et illi aduersariis artubus glutinantur. hi pro integritate spiritali cum tormento non integri corporis dimicare non dubitant, et illi sine tormento integri esse sine feminarum dimidietate detractant. sed aduersus illos comparatio nulla est facienda de nostris, ne consolentur addicti quibuscumque iudiciis Christianis. peiores sunt et aliqui memorandi, ut maior poena sit a damnato damnari. Iudaeos considerent usque hodie pro legis imperio carnis suae partem circumcisionis cruciamento truncare et sciant quid mereantur, qui euangelio iubente dissimulant circumcisi mulierum praesentia peragere Domini uoluntatem, non intellegentes quod ipse Dominus dixerit: n i s i a b u n d a u e r i t i u s t i t i a u e s t r a p l u s q u a m s c r i b a r u m e t P h a r i s a e o r u m, n o n i n t r a b i t i s i n r e g n u m c a e l o r u m. puto etiam de Gallis suis nobis idololatrae exprobranter insultent, qui abscidentes semet ipsos libenter excruciant, dum modo cum damno status sui simulacrorum dissimulationibus pareant. clerici autem nostri ad lucrum magis corporis proprii damnum uolunt mulierum secum commorantium sustinere, quas etiam de substantia propria oportebat euellere, si cum illis nasci contingeret, ne comparati idololatris et sacrilegis erubescerent. de quibus et Dominus contemptores arguit dicens: p r u d e n t i o r e s s u n t f i l i i s a e c u l i h u i u s f i l i i s l u c i s. ergo nostris clericis talium profana deuotio est praeponenda, quibus cum tantis exitiis amabilia sunt turpia sacerdotia. clerici uero pro dignitate sacerdotii caelestis non sanguinem fundunt, non tolerant ferrum, non est aliquod uulnus, non est aliquis cruciatus, sed solus eos contra Dominum feminae torret aspectus. sic in feminas ruunt, sic feminas amant, ut non sperent manifestari dilectionis suae posse quandoque pura mysteria, sicut per consimiles eorum turpiter publicata

11 Matth. 5, 20. 21 Luc. 16, 8.

1 abscindant *v* 2 gluttinantur *C* 3 non *C s. l.* integri* *C* 4 detrectant *v* 6 consulentur *C*[1] 7 damnato *C*, detruncato *v* 8 circ. cruciamento *C*, circumcisione *v* 14 idolatrae *C* trae *s. l.* insultant *C*[1] abscindentes *v* 19 euellere oportebat *v* comparati *om. C* idolatris *C* 22 ergo nostris *C in ras. m. 2* 26 eos *om. v* torret *scripsi*, terret *C*, tenet *coni. Pamelius* 27 feminas *C* a *in ras.* 28 quandoque posse *v* pura *C*, impura *coni. Pamelius*

sunt et detecta, quos Paulus apostolus iam tunc praeuiderat dicens: quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur. similiter autem et facta bona manifesta sunt, et quaecumque aliter se habent abscondi non possunt.

34 At contra et ipsi dicunt: ‘nonnulli de contemptoribus nostris similiter feminas habentes in domibus martyrium consecuti sunt, ut innocens inter illos conscientia probaretur’. nolo mihi de martyrio quisquam moueat actionem, quia saepius et moechi et sanguinarii et ebriosi et omnium scelerum rei reperta pugnationis occasione conuersi meruerunt ad martyrii ueniam peruenire. ideo enim martyrium appellatur tam corona quam baptisma, quia baptizat pariter et coronat. age nunc, si licuit quibusdam inuiolata feminarum societate martyrium promereri, sine indulgentia illis quoque ipsum martyrium non fuit, quos reatus prohibitae contubernalitatis non absoluit, nec innocentes in ipsa innocentia potuit adprobare, quibus contemptum legis et conuersationis illicitae foeditatem et quod est grauius super omnia crimen ecclesiae cernitur ignouisse. etenim noxia est innocentia quae sponsae Christi officit famae. et cum Christus agnus innocens immo ipse caelestis innocentia, quod est uerius, totum se contempserit pro ecclesia, ut eam sine macula ulla uel ruga redderet inlibatam, qualis est clericus cui ad hoc sponsa Christi committitur, ut pro unius feminae amore culpari totam ecclesiam patiatur? ausim dicere: a Deo patre missus est filius de sinu patris et regno absens esse durauit, ut ecclesiam faceret innocentem, et clericus mulieris latus deserere non potest, ne Christi ecclesiam reddat infamem?

35 Sed aiunt: ‘in martyrio ignoscitur nobis, sicut indultum est parentibus nostris’. hoc ergo et nos omnes de peccatis omnibus confidamus,

2 I Tim. 5, 24.

1 i. t. prouiderat *C*, praeuiderat iam tunc *v* 3 sua subsequuntur *v* 7 innocens inter illos *C*, illorum innocens *v* 10 pugnationis *C*, pugnae *v* 12 quia *ex* qui *C* 13 licuerit *v* 14 promereri *C* ri *in ras.* quoque illis martyrium ipsum *v* 15 non *C s. l. m. 2* 17 illicitae *C in ras. m. 2* 19 fame *C* e *in ras.* 20 uerius *C* e *in ras.* 23 audemus *v* 28 nostris *om. v* omnibus *C*, nostris *v*

ut qui bene agere laboramus inter luxurias euagemur et discurramus per semitas peccatorum, retinacula dimittamus et frena laxemus. eamus quacumque nos mundus abstulerit et ubicumque diabolus inuitauerit, libere fornicemur inuideamus rapiamus fraudemus, omnia mala securi committamus: martyrium subueniet et euademus. sic enim Paulus apostolus pollicetur: *faciamus mala ut ueniant bona: quorum damnatio iusta est.* huic martyrio spem tradant quos mathematici docuerunt habere de crastino praescientiam et has coronas expectent qui supra angelos et Christum per astrologos didicerunt scire tempora quae pater in sua posuit potestate, ut uel tunc recordentur ante martyrii tempus bene agere debuisse, cum diem Domini senserint sicut furem. sed credamus super illos martyrium iam iamque pendere. interim priusquam martyres fiant, legibus subiacent, ut iudicio subiciantur, nisi armis exarmentur. audaciae nefas est illis aduersus auctoritatem Domini parentum personas obicere: quibus ipse Dominus contradictionis huius abstulit uocem. *in legalibus*, inquit, *patrum uestrorum nolite ambulare et iustificationes eorum nolite custodire et in studiis eorum nolite commisceri et nolite inquinari. ego Dominus Deus uester. in praeceptis meis ambulate et iustificationes meas custodite.*

36 Sciant nunc adempta sibi esse parentalia patrocinia qui huc atque illuc recurrentes contradictionum latebras quaerunt, ne umquam feminis careant: et quia undique defensionis suffragio deseruntur, in nouissimo cunctis argumentis exhaustis sententiam Pauli apostoli opitulari sibi opinantur et dicunt: *tu qui es, ut de seruo alieno iudices?* agnoscit equidem Paulus apostolus constitutionis suae uerba prolata, sed constitutionarios et prolatores ipsos ignorat. illis enim contulit defensionem qui nullam partem legis inpugnant, et ipsis tribuit patrocinium qui ex uoto suo aliquid faciunt nec quicquam ec-

6 Rom. 3, 8. 16 Ez 20, 18. 19. 26 Rom. 14, 4.

2 et frena] frena *C* 5 subuenit *C*[1] sic *ex* si *C* 8 et has *C*, has *v* 9 super *v* 10 ut *C* u *in ras.* 18 in *om. v* 24 in *om. v* nouissimo* *C*, nouissimis *v* 25 exhausti *Baluzius* 26 quis es ut *C*, qui es qui *v*; *cf.* 212, 6

clesiastici iuris inpediunt. ius tractat † uiuendi et non edendi arbitrium uniuscuiusque confirmans. de similibus iussit neminem iudicari, quae uoluntati singulorum auctoritas diuina concedens in utraque parte faciendi et non faciendi clementer indulsit. illos autem ecclesiasticis tribunalibus subdidit quos transgressores ordinariae transgressionis nulla inpunitas excusauit, ut qui passim 'tu qui es, ut de seruo alieno iudices' aduersum nos ueluti libellum contradictorium proferant, rationale simul et certum recognoscant quod accepimus ab eodem Paulo apostolo repulsorium. praecipimus, inquit, uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut separetis uos a fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam accepistis a nobis.

37 Euasimus ut opinor tanta ligamina quaestionum, quibus amatores eunuchos amplexus feminei ligauerunt, qui peruersis interpretationibus decreta legalia demutare coguntur et malunt audiri proponentes uana et fabulosa commenta, quam magis ipsi quae uera sunt audiant: quos Paulus apostolus adnuntiat dicens: a ueritate quidem auertent auditum, ad fabulas conuertentur. quicquid uolunt adhuc exquirant, ut obsistant pro mulieribus ueritati. uictoriam non habent apud quos contra Esdram mulier potius quam ueritas uicit. uos autem filii carissimi non tantum persuasione sed etiam potestate conuenio. tale deliramentum despicite, quorum quaestiones Paulum apostolum scitis ubique damnasse, sicut ad Romanos scripsit dicens: rogo uos, fratres, diligenter obseruare eos qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam quam uos didicistis aut dicunt aut faciunt, et declinate ab ipsis. sic et Timotheo delegat: noli, inquit, uerbis contendere: nihil

9 II Thess. 3, 6. 17 I Tim. 4, 4. 23 Rom. 16, 17. 27 II Tim. 2, 14.

1 ius *C* us *in ras.* uiuendi *ex* ueniendi *C*, edendi *coni. Pamelius* 2 neminem iussit *v* 4 ecclesiasticos *C* 6 qui *C*, quis *v* ut *C*, qui *v* 7 aduersus *v* 8 rationabile *v* accipimus *v* 13 ut *om. v* 15 decre*ta *C sed* dec *s. l. m. 2* coguntur *C* un *in ras.* audire *C*¹ 16 magis *om. v* quod *C*¹ 18 auditum auertent *v* fabulas autem *v* conuertentur *C* te *in ras.* 20 hesdram *C* autem] autem itaque *C* 21 etiam *om. v* 22 tales *C*

enim utile est, nisi in subuersionem audientium. sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inreprehensibilem, recte tractantem uerbum ueritatis. stulta autem et inania eloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem et sermo eorum sicut cancer serpit. atque ut ostenderet clericis disponendis ad euacuandas quaestiones quae sit doctrina conueniens, etiam Tito sic insinuat dicens: tu autem loquere quae conueniunt sanae doctrinae, maiores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fide, in caritate, in patientia sincera. ergo auditiones simplices oboedientia uestra suscipiat et uersipellem contradictionum uitate fallaciam. purum iter uestris gressibus mundate et supra spinas et tribulos nolite calcare, ne bonum semen non possit uobis propter spinarum frutices sanctitatis fructus afferre. unde propheta Hieremias sic hortatur et docet dicens: nolite, inquit, serere in spinis. circumcidite uos Deo uestro, circumcidite praeputium cordis uestri. abscidenda sunt ergo de agro uestro cuncta quae pungere et lacerare consueuerunt, ne animus agricultoris in possessione sua malignis sentibus inseratur. et amputanda sunt uobis uniuersa quaecumque igniferi fomitis sulphurantibus flammis scatens fornax ebullientis carnis exaestuat, ne uel tenuis quidem scintilla seruata maiora conflet incendia. quod Salomon manifestat dicens: ab scintilla una augetur ignis. auertite occasiones inpuras, quibus interiora pectoris penetrantur, ut liquida in uobis perspicuitas honoretur. contenti estote singularitatem laboriosam pro pudore seruando potius sustinere, quam sine labore ad dedecus peruenire.

Contemplamini quid sit populo sancto praeesse et considerate quale 38
sit diuinis sacramentis insistere. altariis placere debent qui altariis

8 Tit. 2, 1. 15 Hier. 4, 3. 4. 22 Sir. 11, 32.

3 recte *ex* re *C m. 2* 11 suscipiet *v* 12 super *v* 13 seminare uel calcare *v* propter *C s. l. m. 2* spinae *v* 14 fructices *C* 17 abscindenda *v* uestro *C*, nostro *v* 19 uobis uniuersa *C*, omnia nobis *v* 20 sulphorantibus *C* 21 ne *om. C* 23 auerte *C*¹ 28 altariis *scripsi*, altaribus *coni. Erasmus*, alteris *Cr* debebunt *C*¹ alteris *Cr*. de altaribus *coni. Erasmus*

uiuunt, et talis conuenit sinceritatis cura sacratis qualia sunt sacra ipsa quibus exhibent officia seruitutis, ne circa Dominum offendant ipsi quod tractant aut circa populum incipiant inpedire quod praedicant. propter quod Paulus apostolus sic testificatur et dicit: et omnia, inquit, sustinemus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi. et iterum: nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. hac igitur institutione uobis quam plurimum laborandum est de iis, quibus ad manifestandam grauitatem singularitas magis quam parilitas testis uera est. respicite quanta mala conuersatio parilitatis huius adquirat, quae non nisi corruptionem seminat, pullulat uitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciuiam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas aedificat, ripas erigit, praecipitia instruit, periculis nauigat, naufragiis uelificat, perditione gaudet, interitum fouet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat et cateruatim semel in fascem glomerans numerosas indagines captionum per infinita dedecorum multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum.

39 Tot itaque et tantas strages calamitatis et pessimae conuersationis nemo prosternit, nemo calcat, nemo funestat, nisi singularis castitas sola quae munimem inuictum est sanctimoniae et expugnatio fortis infamiae, fortitudinis firmitas et lasciuiae petulantis infirmitas, probitatis praesidium et inprobitatis excidium, animae uictoria et corporis praeda, ubertas gloriarum et captiuitas criminum, pronuba sanctitatis et repudium turpitudinis, sinceritatis indicium et abolitio scandalorum, exercitium continentiae et euacuatio tota luxuriae, pax secura uirtutum et debellatio quieta bellorum, puritatis culmen et libidinis carcer, honestatis portus et ignominiae naufragalis locus, uirginitatis mater et hostis inmunditiae, lorica pudoris et spolium pro-

4 I Cor. 9, 12. 6 II Cor. 6, 3.

1 talis *ex* aliis *C m. 2* cura sinceritatis *v* 2 offendunt C^1 4 et dicit *om. v* et *om. C* 8 iis *om. C* 9 paralitas C^1, pluralitas *v* 10 paralitatis C^1 13 r. erigit *C*, r. eripit *uel* rapinas exigit *v* 19 et] uel *C* et] et strages *C* 21 inuicta C^1 24 captiuitas *C*, sterilitas *uel* cupiditas *v* 26 euacuatio] uacatio *C* 27 inquieta *C* 29 lurica *C*

brositatis, corruptionis exitium, murus rigoris et destructio uulgaritatis, seueritatis gladius, triumphator et occisor dissolutionis, armatura uirium et exarmatio fluxurarum, integritatis dignitas et fornicationis addictio, claritatis fastigium et dedecoris praecipitium, uoluntas bonorum operum et afflictio uitiorum, refrigerium pudicitiae et poena petulantiae, adquisitio triumphorum et facinorum detrimentum, requies salutis et perditionis exilium, uita spiritus et carnis interitus, status qualitatis angelicae, funus humanae substantiae. huius retinaculis omnis obscoenitas frenatur et compedibus eius calces furentis libidinis statuuntur. in hac uelut in scopulo franguntur impetus qualescumque sanguinis inundantis et in illa sedatur spumans tumoris insania corporalis. quae dum sibi subtrahit adminicula concupiscentiae, mortua membra sua cognoscitur baiulare: de quibus apostolus Paulus praemonet dicens: **mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus, propter quae uenit ira Dei.**

Ab his omnibus nonnisi splendido singularitatis cultro castratur 40
humana natura, ut inlibatos spadones ad conuiuium sanctitatis desponsante circumcisione introducat. cui sanctitas ita promisit anuli sui nuptiale signaculum, ut sine ipsa uirginitas resignetur, quae se sola contenta cupidinem domat mentemque castificat, concupiscentiam subigit, desideria ardoris extinguit, artus debilitat, corpus ancillat, et ita carnalia crucifigit, ut tam masculus quam femina uideatur in conuersatione mentiri, dum illos operatione utriusque sexus abscidit: aut neutrum faciens de duobus tertiam formam conferre gloriatur ambobus, ut ante resurrectionem resurrectionis imaginem ad instar angelorum meditari noscatur. quod

14 Col. 3, 5.

1 incorruptionis *C* 2 dissolutionis occisor *C* 3 exarmatio fluxurarum *C*, exarmatura fluxorum *v* 5 et poena *C*, poena *v* 9 furentes *C* 10 hanc *v* scopulo *ex* copulum *C m. 2*, scopulos *v* 11 inmundatis *C*[1] tumoris *C*, humoris *v* 14 uestra *om. v* 20 desponsante *C*, dispensante *v* 21 annuli *v* 23 castificat *C*, rectificat *v* 26 utriusque sexus operatione *v* aut *ex* an *C m. 2* 28 in resurrectionis *C* in *exp. m. 2*

promittens Dominus in futurum, qui digni habentur, inquit, saeculi illius et resurrectionis a mortuis, neque nubent neque nubentur, neque enim morientur. nam sunt similes angelis Dei: quia resurrectionis filii sunt. hoc exigit sancta singularitas meritorum, ut antequam transfiguretur iam transfigurata cernatur in angelicae claritatis aspectum, quae omnia sibi amputans concupiscentiae certamina depraedatur: cuius laudes Salomon exsequitur dicens: melius est esse sine filiis cum claritate. inmortalitas est enim in memoria illius, quae et apud Deum nota est et apud homines. cum praesens est imitantur illam, et desiderant eam cum se abduxerit: et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum proelium uincens.

41 Non est sine filiis cum claritate nisi singularitas sola, quam non solum conscientia sua nullis sordibus maculat, sed etiam nullae opiniones suspectae parilitatis infamant. nam si castitas quod est difficile masculum et feminam pariter in uirginitate conseruet, non habet claritatem, quam communitas ipsa non potest nisi quibusdam probrositatum tenebris obscurare. singularitas uero ita clara est omnibus et exerta, ut cunctis splendore sui candoris pura manifestetur et lucida. unde nos sic apostolus edocet dicens: sicut filii lucis ambulate: fructus enim luminis est in omni bonitate et iustitia et ueritate, probantes quod beneplacitum sit Deo. et iterum, omnia, inquit, facite sine murmuratione et haesitatione, ut sitis inreprehensibiles et simplices sicut filii Dei immaculati in medio nationis prauae et peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria

1 Luc. 20, 35. 36. 8 Sap. 4, 1. 2. 21 Eph. 5, 8. 24 Phil. 2, 14. 15.

1 promisit C^1 in *om. v* inquit habentur *v* 2 neque *C*, non *v* nubent *ex* nubunt *C m. 2* 5 meritorum *C*, clericorum *v* 9 immortalitas *ex* inmortalis *C m. 2* 10 quae *C*, quia *v* 12 duxerit *C* et *C s. l. m. 2* 15 cordibus C^1 16 parilitatis *C*, pluralitatis *v* 17 non *delendum censet Pamelius* 18 quam] quõ *C sed* õ *in ras. m. 2* 19 obscurari *ex* obscurere *C* 21 sic nos *v* 23 quid C^1 25 haesitatione *ex* haesitate *C m. 2* 27 luceatis C^1

in mundo. sic ubique singularitas splendet, ut omnes pro illa spondere non dubitent, et ita sanctitatem in semet ipsa clarificat, ut laudem sibi ab ipsis quoque inimicis extorqueat. quod maxime de praeposito quocumque Paulus apostolus mandat dicens: oportet autem eum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et laqueum diaboli. hanc igitur amate, hanc tenete, quae sola potest feminas debellare. cum adhuc concupiscentia nulla pectus inpulsat et dum adhuc simplicitas incorrupta permanet uel quieta, ad secretam singularitatis tutelam cito concurrite, ne postmodum non ualeatis effugere.

42 Praeoccupandus est aditus cunctis insidiis, ne hostilitas prior obrepens occurrat inprouidis. salutare remedium est praeuenire potius quam praeueniri et anticipare potius quam anticipari uiris fortibus congruit. ubicumque fuerit prouidentia, frustrantur uniuersa contraria: ubi autem prouidentia neglegitur, omnia contraria dominantur. ante famem certamus, ante inopiam laborando satagimus. sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus prouidentiam temporum futurorum. quanto magis ante praeuenienda est omni prouisione calamitas feminarum, cuius cupido si admittitur incipere numquam prorsus accipit finem? cuius comparationem Salomon explicat dicens: infernus et amor mulieris et terra quae non satiatur aqua et ignis non dicit: sufficit. unusquisque itaque qui securus est, quia necdum temptatur, timeat. quia nihil de illo dicitur, prospiciat ne dicatur: homines sumus, fragilitatem nostram carne portamus. sic iam undique nos circumspecta uiuacitate circumdare debemus et cingere, ut non sit pars aliqua quae uacillet. accipimus quidem fortitudinem spiritalem, per quam substantiae nostrae fragilitas roboretur. sed ita nobis spiritalis fortitudo

4 I Tim. 3, 7. 22 Prou. 30, 16.

2 spondere *C*, splendere *v* 4 quocumque *C* cum *s. l.* 7 tenete] timete *2 codd.* 10 secretae *v* 14 uiris *C*, uiribus *v* 17 certamus *ex* accrimus *C m. 2* satagimus *C*, fatigamus *v* 25 illo *C*, eo *v* 26 carnem *C*[1] iam *C s. l. m. 2* nos *om. C* 28 accepimus *C*

conlata est, ut prouidos non ut praecipites tueatur, ut illos muniat qui renuntiant inportunitatibus delictorum, non eos qui se magis inportunis delictis inmergunt. custos nobis datus est spiritus, sed ut contraria declinantibus adsistendo subueniat, non ut contraria eligentibus faueat, nec ut uoluntarios et pronos in aduersa confortet, sed ut ab aduersis nitentes separari confirmet. nam quicumque perniciosis conatibus audet exercere uirtutem, iuuamen non habet spiritus sancti, qui neminem uult ultroneum uirum fortem ad fraudulentas uictorias coartari: nec protegit eum, quin immo sed deserit, quem periculis inruentem per inlicitos euentus exquirere triumphos agnouerit, sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est dicens: amans periculum in ipso periet.

43 Ordine suo igitur non nostro arbitrio uirtus sancti spiritus ministratur et secundum institutum eius proelia prosperantur. numquam nisi praecipitatus exercitus cecidit, qui auidus fortiter facere ducis uel imperatoris sui dispositiones inrupit: multo magis perperituram erogat fortitudinem, qui sine armis doctrinae magistri spiritus praesumpserit triumphare, cum dicat: uae qui per praesumptionem suam aliquid faciunt, non per Deum

44 Si qua igitur in uobis est fiducia uirium spiritalium, quid spiritales deceat recordetur, et si creditis uos spiritaliter militare, agnoscite quod docemus non esse carnale, sicut Paulus apostolus loquitur dicens: si quis putat se prophetam esse aut spiritalem, cognoscat quae scribo uobis. non est quod uobis in hac persuasione deceptoria blandiamini, ut quia spiritales estis, uelitis inter flagitiosorum armamenta uersari, nec uos inhabiles esse pro clericatus dignitate, quia maioribus maiores consuerunt conflictationes occurrere. acrius diuitibus quam pauperibus inuidetur et non inopes sed locupletes inquietat infestatio saeua

11 Sir. 3, 26. 18 ? ? 23 I Cor. 14, 37.

4 declinantibus *C* cl *ex* d *m. 2* elegentibus *C* 5 uoluntario set *C* 6 ab *om. C* 9 eum *C*, illum *v* 12 periet *C*, peribit *v* 16 perperituram *C*, perperam *v* 20 quid *ex* qui *C* 21 recordemur *v*, recordemini *Pamelius* 27 clericata *C*[1] maiores maioribus *v* 28 consueuerunt *v* conflictiones *v*

latronum. plus duces et principes quam milites ab hostibus appetuntur in pugna, et uiolentius propulsantur uentis et turbinibus culmina quaecumque sunt altiora. ideo magis magisque, quo plus ceteris unusquisque potest, sciat esse sibi metuendum ne in aliquo minoretur, propter quod Salomon sic admonet dicens: qui gloriatur, inquit, in diuitiis, paupertatem uereatur. rogo uos quantum ualeo et ultra quam ualeo haec sint studia omnium clericorum, ut singularitatis inaccusabilis secessione fungantur, ne aut ipsi per feminas aut feminae per illos ad ignominiosa ludibria prouocentur. si quis habet matrem uel filiam uel sororem uel coniugem uel cognatam, sic habeat, ut nulla intersit ancilla neque aliqua ingrediatur extranea, ne ad hoc uideatur tenere proximas suas, ut ipsarum causa libere sibi adhibeat alienas. quod si non possint ipsae quae sunt proximae sine famularum ministerio uel sine amicarum esse solacio, expedit ut migrent ad aliud domicilium quam propter illas personae contrariae teneantur. humanum est enim, ut nec clericus illas necessariis feminis fraudet nec ipsae clericum per inportunas feminas sordident. adsignari possunt sanctis mulieribus, cum quibus uiuant, dummodo cum clerico femina nulla commaneat. non despecta, non uetula sine adfinitate peculiariter suscipienda est ad domesticum obsequium: quia magis illic cito delinquitur, ubi sine suspicione securum potest esse delictum, maxime quia cupidini nulla deformitas, nulla despectio fastidii uel uilis existit, cui diabolus pingens speciosum efficit quicquid foedum uel horridum fuerit.

Si quis autem modo profectione cogente apud fratres uel apud 45
extraneos hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se artet, ne passibilitate aliqua uitietur. semotus ac secretus Deo uacet et sibi, ne intus capiatur a diabolo, et qui foris capi non potuit apud suos

5 Sir. 10, 34.

2 et turbinibus *C* et *s. l. m. 2* 3 quo *C s. l. m. 2* 7 sunt st. omnia *C* 8 inaccusabiles *C*[1] 10 uel coniugem *C exp. m. 2* 11 sit inter (inter sit *m. 2*) ancilla *C*, ancilla intersit *v* 13 possunt *C* 14 esse *om. C* ut migret *C* ut *s. l. m. 2* 16 ut *C s. l. m. 2* 20 est ad *C*, ad *v* 21 illic cito *Bal.*, inlicito *C* 22 cupidinis *C* 23 cui *C*, sed *v* 27 ac *C s. l. m. 2* 28 suos *ex* uos *C*

cadat. qui hostes effugit, ad tempus pro salutaribus causis procedat ad faciem et iterum cito discedere de conspectu festinet. ubique gustanda est cum mulieribus, non continuanda praesentia, sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiua. proteruitatis enim iam coepta sunt repraesentari semper in medium, et perditionis meditatio est frequentatiuum inter mulieres celebrare processum. de qua re nobis Salomon moderamen inposuit dicens: in medio mulierum noli assiduus esse. sic igitur ambulate, sic agite, ut semper in clericis ecclesiae senatus candidus constet. seueritas in uobis circa feminas uigeat, auctoritas polleat, uigor teneatur, grauitas ueneretur.

46 Vt semel omnia colligamus ad clausulam, breuiarium relegimus uobis quod ad conpendiosam plenitudinem redigens apostolus Paulus insinuat: de cetero, inquit, fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate quae accepistis et didicistis et audistis et uidistis in me. haec agite et Deus pacis et dilectionis erit uobiscum. amen.

XIIII. DE DVPLICI MARTYRIO
AD FORTVNATVM.

---

1 Multifariam multisque modis ago gratias, Fortunate mihi in Domino carissime, diuinae benignitati, quod et tuam pietatem excitauit

7 Sir. 42, 12. 14 Phil. 4, 8. 9.

6 frequentantium *C* 13 paulus apostolus *v* 14 inquit *om. v.* — Explicit (liber *add. m. 2*) de singularitate clericorum *C.* —

ad exstimulandum officium meum, ut unico libello commilitonibus nostris materiam subministrarem, unde sibi gratia spiritus opitulante munimenta telaque fabricarentur aduersus persecutionum incursus, et mihi quod petebas conanti non dedignata est adesse, et quod utriusque nostrum operam non passa est esse sterilem, hoc est quod mei Fortunati pium desiderium bene fortunauit, et ministri sui officium uoluit esse gregis sui beneficium. scribis enim ex eo libro multum roboris et alacritatis accessisse strenuis, timidioribus autem et infirmis tantum animorum esse additum, ut ex his quoque per Dei gratiam certam uictoriam nobis promittere debeamus. eoque libentius obtemperaui posterioribus tuis litteris, quibus orat tua caritas, ut quoniam hoc auspiciis Domini nostri Iesu Christi bene successit, addam uolumen alterum de duplici martyrii genere: quorum unum exhibetur cum saeuit tortorum immanitas, alterum occultius quidem est, sed nihilominus fortem animum postulat multaque diuinitus armatura communitum. utinam et hoc munus Christi spiritus per me fratribus et commilitonibus nostris largiri dignetur et quod dederit bene prosperare. quemadmodum enim nihil sanctum nisi illo sanctificante, nihil potens nisi illo corroborante: ita nihil felix, nihil auspicatum nisi illo prosperante. sane et uestris precibus et Domini bonitate fretus aggrediar.

Martyr, ut iis quoque notum est qui Graece nesciunt, testem sonat. 2
quamquam autem post exortam euangelicae ueritatis lucem ecclesiastica consuetudo cognominis huius honorem proprie tribueret iis qui in tormentis usque ad mortem perdurarunt in professione nominis Iesu Christi et euangelicum instrumentum sanguine suo uelut obsignarunt apud incredulos: omnis tamen piorum uita testimonium reddit Deo, non quod ille cuiusquam egeat testimonio, qui ex se fons est aeternae gloriae, ut nec ullis hominum honoribus fieri possit honoratior nec ullis mortalium ignominiis obscurior: sed tamen ita uisum est aeterno illius diuinoque consilio, ut suam bonitatem sapientiam ac potentiam apud homines per homines uelit illustrari, sicut mundum gubernari uoluit per angelos, cum angelorum ministerio non egeat, multaque hominibus per homines largiatur, quae per se dare poterat, qui quidquid uult nutu potest et cui uoluisse fecisse est. et quamquam ut dixi ad illam ineffabilem maiestatem nulla pertingit ignominia, tamen in scripturis ita loquitur, quasi per nos honoretur uel

ignominia afficiatur. nam in Deuteronomio cum Moyse expostulat, quod apud populum ob laticis penuriam murmurantem in Cades deserti Sin ad aquas contradictionis non sanctificarit ipsum inter filios Israel, et ob hanc offensam non est illi nec Aaroni datum ingredi terram promissam ac tot annis exspectatam, sed tantum e montis uertice procul aspicere licuit.

3 Porro quod dictum est sanctificare pro glorificare, qui litteras Hebraeorum callent, affirmant esse sermonis illius proprietatem. quod ipsum tamen ex aliis scripturarum locis liquere potest, si minus illorum testimonio fidimus, quandoquidem et in oratione dominica *sanctificetur nomen tuum* dictum est pro glorificetur siue clarificetur nomen tuum. sic et Corinthios exhortatur, ut glorificent ac baiulent Deum in corpore suo. sicut enim nomen Dei glorificatur uita piorum hominum, in quibus ipse per spiritum suum operatur quidquid faciunt boni: ita e diuerso polluitur et infamatur malefactis eorum qui se Dei cultores profitentur. quemadmodum et militis uirtus aut serui probitas redundat in gloriam ducis aut heri, ita militis ignauia aut serui nequitia dedecori est duci aut hero, propterea quod horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus in quorum potestate sunt. qui etiamsi prorsus absunt ab omni culpa, tamen popularis existimatio solet dominorum mores ex seruorum moribus aestimare. unde etiam hic uidemus diuinam scripturam frequenter iuxta mortalium affectus loquentem uelut in Leuitico de eo qui de semine suo dedisset idolo Moloch dicit: *quia polluit nomen sanctum meum.* at quod ab hominibus sanctificatum est, pollui potest: Dei uero nomen in se semper est gloriosum, apud homines tantum contaminatur, quemadmodum mendax infamia non polluit uirum integrum. sic et apud Ezechielem clamat nomen suum fuisse pollutum inter gentes impiis moribus Israelitarum. quin et beatissimus Paulus scribens Romanis ex auctoritate prophetae dicit, appellans Iudaeos legem profitentes, sed ea quae lex uetat facientes: *nomen Dei blasphematur inter gentes.* et in oratione dominica, sicut attigi modum, ex auctoritate redemtoris oramus ut sanctificetur nomen Dei patris, hoc est ut inclarescat et illustretur apud homines utique per homines uel potius in hominibus. illustratur au-

11 Matth. 6, 9. 24 Leu. 20, 3. 31 Rom. 2, 24.

tem, si spiritus illius regnet in nobis et si illius uoluntati obtemperetur in terris, quemadmodum in caelis nulla est rebellio. quoniam autem homines ex sese nihil habent uirtutis, quidquid per nos recte geritur cedit in gloriam Dei et ideo thesaurum diuinae potentiae promit interdum ex uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei et non ex nobis.

Ergo quamquam omnis piorum uita martyrio suo glorificat Deum 4
et Christum filium eius, nullum tamen est illustrius testimonium apud homines quam sanguinis, hoc est uitae propter Deum contemtae et mortis fortiter toleratae. reddiderunt et miracula testimonium diuinae potentiae, praesertim apud incredulos, nam his proprie data sunt signa, quemadmodum scribit beatus apostolus: sed semper efficacius fuit sanguinis profusi testimonium. quot morbos insanabiles uerbo sanarat Dominus, quot caecos illustrarat, quot mancos paralyticos ac debiles restituerat, quot exanimes ad uitam reuocarat? et tamen pauci credebant in eum, et audiebat: *in Beelzebub eiecit daemonia*. ceterum ubi uentum est ad sanguinem, ibi deiectum est satanae regnum, ibi subactus est mundus. commemorat et Ioannes euangelista triplex in terra testimonium, spiritus aqua et sanguis, quod efficacissimum est postremo recensens loco. spiritum in columbae specie descendentem super Iesum uidere meruit Ioannes baptista, an alii uiderint incertum. certe hoc testimonium Ioanni datum est, quo desineret dubitare de Domino Iesu, an ille esset qui baptizaret spiritu et igni. aquae testimonium uidit Ioannes euangelista, nec satis constat solusne uiderit an cum multis. erat quidem hoc ingens mysterium sacri lauacri quo delentur peccata: sed uidit aquam simul effluere cum sanguine, qui nisi adfuisset inefficax erat aqua. quid enim prodest aboleri peccata, nisi succedat uita iustitiae quam confert sanguis? quamquam hi tres unum sunt: unus enim Deus est, qui per spiritum aquam et sanguinem declarat hominum generi uirtutem ac bonitatem suam: aut ideo dicuntur unum esse, quoniam undique sibi constat testimonium nec ulla ex parte dissonat, quemadmodum quos artissima iungit amicitia propter summum animorum consensum unus animus esse dicuntur.

Ac iuxta sensum crassiorem haec tria praecipua sunt in homine 5
uitae argumenta atque etiam instrumenta. quamdiu enim pulmonis

16 Luc. 11, 15.

officio attrahitur uicissim ac redditur halitus, certum uitae indicium est: unde loquendi consuetudine spirare dicuntur qui uiuunt et exspirasse qui uitam finierunt. quin et anima Latinis flatus dicitur ad Graecae uocis imitationem, qui uentum ἄνεμον uocant. super haec sunt in ipso homine subtilissimi spiritus a corde ubi fontem habent sparsi per uniuersum corpus, sed praecipue per arterias commeantes, licet et aliis partibus omnibus mixti: hi si subito euolent, mortem praesentem afferunt: sin includantur, lenta aegrotatione consumunt hominem. adest et humor quidam naturalis, quem ut arbitror medici phlegma uocant, sparsus et ipse per uniuersum corpus. huius usum numquam sentimus euidentius quam in sensu gustus: nisi enim hic admixtus sit inter linguam et palatum, nullum erit palati iudicium. et tamen haec sic mixta sunt in homine, ut non sit sanguis absque spiritu et phlegmate, et pariter ad tuendam uitam conferunt omnia. uidemus quoduis animal mori simulatque sanguis effluxerit, et consumto humore quem medici radicalem uocant non aliter moritur homo, quam exstinguitur lucerna consumto oleo. sed nimium diu moramur in contemplatione naturae, quod tamen non inutiliter factum opinor a nobis, ut dilucidius fiat caritati uestrae mysterium, in cuius contemplatione ideo uersamur lubentius quia salubrius. nam iuxta naturae considerationem tunc ista magnam uim habent, cum in uiuo corpore sua munia peragunt: ac iuxta mysticam philosophiam tunc demum plurimum ualent cum corpus relinquunt.

6 Nemo miratus est Dominum humano more spirantem ac respirantem, sed cum in cruce clamore ualido emisisset spiritum, simul intellectum est, illum et uerum fuisse hominem et uerum Deum: hominem quod iuxta naturae ordinem et ubi uitalem flatum emisisset, desiit uiuere: Deum, quod simul cum ingenti clamore mortuus est, declarans se uolentem ac spontaneum deponere uitam, quod humanarum uirium nemo nescit non esse. sensit efficax testimonium spiritus uicinus centurio: sic enim narrat beatus Marcus: uidens autem centurio qui ex aduerso stabat, quia sic exspirasset, ait: uere hic homo filius Dei erat. quid morte abiectius iuxta carnem? sed nihil morte potentius iuxta spiritum. erat et illud praeter naturae cursum quod e latere exanimati

31 Marc. 15, 39.

corporis sanguis et aqua profluit, ut absolueretur triplex testimonium. totum effudit spiritum ut nos respiraremus: quidquid erat humoris aquei reliquum, expressit ut nos ablueremur: quidquid resederat in corde sanguinis, emisit ut nos confirmaremur. atque haud scio an perperam faciam haec tria inter se conferens, cum sint unum non natura sed in mysterio. si qua tamen est discretio, sanguis in testimoniorum ratione potissimum celebratur, quod in hoc scriptura testatur esse uitam animantis, et ob id a cibis submouebatur edicto legis: praeterea magis est expositus hominum oculis sanguis quam spiritus aut aqua.

Vita Domini, qui summus fuit martyr quique et hodie pugnat et 7
uincit in martyribus, plurimis fuit offendiculo. non iam loquor de Pharisaeis et scribis, ipsis etiam cognatis ac fratribus fuit detestabilis, cum dicerent illum in furorem uersum: sed mors illius non solum piis, sed impiis etiam fuit admirabilis. nec alibi magis uerum fuit quod Dei *uirtus in infirmitate perficitur*. ibi fracta est satanae tyrannis, ibi deuicti sunt inferi, ibi triumphatum est de diabolo, ibi deiectus orcus, caelum apertum. nimirum hoc erat quod instante mortis tempore deprecabatur Dominus: *pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te*. quid homine mortuo contemtius? quis enim uel Caesarem mortuum metuat? sed Christi morte quid efficacius? uelum templi scissum est a summo usque ad imum, terra concussa est, saxa discissa sunt, aperta sunt monumenta, reuixerunt sepultorum corpora, sol medio die obtexit faciem suam. numquam per omnem uitam magis declarauit potentiam suam: mox refractis omnibus mortis repagulis uiuum se discipulis exhibuit. nimirum hoc est efficax illud sacrosancti sanguinis testimonium, qui solus potuit dirimere maceriam, quae Deum ab hominum genere separabat: solus potuit unica litura delere totum illud chirographum quod erat contra nos, et satanae in nos ius uindicabat. neque enim sanguis hircorum aut uitulorum potuit abolere peccatum: umbrae erant illa et typi futurorum. nec ullius hominis sanguis poterat tollere peccatum mundi praeter unici illius agni sanguinem cui baptista tribuit testimonium dicens: *ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*.

16 II Cor. 12, 9 19 Io. 17, 1 34 Io. 1, 29. 36

8 Plus est tollere peccatum quam peccata et peccatum non huius aut illius sed mundi. corpus enim peccati mundum uniuersum occuparat: hoc per Christum esse sublatum sanguis ipsius pro nobis effusus reddit euidens testimonium, melius pro nobis loquens, ut inquit apostolus, quam sanguis Abel. siquidem ille clamans de terra loquebatur uindictam: at Christi sanguis de cruce clamans pacem loquitur et reconciliationem. quin idem sanguis quoniam a nobis bibitur, si modo digne bibitur, clamat in cordibus nostris uerba pacifica et solatii plena. et illic triplex est testimonium, licet spiritali quodam modo. clamat spiritus qui nobis arrhabonis loco datus est: Abba pater, testificans quod sumus filii Dei. clamat aqua per quam renati sumus, quod condonata sunt nobis omnia peccata: et si quis adhuc dubitat, accedit sanguinis testimonium clamantis: quid adhuc haesitas, quid adhuc pauitas tyrannum satanan? ecce pretium quo te redimit Dei filius. nisi te saluum uoluisset Deus, non tradidisset unigenitum suum in mortem.

9 Nemo maiorem caritatem habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. si non est maius eximiae beneuolentiae testimonium quam si quis uitam impertiat amico, grauius est dominici sanguinis testimonium qui pro inimicis effusus est. effusus pro inimicis fecit amicos ac filios Dei: atque ut consideremus hanc fore perpetuam amicitiam, reliquit nobis edendam carnem suam, reliquit bibendum sanguinem, ut per eadem aleremur, per quae sumus redemti. sanguinis aspersione confirmatum est uetus testamentum, quemadmodum ad Hebraeos scribens praeclare docet beatissimus Paulus: Christi sanguine consignatum et corroboratum est nouum testamentum, hoc est testamentum et pactum gratiae et remissionis peccatorum per sanguinem agni immaculati, qui in se recipere dignatus est totius mundi peccatum, quod omnes ex Adam contrahunt qui prodeunt in hanc uitam et cuius contagio peccant quicumque peccant. tanta autem est Christi sublimitas, ut fortasse non oporteat quemquam ceterorum hominum cum illo conferre, nisi ipse nobis tantam fiduciam praebuisset, qui non dedignatus sit discipulos suos uocare amicos, seruulos suos uocare fratres et coheredes. quemadmodum igitur ille suo mirabili testimonio clarificauit patrem in hoc mundo at-

10 Rom. 8, 16. 17 Io. 15, 13.

que etiam in caelis: ita testimonium illius quodammodo consummatur testimonio sanctorum, quasi sit una passio Domini et seruorum. id ne quis existimet parum religiose dictum, beatus Paulus nobis patrocinatur ita scribens ad Colossenses: *qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.* quis enim nescit, fratres, quam uberem prouentum effudit ecclesiae seges, apostolorum ac ceterorum martyrum sanguine irrigata? quo plus sanguinis effusum est, hoc magis effloruit multitudo fidelium, hoc latius sparsit suas propagines illa beata uitis a Christo stirpe surgens et occupans orbem uniuersum quacumque patet ab oriente ad occidentem, ab aquilone usque ad austrum.

Ecce, fratres dilectissimi, a Domini redemtoris temporibus anni 10
fluxerunt plus minus ducenti quadraginta, iamque huius uitis palmites paene latius se sparserunt quam Romanum imperium, efferas etiam nationes musto spiritus inebriantes et quos nulla ferri uis domare potuit, emollit sanguis illius agni candidi. qui naturae causas scrutantur, narrant adamantem nullae chalybis duritiei cedentem hircino sanguine maceratum ictu malleorum dissilire: nullus autem adamas corde saxeo peccatorum durior. hoc igitur cor ferreum, cor saxeum, cor plus quam adamantinum emollit sanguis Christi et huius martyrum, qui suppleruut quod illius passionibus deerat. hoc argumento summus ille pastor et ut Petrus ait princeps pastorum testificatus est se esse pastorem bonum, quia animam suam posuit pro ouibus, nobis exemplum praebens, ut qui pro nostra qualicumque portione uices illius gerimus, parati simus et ipsi pro grege dominico sanguinem fundere, nisi malumus uideri mercenarii quam pastores. domini uerbis congruunt uerba discipuli. cum enim dixisset se gaudere in passionibus, quibus consummaret passiones Christi, perpetiens et ipse pro corpore Christi, quod est ecclesia, qualia passus erat Dominus, causam adiecit cur ea libenter pateretur. *cuius*, inquit, *factus ego sum minister secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in uobis, ut impleam uerbum Dei.* et alio quodam in loco scribit se repleuisse euangelium. sicut ergo mortibus martyrum consummantur passiones Christi, ita sanguine pastorum confirmantur

4 Col. 1, 24 31 Col. 1, 25

promissa Christi. nullum enim instrumentum indubitabilius, quam quod tot martyrum sanguine signatum est. hoc nimirum est implere uerbum Dei, hoc est replere euangelium.

11 Sed interim grauissimus dolor oboritur animo meo, dilecti, dum mecum reputo, cum adhuc recens ille Christi sanguis feruere debeat in cordibus fidelium, tam multos esse in quibus refrixit caritas, atque hoc grauius discrucior, quod tales non paucos pastores habeat ecclesia, qui non solum non opponunt corpora sua aduersus luporum incursus, uerum etiam ipsi lupos agunt, dum mactant ac perdunt animas simplicium, ipsi uentri suo, quaestui et ambitioni seruientes, adeoque non implent uerbum Dei, ut illud cauponentur potius et impiis dogmatibus adulterent: nec cogitant quod ille pastorum princeps seuerissimo iudicio reposcet singulas oues, pro quibus redimendis sanguinem suum fuderat, de manibus eorum. sed illos suum manet supplicium: nunc melius est ut omissis querelis nos inuicem ad officium quod Christo debemus exhortemur.

12 Triplex a Christo testimonium accepimus, triplex illi testimonium reddamus oportet. rudimenta fideliter tradamus baptizandis, perfectiora baptizatis. confirmemus illos fructibus spiritus ad caelestem uitam prouocantes, et si res postulet, libenter etiam uitam commisso nobis gregi impendamus nostraque morte uicissim Deum clarificemus. et ne cui uideatur mirum morte hominum glorificari Deum, audi beatum Ioannem in euangelio de Petro, cui Dominus praedixerat fore ut ubi senuisset, ab alio cingeretur et duceretur quo nollet, ita loquentem: *significans qua morte esset glorificaturus Deum.* quotquot igitur ab orbe condito propter Deum, propter iustitiam ac pietatem mortui sunt, morte sua glorificauerunt Deum. nam eleemosynas ieiunia precationes aliaque pietatis exercitamenta simulant etiam hypocritae: mortem nemo suscepit alacriter, nisi qui certo persuasum haberet, nihil aduersi posse accidere iis qui persistunt in caritate Dei.

13 Neque tamen statim martyr est qui occiditur, occiduntur et sicarii et piratae: non supplicium facit martyrem sed causa. quod si qui leguntur sibi fortiter consciuisse necem, aut infirmitas erat morte quaerens dolorum finem aut ambitio aut dementia. nec hoc est testimonium praebere Deo id facere quod et Deo displicet et gentium etiam legibus prohi-

25 Io. 21. 19.

betur. plurimum interest inter barbaricam immanitatem et martyrum modestissimam constantiam in se imbecillem, in Christo fortem. sunt qui certis artibus corpus stupefaciunt, ne sentiant cruciatus: hoc modo se quidem malefici muniunt aduersus carnificum manus. sunt et affectus impotentes qui sensum adimunt animo, ita ut uel mortem impauidi perferant. sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime et sublimiter humile non uidemus nisi in Christi martyribus. non obtuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno: magis dolent de illorum caecitate quam de suis afflictionibus. scilicet clamat et in illis Christus: *pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* non aliud spectant quam in caelum, ubi spem omnem habent repositam. sic ipse Dominus uelut agnus sine uoce ad mactationem ductus est: et si quam edidit uocem, ea magis declarauit animum mitem ac placidum quam ullum potuisset silentium. quam blanda oratione compellat Iudam proditorem, quam placide respondit caesus alapa, quam nihil ferocius loquitur Annae et Caiphae, quam tranquille respondit Pilato. denique cum Pharisaei uelut uictores mouerent capita sua amarissimis conuiciis in illum debacchantes, ille mitissimus clamat: *pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

Non igitur mori per se testimonium est, sed sic mori est testimo- 14
nium praebere Deo. Stephanus iuuenis inter homicidas agnus inter lupos stabat placido angelicoque uultu et ad Domini exemplum orat pro lapidantibus nec alibi habet oculos quam in caelum. illic uidere meruit, cuius praesidio superior erat persequentibus. qui uero timet Deum, non metuit hominum saeuitias. qui ex animo diligit uitam caelestem, facile uilem habet animam atque illi cum beato Paulo *uiuere Christus est, mori lucrum.* an non ingens lucrum est hanc et breuem et innumeris malis contaminatam uitam cum sempiterna felicitate commutare? hic Dominus quemadmodum et in ceteris omnibus sese formam nobis exhibuit. quum enim instaret extremus actus martyrii quem aiunt in fabulis oportere esse optimum, secessit, abiecit sese in terram, prolixe atque etiam frequenter ac sanguineo sudore madescens nostrae naturae in se expressit imbecillitatem, ante testatus animi taedium ac tristitiam usque ad mortem, ne nos in

10 Luc. 23, 34. 27 Phil. 1, 21

desperationem caderemus, si cum omnia mortem praesentem intentant, horrorem naturae senserimus. nisi enim adesset sensus dolorum, nihil haberet admirabile martyrium, sed superare dolorem corona dignum est. horrere mortem naturae est, uincere naturam animi fortitudine gratiae est. omnia potest Paulus, sed in eo qui ipsum corroborat. sed quibus praesidiis uincitur naturae infirmitas? si nos totos humi prosternamus, hoc est si nihil omnino tribuamus uiribus nostris, si uigilemus et oremus instanter, si nostram uoluntatem diuinae uoluntati submittamus dicamusque illa ex animo ex toto corde: *transeat hic calix si fieri potest, sed fiat non sicut ego uolo, sed sicut tu uis.*

15 Noui ego ac fleui quosdam magna animi fortitudine praeditos, qui iam coronae proximi defecerunt et quem diu professi fuerant abnegarunt. quid fuit in causa? dimouerant oculos suos ab eo qui solus robur dat infirmis: intermiserant orationem ac coeperant ad humana praesidia respicere. contemplabantur suae naturae uiriculas, considerabant aculeos ungulas candentes laminas ferrum et ignem reliquumque carificinae apparatum etiam aspectu horrendum, et cruciatuum atrocitatem cum suis uiribus conferebant, et ideo uictoriam amiserunt e manibus. ubi quis ita cogitat 'hoc possum, illud perpeti non possum', numquam feliciter peraget martyrium. sed qui se totum tradit diuinae uoluntati non alio spectans quam ad illius opem, is demum firmus est et inuictus. hoc autem fieri non potest, nisi adsit uera ac uiuida fides, nihil haesitans, nihil disquirens: ne cogitaueris quanta sit tyranni saeuitia, quanta hominis imbecillitas, sed quanta sit Domini uirtus, qui certat ac uicit in membris suis.

16 Ergo ut a digressione reflectamus ad id quod erat constitutum, quemadmodum Domini mors potentior erat quam uita, ita uoluit martyrum suorum mortem esse potentem. quid enim infirmius quam uinciri damnari caedi cruciari occidi et ad carnificis arbitrium praebere corpus? haec species interdum misericordiam mouet etiam saeuissimis tyrannis. uerum ubi iam ad monumenta martyrum pelluntur morbi, rugiunt daemones, terrentur monarchae, coruscant miracula, concidunt idola: tum apparet quam sit efficax ac potens martyrum sanguis. *praesentia infirma, epistolae graues,* audiuit beatissimus

10 Luc. 22. 42. 35 II Cor. 10, 10.

gentium doctor. hoc et ad martyres recte accommodabitur: uita infirma et contemta, mors grauis ac potens. iam non est par omnium martyrum in tormentis alacritas, quemadmodum nec omnes eodem genere mortis defunguntur. tres illi beati pueri in mediis flammis inuenere refrigerium et septi innocuo elemento uelut in conclaui canebant hymnum Domino. Daniel item citra noxam leonum sodalitio est usus. beatus Andreas, ut habet humana quidem historia, sed satis probatae fidei, gaudens sibique gratulans ibat ad crucem. alii diutinis ac uariis cruciatibus subinde moriuntur nec tamen morte datur finire dolorem. est igitur et illud ueri martyris hoc quoque totum arbitrio Dei committere. nouit ille quid expediat nobis et quid ad ipsius gloriam maxime conducibile sit. tantum illud assidue cogitandum est: *siue uiuimus siue morimur, Domini sumus.* nec sibi quisquam displiceat, si corpore pariter et animo sentiat grauem ac diutinam molestiam, tantum fidat ei cui certat. *is non patietur quemquam tentari supra id quod potest, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* quosdam electos interdum patitur in tormentis deficere, ut agnoscant imbecillitatem suam, atque eosdem post fortissimos reddit in certamine. hac dispensatione Petrus ter abnegauit Dominum, ut edoctus quam nihil posset suis uiribus confirmaret fratres suos. quomodo autem confirmaret? ut sibi diffisi fiduciam omnem collocarent in Domino.

Sed iam tempus est, ut de altero martyrii genere disseramus cari- 17
tati tuae, de quo etiam accuratius est disputandum, quod occultum sit et omnium temporum commune: neque enim semper saeuiunt Nerones, Diocletiani, Decii ac Maximini: numquam tamen cessat diabolus exercere Christi militiam professos. et fortassis erunt posthac donante Christo tempora, quibus nullae tyrannorum persecutiones affligent ecclesiam: numquam tamen defutura sunt certamina, numquam martyria quibus homines pii glorificent Deum. ecclesia quidem adhuc in hoc exsilio militans peculiaribus gaudiis applaudit iis, qui in professione nominis Iesu animas suas fideliter deposuerunt, et ad horum memorias magna cum alacritate concurritur: sed caeleste theatrum, angelorum myriades et iustorum cum Christo regnantium innumerabilis populus applaudunt omnibus, qui sinceram fidem et caritatem

12 Rom. 14, 8. 15 I Cor. 10, 13.

inuictam quam habent erga Dominum Iesum integritate et innocentia uitae testificantur.

19 Nec solum professione fidei, quae iuxta Paulum ore fit ad salutem, glorificatur Deus: uerumetiam confessione commissorum. haec ne temere ex nobis ipsis loqui uideamur, adducenda sunt scripturarum testimonia. ergo nisi piorum uita cederet in gloriam Dei, Christus non diceret in euangelio: *ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in caelis est.* nec Paulus apostolus scriberet Galatis: *et in me glorificabant Deum.* confirmatur hoc et per repugnantiam ex his quae diximus. etenim si nomen Dei polluitur ac dehonestatur impia uita sui populi, utique bona illius uita cohonestatur. damnatur apud apostolum et philosophorum impia sapientia, *qui cum Deum cognouissent, non tamen eum ut Deum glorificauerunt.* sapientiam profitebantur et summum exhibebant stultitiam. itaque cum Deum esse profiterentur, tamen turpiter uiuentes et idolis sacrificantes falso testimonio quodammodo obscurabant Dei gloriam, quasi nec iustus esset nec uerax, aut quasi non unus esset sed multi, aut quasi saxis esset assimilis. id autem euidentius etiam testatur beatissimus Paulus scribens ad Corinthios, *emti,* inquit, *estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore uestro.* ideo Deus redemit nos pretio sanguinis sui, ut semel a peccatis expurgati deinceps uitam ipso dignam ageremus.

20 Ac symbolum imperatoris gestamus impressum frontibus nostris. quid si gerens signum Christi praestet opera Belial, nonne dedecoratur ille cuius insignia gerimus? contra sicut imperator sibi placet de milite praestrenuo, sic existimans illius uirtutem ipsi decori et ornamento esse: sic Deus gloriatur in his quos redemit, quos lauit, quos sanctificauit, quos spiritus donatiuo dignatus est, si uitae sanctimonia declararint Domini gratiam in ipsis non fuisse uacuam. si Paulus gloriatur in discipulorum pietate, gaudium et coronam suam illos appellans, qui nihil erat nisi dispensator alieni muneris: annon Dominus magis gloriatur super his pro quibus mortuus est? iam quod in libro Iob ad hunc modum satanae loquitur Dominus: *num animad-*

7 Matth. 5, 16. 9 Gal 1, 24. 13 Rom. 1, 21.
20 I Cor. 6, 20. 34 Iob 1, 8.

uertisti seruum meum Iob, quomodo non sit ei similis super terram, homo simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malitia? nonne sermonem profert de suo cultore gloriantis? beatus autem Paulus splendidiore etiam uerbo usus est scribens secundam ad Corinthios epistolam: Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo. melius est nomen bonum super unguenta pretiosa. scriptura gloriosam famam appellare solet odoramenta. non tamen Deus gloriatur hominum more, sibi placens ac gestiens, sed nostram salutem suam ducit gloriam et ideo subiecit apostolus: in his qui salui fiunt et in his qui pereunt. quomodo glorificatur Deus in his qui salui fiunt? quoniam in illis illustratur illius misericordia. quomodo in his qui pereunt? quoniam in his declaratur illius iustitia.

Nunc ipse sermonis cursus nos eo deduxit, ut doceamus et pecca- 20
torum confessione glorificari Deum. hic occurrit protinus ex libro Iesu Naue Achan, qui quoniam contra diuinum edictum sustulerat ex anathemate pallium coccineum insigne ac ducentos siclos argenti ac linguam auream siclorum quinquaginta, populus Israel terga uertit hostibus. itaque Iosue dixit Achan: fili mi, da gloriam Domino Deo Israel et confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. confessus dedit poenas, et auersus est furor Domini. ea confessio clarificauit Dei iustitiam ac sapientiam. sapientiam, quod illius oculis nihil esset abstrusum: iustitiam, quod non sine causa passus esset hostes aduersus Israelem inualescere, quodque leges ipsius nullus hominum impune uiolat. nihil erat magni quod suffuratus erat Achan: magnum tamen erat documentum uniuerso populo, quantum periculum sit Dei iussa negligere eique uelle imponere quasi quidquam illum fugeret, aut quasi faueret praeuaricatoribus. atque ille quidem cum esset Iudaeus, ob unicum peccatum quod ipsi leue uidebatur seuerissimas poenas dedit, lapidatus ab uniuerso populo, corporis interitu salutem animae redimens. non enim iudicat Deus bis in id ipsum.

5 II Cor. 2, 14. 21 Ios. 7, 19

21 Sed quae poena manet illos, qui post tantam euangelii lucem et gratiam, postea quam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum caeleste, et participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt aeque bonum Dei uerbum uirtutesque saeculi uenturi, in multa atque immania crimina relabuntur, crucifigentes sibimetipsis filium Dei et ostentui habentes? qui hoc sunt etiam miserabiliores, quod cum tales sint, aspernantur tamen poenitentiae salutaris remedium, contemnunt ecclesiam maternum gremium offerentem et ad sanitatis instaurationem inuitantem. eiusmodi defectio quantam putas ignominiam inurit ecclesiae? nec ea ignominia non potest pertinere ad Christum qui est caput ecclesiae et per omnia suum esse ducit, quod est corporis ac membrorum ipsius. e diuerso, quanta totius ecclesiae exsultatio, cum qui lapsus est per poenitentiam ecclesiae reconciliatur? ac ne putemus hoc gaudium apud uos tantum esse, Dominum audiamus in euangelio *κατὰ* Lucam loquentem: *ita dico uobis, quod gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.* nam haec clausula finit parabolam de pastore, qui relictis nonaginta nouem ouibus unam quam a grege aberrauerat multo labore quaesitam ac tandem inuentam imposuit humeris suis et caulae restituit. simili sententia claudit parabolam de muliere, quae drachmam perditam inuenerat. *ita dico uobis gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.* nec tamen hoc sic accipiendum est, quasi Deo et eius angelis gratius sit post lapsum redire ad pietatem, quam citra lapsum perseuerare in innocentia: sed scriptura suo more loquitur secundum affectus humanos, illud testatum esse uolens Deo gratissimam esse peccatorum conuersionem. *non enim quaerit mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur et uiuat.*

22 Atque interdum piorum hominum lapsus quamuis enormes diuina dispensatione uertuntur in summum ecclesiae profectum. sic lapsus est apostolorum princeps, sic Paulus gentium doctor, sic Maria Magdalene, quibus nunc ecclesia praecipue gloriatur, quorum lapsus cesserunt in stabilimentum ac solatium domus Dei. praeterea non hic lo-

15 Luc. 15, 7. 28 Ez. 18, 32.

quitur de uere iustis, sed de iustitia Pharisaica, quemadmodum alibi dicit: non est opus sanis medico, sed male habentibus. at non erant sani quibus hoc dicebat Dominus, sed legis qualicumque obseruatione tumidi sibi uidebantur sani et ideo non desiderabant medicum.

Haec cum ad hunc habeant modum, desiderate frater, conemur 23
assiduis exhortationibus excitare fidelium animos, ut tota etiam uita martyrium hoc est testimonium reddat Deo: quod adeo negligendum non est, ut nisi ea praecesserit, martyrium quod sanguine perhibetur non sit martyrium. frustra enim ceruicem praebueris carnifici, nisi prius occideris membra quae sunt super terram, hoc est affectus qui militant aduersus spiritum, odium inuidiam auaritiam libidinem: quibus quicumque seruit Deum quodammodo abnegauit et Christum ore profitens uita satanam Deum confitetur. nec hic sermo debet cuiquam uideri durior, cum sit uerax ac salutaris: quidquid homo quiuis Deo anteponit, sibi Deum facit, nec possumus duobus seruire dominis: unus enim est Deus ex toto corde ex tota anima ex totis uiribus diligendus.

Quisquis igitur ore dicit: credo in unum Deum, et seruit auaritiae 24
aut libidini aut luxui, sibi mentitur sibique repugnat, aliud lingua sonans, aliud animo celans, uoce tantum testimonium perhibens Deo, cum uita satanam colat. efficacius autem est uitae quam linguae testimonium. non omnis qui dicit: Domine, Domine, intrabit in regnum, sed qui facit uoluntatem patris caelestis. habent et opera suam linguam, habent suam facundiam etiam tacente lingua. ideo Dominus in euangelio Ioannem ita loquitur: opera quae dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me. quemadmodum igitur bona opera profitentur Deum, ita mala quodammodo loquuntur: non est Deus, nec scientia in excelso. quis non contremiscat, quis non inhorrescat, quis non laceret uestimenta sua, quis non obturet aures suas, si tales uoces audiat ex Christiano? quantus horror, quantus dolor occupat animos nostros, cum quis uictus tormentis iussus abnegare Christum abnegat et ad Iouis statuam tus adolet? quam trepida-

2 Matth. 9. 12. 23 Matth. 7. 21. 27 Io. 5. 36. 30 cf. Ps 13. 1; 72. 11

mus metuentes ne Deus iratus fulmen in nos uibret irae suae, ne terra dehiscens nos absorbeat? ut interdum unius impietas supplicii consortio multos inuoluat: et sunt scelera tam immania, ut uidisse quoque aut audisse sit detestabile. sed cur alias in simili crimine tam sumus conniuentes? cur et nobis adeo blandimur et aliis. at uide quid de talibus loquitur apostolus scribens Tito: *profitentur se nosse Deum, factis autem negant.* idem in priore ad Timotheum de uidua quae negligit familiam: *si qua autem suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit et est infideli deterior.* si fidem negauit quae negligentius habet suam familiam, quid dicturum putas de his qui se totos dediderunt mammonae et uentri? de Christianis utique loquitur Paulus scribens Philippensibus, cum ait: *quorum finis interitus, quorum Deus uenter est.* quos eosdem taxat scribens Romanis: **huiusmodi Christo Domino non seruiunt, sed suo uentri.** seruire iuxta scripturarum consuetudinem dixit pro colere. uentrem colunt eum quem habent pro Deo. iam de auaritia manifestius etiam pronuntiat scribens ad Colossenses: **mortificate,** inquit, **membra uestra quae sunt super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et auaritiam, quae est simulacrorum seruitus.**

25 Execramur eos qui procumbant ad Dianae simulacrum: quanto iustius eos execramur, qui toto pectore seruiunt mammonae, qui illi quotidie sacrificant? et si auarus est idololatra qui pecuniae studio tenetur, qui quod hereditate obuenit aut industria partum est recondit nec erogat in egenos: quid censendum est de his qui lenocinio, qui fenore, qui rapto, qui fraude, qui calumniis, qui opprimendis pauperibus rem accumulant? atque haec idolorum seruitus non solum inuenitur inter Christianos, uerum etiam quod gemendum est inter episcopos. porro temulentia adeo communis est Africae nostrae, ut propemodum non habeant pro crimine. annon uidemus ad martyrum memorias Christianum a Christiano cogi ad ebrietatem? an hoc leuius crimen esse ducimus, quam hircum immolare Baccho? mihi uidetur multo grauius, si rem recta ratione uelimus expendere. cum tyrannus

6 Tit. 1, 16. 8 I Tim. 5, 8. 13 Phil. 3, 19.
15 Rom. 16, 18. 18 Col. 3, 5.

dicit 'abnega Christum et immola Ioui, et esto amicus noster, aut morere', saepe lingua negat corde reclamante et manus adolet tus, cum animus intus adoret Christum. quamquam hoc quoque grauissimum est crimen, tamen aliquam impietatis culpam eleuat humanae naturae imbecillitas. ibi satanas tibi loquitur uoce tyranni: at quid tibi dicit idem per tuam concupiscentiam? 'abnega Christum, et esto diues: sacrifica Mammonae et Christo nuntium remitte.' quid est quod pollicetur? aurum et argentum, inutilem materiam nisi exerceas. nec dicit 'morere sed oblecta oculos', immo potius hoc dicit 'lucrare pecuniam ad breue tempus habiturus et perde in aeternum animam tuam'. et tamen hic sponte submittis genua satanae et abnegato Christo te totum illi mancipas. quid autem Christus? 'meus esto et uiue in aeternum: contemne diuitias istas temporarias, et ego tibi centuplum reponam in hoc saeculo et uitam aeternam in futuro. relinque terram et accipe coelum'. ac Deus ista pollicens deseritur, et diabolus tam nihili res easque falso promittens adoratur. o foedam defectionem. o turpem idololatriam. o iniquam permutationem. quo praemio sollicitauit humani generis primos auctores? ostendit pomum et dedit mortem. mendacio fefellit: non moriemini, sed eritis sicut Dii, scientes bonum et malum. atque illi delusi qualem Dominum deseruerunt et ad quem defecerunt? a qua felicitate exciderunt et in quas aerumnas semet coniecerunt? sed idem ille tenebrarum princeps qui Euae locutus est per serpentem, nobis loquitur per satellites suos ac ministros, per lenas et lenones, per eos qui pelliciunt ad amorem pecuniae ad ambitionem ad uoluptatem, auocantes a sinceritate quae est in Christo Iesu. idem ille loquitur nobis per concupiscentias nostras quae uiuunt in membris nostris. nec dicit quod homo tyrannus: 'aut mihi optempera aut morere', nec ostentat carceres catenas uncinos sartagines aut caminos incensos, non cruces laqueos aut gladios, sed tantum: 'contemne Deum, renuntia uitae caelestis hereditati, et committe adulterium, et capies uoluptatem'. sed qualem? momentaneam et corporis tantum: quot autem amaritudinibus conditam? infamia periculo, super omnia uero secreto conscientiae cruciatu. haec est esca diaboli, hoc auctoramentum stipendium porro quale est? dicam maiore cum fide beatus apo-

19 Gen. 3, 4 f.

stolus: stipendium peccati mors est. quae mors? corporis, quam solam minitatur et inferre potest tyrannus homo? non, sed mors gehennae quae finem nescit. plus potest homo tyrannus quam diabolus. ille quodammodo cogit hominis naturam, hic nihil aliud potest quam sollicitare: deicere non potest nisi assentiaris, contemsisse uicisse est.

26 Maior itaque uenia debetur Christum in tormentis abneganti quam sponte assentienti diabolo, cui credidisse est Christum abnegasse. ille mendax est et omnis mendacii pater, et illius promissa quantumcumque fronte blandiantur nihil aliud sunt quam praestigiae pellicientes in exitium. ne quis itaque sic sibi blandiatur: ‘sum peccator, amo pecuniam, seruio libidini, studeo honoribus, indulgeo uindictae, deditus sum uoluptatibus: sed Christum non abnegaui’. at reclamat tibi Dominus ipse: non potes duos dominos colere. et interim horres abominandum turificati aut libellati cognomen, ipse fortasse turificatis aut libellatis deterior. illos humanus metus uiolentior quam ut hominis natura possit uincere eo compulit, ut impias uoces promant lingua reclamante conscientia: tu tam uili mercedula sollicitatus sponte deficis ad eum, a cuius tyrannide te Christus suo sanguine redemit: cuius iam totus es factus, quemadmodum ait apostolus: **emti estis pretio magno, et iam non estis uestri.** huius militiam professus es ad salutare lauacrum, huic dedisti nomen, huius sacramentis initiatus es, accepisti donatiuum et pignus spiritus, ne quid dubitares de promisso stipendio, simulque diabolo denuntiasti perpetuas inimicitias, renunciasti omnibus illius pompis ac uoluptatibus, exsufflasti, exsibilasti, iurasti in uerba redemtoris: cumque tot uitiis seruias, tibi places quod nondum sis turificatus aut libellatus.

27 Si quis miles iuratus in uerba Caesaris profugeret ad Turcam et ex illius arbitrio faceret ea quae sciret ingratissima Caesari, nonne comprehensus ad supplicium raperetur ut desertor, ut periurus, ut perfuga? quis autem audiret eum ita se defendentem ‘non sum desertor, non abnegaui Caesarem’. annon mox audiret ‘quid refert si lingua tacuit? re ipsa abnegasti, et plusquam abnegasti, qui non solum deserueris militiam, uerum etiam ad tyrannum et hostem im-

1 Rom. 6, 23. 14 Matth. 6, 24. 21 I Cor. 6, 20.

peratoris tui irreconciliabilem transfugeris’. merito fidelium aures abominantur apostatae uocabulum: uerum hoc non ibi tantum execrandum est, cum incenso tusculo aut scripto libello renuntiatur professioni nominis Christi, sed ubicumque contemtis Christi legibus obtemperatur satanae. nec enim refert quid sonet lingua: quae si sonet Christum, cum animus sit deditus criminibus, non est professio sed hypocrisis, abnegatura Christum si metus urgeat, qui premit turificatos aut libellatos. atque in his rebus quae sic inter se pugnant, ut neutra ferat alterius consortium, quoties hanc amplectimur, illam abdicauimus, quoties unam reiecimus, alteram agnoscimus. cuiusmodi sunt lux et tenebrae, bellum et pax, mors et uita, Deus et Belial: quemadmodum testatur et beatus Paulus in secunda ad Corinthios: q u a e e n i m p a r t i c i p a t i o i u s t i t i a e c u m i n i q u i t a t e, a u t q u a e s o c i e t a s l u c i a d t e n e b r a s? q u a e a u t e m c o n u e n t i o C h r i s t i a d B e l i a l? adhaesisse Belial est abnegasse Christum, utcumque lingua aut habitu Christum profitearis.

De hoc si quis simpliciorum dubitarit, dabo argumentum crassum 28
et euidens. fingamus tyrannum ita loqui Christiano ‘incendes tus Ioui’, nihil addentem nec exigentem ut Christum abneget: si adoleuerit, nonne cunctis manifestum erit illum hoc ipso Christum abnegasse, quod Ioui fecerit thymiama, etiamsi nihil proferat impium in Christum? quemadmodum qui magicis artibus utuntur (a quo malo nos Domini misericordia liberauit, sicut a ceteris omnibus, quibus iuxta ueterem hominem quondam ambulantes tenebamur) tacite Christum abnegant, dum cum daemonibus habent foedus. iam si Machabaei fratres una cum matre maluerunt tot cruciatibus exanimari quam carne suilla uesci, sic existimantes eum Deum legis auctorem negare quisquis sciens ac uolens legis praecepta uiolat: quo pacto sibi blanditur, qui in luxu temulentia auaritia rapinis adulteriis aliisque criminibus consenescunt, quae gentium etiam leges noluerunt esse impunita? et cum tot modis Christum abnegent, cum toties immolent daemonibus, pro Christianis haberi postulant? atque in his sunt, qui palam ista committunt ac propemodum etiam gloriantur in rebus pessimis: adeo non pudet aut piget admissorum. et tamen audent uenire in ecclesiam sanctorum, audent misceri gregi dominico.

13 II Cor. 6, 14

tales interdum tolerat ecclesia, ne prouocati magis etiam perturbent populum Dei: sed quid prodest non eiici coetu piorum, si merueris eiici? nam eiici remedium est et gradus ad recuperandam sanitatem: eiectionem meruisse summa malorum est. ac frustra miscetur coetui sanctorum in templo manufacto, si submotus est a consortio Dei et ab uniuerso corpore mystico Christi.

29 Oportet autem et illud considerare quantopere Christiani abhorrent ab idolothytis et ab ingressu fanorum atque ab ipsis etiam simulacris. cum beatus Paulus clamet neque idolum esse aliquid neque idolothytum, multo minus fanum ex lapidibus constructum est aliquid: et tamen plurimorum animus ea religione tenetur, ut mortem oppetant citius quam gustent idolis immolatum: et inexpiabile piaculum esse ducant, si ingrediantur fanum Iouis aut Apollinis aut Dianae seque putent contactu simulacri uehementer contaminari. equidem probo talium religionem, si sibi constet in omnibus. nunc pro dolor uidere est quosdam in his paene superstitiose trepidos, in aliis ubi grauior erat metuendi causa nimium esse securos. per se non inquinat animam contactus idoli nec ingressus fani nec esus idolothyti: sed per se polluit conscientiam amor pecuniae incestus rapina hypocrisis et his similia monstra. quam uero congruit horrere fani ingressum, nec horrere in templo sancto spiritui consecrato uictimas immolare daemoniis? clamat sanctus Paulus scribens Corinthiis: nescitis quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in uobis? si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. rursus in eadem epistola: an nescitis quoniam membra uestra templum sunt sancti spiritus qui in uobis est, quem habetis a Deo et non estis uestri? quod si Christianorum pectora sibi consecrauit Deus ut in illis inhabitet per spiritum suum, illic deliciatur et inambulat, illic amat sibi offerri uictimam puram in omni loco. et qui in hoc templum Deo sacrum eiecto sancto spiritu inducit abominationes quas in mystica uisione conspexit Ezechiel, qui illic sedem facit Mammonae Veneri Como Baccho aliisque portentis, qui ibi daemonibus immolat spurcissimas hostias, ueretur ingredi fanum gentium ne contaminetur? proinde nemo sibi frustra blandiatur, Deus non irridetur: constet sibi nostra

22 I Cor. 3, 16. 25 I Cor. 6, 19.

[illegible], nec alios detestemur ipsi grauioribus obnoxii criminibus: nec alibi simus religiose timidi, alibi impudenter impii. sed Christum semel professi tota uita reddamus illi testimonium, et undique glorificemus illum obedientes illius praeceptis: ut in hoc cognoscant homines quod uere fidimus illi, quod ex animo diligimus illum et quod non simulate ad sacrum lauacrum addiximus nos illius militiae.

Beatus apostolus praedixit nulli pie uiuere uolenti in Christo Iesu 30 defuturam persecutionem. si deest tyrannus, si tortor, si spoliator: non deerit concupiscentia martyrii materiam quotidianam nobis exhibens. postremo haec ipsa mala quae secum defert uita mortalium quaeque piis cum impiis communia sunt, martyrii coronam nobis parabunt, si placide, si cum gratiarum actione pertulerimus. neque priuati sunt martyrii gloria quicumque uiolenta morte consummati non sunt. quis autem ausit uel Abraham patriarcham uel huius filium Isaac uel beatum Iob eximere e martyrum numero? quae carnificinae grauius torserunt corpus, quam patriarchae mentem torquebant naturae affectus, cum incunctanter ad Dei iussum appararet immolare filium unicum et unice carum, in quo tota spes erat illi posteritatis? quid defuit Isaac martyrio, qui nihil obmurmurans passus est se colligari et imponi busto, nec expauit in ceruicem uibratam machaeram? cuius autem martyrium audebimus conferre cum his quae passus est Iob?

Quod si quis adhuc diffidit sermoni nostro, certe beati Pauli uer- 31 bis non poterit diffidere. is scribens ad Hebraeos orsus ab Abel usque ad Gedeonem ingentem sanctorum catalogum recenset, in quo plures sunt qui non defuncti sunt morte uiolenta, immo pauci sunt qui sic mortui sunt: et tamen de omnibus pronuntiat: et hi testimonio fidei probati inuenti sunt, perspicue declarans etiam uita bona peragi martyrium fidei. ecclesiae quidem usus discernit illos cognominibus, martyres appellans eos qui uiolenta morte decesserunt, confessores qui constanter in cruciatibus ac minis mortis professi sunt nomen Domini Iesu parati mortem oppetere uel potius martyrii supremam coronam ambientes. apud Deum tamen quicumque carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis, quicumque Christo uere commortui sunt eique in baptismo consepulti sunt, ut iam non sibi uiuant neque mundo cui semel mortui sunt, sed ei qui pro ipsis est

26 Hebr. 11, 39.

mortuus, martyres sunt nec martyrum corona fraudabuntur: inprimis autem monachi qui uere monachi sunt ac uirgines quae uere uirgines sunt. neque enim locus desertus, saccus pro ueste, legumen pro cibo, neque ieiunia neque chameuniae monachum absoluunt, sub his inuolucris interdum latet animus ualde mundanus. quod ita deprehenditur si ad munus aliquod ecclesiasticum uocentur: ibi uideas quosdam ex illis facillime uinci deliciis, impatientiores iniuriarum, appetentiores uindictae quam quiuis alius sit ex media plebe. quid causae est? quoniam corpus exercuerunt magis quam animum: cum beatus Paulus doceat, quod exercitatio corporalis ad modicum utilis sit, pietas ad omnia ualeat.

32 Non haec dixerim, quod improbandi sint qui talibus modis castigant corpus suum et in seruitutem redigunt: sed quod satanas mille instructus artibus nonnumquam illudit incautis, transfigurans se in angelum lucis et ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimoniae persuasionem, cumque intus madeant spiritalibus uitiis, et sibi et aliis habentur pii. talis erat iustitia Pharisaeorum, cui praelata est iudice Christo publicani iniustitia. ita sunt et uirgines fatuae, quae solidam existimant pietatem corpus habere uiro intactum, cum animus auaritia superbia inuidia et obtrectatione sit corruptissimus. sunt et falso uiduae, quae dum uiuunt in deliciis Christo mortuae sunt. in summa tamen quisquis uere Christianus cuiusque status aut ordinis habet certamina sua, habet crucem suam: quam si patienter tollit, si constanter sustinet, testimonio suo glorificat Dominum, tantum ne sibi uindicet laudem bonorum operum: hoc enim non est glorificare Deum, sed clarificare seipsum.

33 Habet unusquisque fidelium agones suos, habet aduersarium diabolum, habet agonothetam Deum, habet theatrum non solum ecclesiae et angelorum sed et infidelium, quemadmodum dicit Paulus ad Corinthios: spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. si uincimus, gloriantur angeli, gloriantur et fidelium ecclesiae, gloriatur et ipse Christus in membris suis. sin uincimur ignauia nostra, triumphat satanas cum angelis suis, iusultant nobis increduli ac Deum contumeliis afficiunt, dicentes: ecce qui iactant se redemtos a tyrannide satanae, qui praedicant se mortuos mundo, nihi-

10 I Tim. 4, 8. 30 I Cor. 4, 9.

hominus uincuntur a cupiditatibus suis quam nos, quos dicunt adhuc teneri sub regno satanae. quid prodest illis baptismus, quo dicunt exui ueterem hominem cum actibus suis et indui nouum qui secundum Deum creatus est? quid prodest illis Spiritus sanctus, cuius arbitrio dicunt se temperari? cur semper in ore habent ‘euangelium euangelium’, cum tota uita discrepet ab euangelii praeceptis? quanto creditis pudore suffunditur ecclesia, cum haec ingeruntur ab hostibus nec habet quo refellat opprobria? nonne uidemus totum ecclesiae coetum demittere uultus atque erubescere, quotiens aliqua uirgo quae Christo nupserat dilapsa ex angelico contubernio, defecit ad stuprum aut coniugium? quantus moeror occupat omnium nostrum animos sed praecipue pastorum, si quando Christi miles tormentis inferior renuntiauit imperatori suo? quantus autem ex aduerso satanae triumphus?

Itaque, fratres dilectissimi, si uere diligimus Deum, si quotidie pe- 34
timus ex animo ‘sanctificetur nomen tuum’, summo studio aduigilemus, necubi polluamus nomen illius, sed et morte et uita glorificemus illum, iuxta beati Pauli monita uiuentes sine querela ut simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauae et peruersae, inter quos luceamus sicut luminaria in mundo, uerbum uitae continentes ad gloriam Christi Iesu, regis et agonothetae nostri, qui suum esse ducit quidquid in membris ipsius geritur. patiamur cum illo, ut cum illo glorificemur in die Domini. nos hic illum clarificemus apud homines, ut ille nos clarificet claritate sua coram angelis suis, cum, ut inquit beatus Paulus, uenerit glorificari in sanctis suis. nemo coronatur nisi legitime certauerit. et hi qui corruptibilem coronam ambiunt, ab omnibus se abstinent, nihil non facientes quod ad uictoriam conducit: quid nos facere conuenit, ut assequamur illam immortalis uitae coronam incorruptibilem et immarcescibilem in coelis?

Hic si quis roget, quo pacto quis possit esse martyr sine sanguinis 35
effusione: quisquis hoc animo sequitur iustitiam, ut mortem citius admissurus sit, quam uelit a iustitia deflectere, huic promta uoluntas pro martyrio deputabitur. Deus enim non aestimat quemquam ex euentu rerum sed ex affectu. cur enim ille fraudetur martyrii gloria, per quem non stetit quominus martyrium peregerit? ut contra mer-

23 II Thess. 1. 10; II Tim. 2. 5; I Cor. 9. 25.

cedem apostatae feret, quisquis hoc animo uiuit, ut Christum negaturus sit, si iactura bonorum aut corporis cruciatus aut mors sit accipienda. qui ob paululum pecuniae peierat an is uerebitur abnegare Christum, si tota res periclitetur, si intentetur infamia, carcer et mors? qui ob febriculam ad incantatricum remedia confugit an is malit cruciatus morte tristiores perferre quam Christo renuntiare? immo qui totiens ob breuem carnis delectatiunculam, ob momentaneam gloriam deficit a Christo, uitam habebit uilem pro Christo? nec hunc tyrannus fecit apostatam, sed ad tyrannum accessit apostata. ut autem est similis certandi ratio, ita iisdem armis fratrum animi communiendi sunt ad has pugnas quibus ostendimus confirmandos ad martyrium. fides est, quae pugnat et superat in martyribus: nec quisquam defecit in tormentis nisi fidei defectu.

36 Orandus igitur assidue Deus, ut fidem in nobis augeat: est enim Dei donum et illi debetur omnis uictoriae gloria. ingeramus illorum animis et infigamus, quam horrendum crimen sit omnis idololatria, quam seuere punita sit a Deo sub lege uetere, quot millia trucidarit Moyses ob uitulum aureum. deinde proponatur comparatio manifestae idololatriae cum immolatur simulacris et occultae cum contemto Deo obeditur per concupiscentiam satanae. deinde conferantur inter se Deus fons omnis boni et diabolus omnis malitiae princeps. ostendatur et inaequalitas contubernii: in altera parte sunt filii Dei, conciues angelorum et heredes beatae immortalitatis: in altera filii Belial, societas omnium daemonum et heredes gehennae. conferatur et impar militiae genus, comparentur diuersa stipendia. haec si prius fuerint persuasa et intimis infixa uisceribus, facilis erit uictoria. nunc fides multis natat in labiis, cum in corde aut nulla sit aut uehementer langueat. quis enim non profitetur, quod in Deuteronomio legimus: audi, Dominus Deus tuus, Dominus unus est? et: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies? quis non quotidie recitat ore 'credo in Deum patrem omnipotentem.' at non credit in Deum qui in eo solo collocat totius felicitatis suae fiduciam, nec unum habet Deum ac Dominum qui per scortationem, per luxum et auaritiam satanae facit imperata, nec illi soli seruit qui seruit uentri, qui deditus est huic mundo, qui in prauo positus est.

28 Deut. 6 34; 10, 20.

Ethnici putant plures esse deos, et hoc tibi uideris perfectus Christianus, quod persuasum habes unum esse Deum? quid magni facis? idem credunt Iudaei qui quotidie blasphemant in synagogis suis: idem credunt daemones et contremiscunt. si uere credis in Deum, crede iustum et ueracem: iustum in remunerandis piis et puniendis impiis, ueracem in promissis. crede non esse spem salutis, nisi per filium eius quem pro nobis omnibus tradidit in mortem: crede nihil accidere mali posse iis qui se totos illius uoluntati tradiderunt et in illo perseuerant. hoc est credere in Deum patrem, hoc est credere in filium eius, hoc est credere in Spiritum sanctum, unum Deum et ecclesiam sanctam mysticum Christi corpus, extra quam non est salus et in qua non est pernicies. 37

Quisquis in tali petra pedes animi fixerit, aduersus omnes tentationum incursus stabit immobilis. exempli gratia: lacessitus es conuicio, suggerit tibi caro uindictae cupiditatem. priusquam respondeas, sic cogita tecum: hunc maledicum hominem subornauit diabolus ut me deiiciat ac deiectum perdat, sed ausculta quid suadeat imperator tuus cui militas: b e a t i, inquit, m i t e s, q u o n i a m i p s i p o s s i d e b u n t t e r r a m, et: m e a e s t u i n d i c t a, e t e g o r e t r i b u a m. quid suadeat fortissimus ille Christi dux Paulus: n o n n o s m e t i p s o s u i n d i c a n t e s, c a r i s s i m i, s e d d a t e l o c u m i r a e. diabolus dicit: 'fruere uindicta et perde uitam aeternam'. Deus dicit: 'uince in bono malum, et noli resistere malo, et accipe cum filio meo possessionem regni coelestis'. mox dispice, utri potius expediat obtemperare. dicit tibi per concupiscentiam tuam diabolus: 'moechare et fruere temporaria corporis uoluptate, et esto meus seruus et coheres gehennae.' audi potius quid dicat tibi Deus: 'sperne temporariam uoluptatem et accipe centuplum bonae conscientiae gaudium in hoc saeculo et uitam aeternam in futuro', et expende utri potius sit auscultandum. suggerit tibi per carnis affectum ueluti per Euam satanas 'uiue genialiter', ex aduerso dicit Christus: b e a t i q u i l u g e n t, q u o n i a m i p s i c o n s o l a t i o n e m a c c i p i e n t. ad eundem modum de ceteris tentationibus obiice tentatori clipeum scripturarum, in quibus tibi loquitur Deus non minore fide, quam si tibi coram ore ad os loqueretur. ex his torrentibus sume tibi lapides, quibus deiicias superbum Goliath. habes exemplum a Domino tuo, sic ille prostrauit diabolum: nec deiicias ani- 38

17 Matth. 5, 4. 18 Deut. 32, 35. 19 Rom. 12, 19
30 Matth. 5, 4.

mum si saepius inuadat, ac subinde maioribus machinis aggrediatur: nihil potest aduersus eum qui tecum est. dic illud Ioannis: maior est qui in nobis est, quam qui in isto mundo. succurrat illud Domini dictum: confidite quoniam ego uici mundum. his orationibus si Christi miles fuerit exercitatus ad conflictum, in dies comperiet suum antagonistam debiliorem.

39 Nec tamen remittendae sunt excubiae, si quando hostis simulabit tranquillitatem, sed obseruans illius insidias dicat cum beato Abacuc: super custodiam meam stabo et gradum figam super petram, omni custodia seruans cor meum, ne qua pateat aditus obambulanti quaerentique quem deuoret. tutissimum autem cordis munimentum est sobrietas cum instanti oratione iugique scripturarum meditatione. omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. ex hac igitur colligendae sunt sententiae, quas ad manum et uelut in procinctu habeas, ut his protinus serpentem caput erigentem deiicias. nullus est enim animorum morbus, cui non praesens remedium diuina scriptura suppeditaret. hinc comparanda sunt exempla piorum sed praecipue Christi, quibus se quisque uel animet uel consoletur.

40 Venio nunc ad illa mala quae uel ipsam naturam hominis comitantur uel fortuito uidentur inferri. haec quoque pius animus et ad pugnandum instructus sibi uertet in materiam coronae. exemplo faciam quod dico clarius. excutitur aliquis facultatibus suis siue bello siue naufragio siue rapina. ne protinus hic cogitet laqueum aut rationem malis artibus sarciendi quod periit, sed ita secum loquatur: 'Dominus est qui tentat me an diligam ipsum ex toto corde. ipse dedit, ipse abstulit, sit nomen Domini benedictum. gratias agat quod acceperit ex Domini benignitate: agat gratias quod amiserit ad probationem fidei. si haec dixerit eo animo quo dixit sanctus Iob, cum illo mercedem accipiet. Dominus aestimat non quantum quis perdat sed quam patienter, quemadmodum non respicit quantum aliquis largiatur egentibus sed quo animo. habet aliquis filium unice carum, eo

2 Io. 4, 4. 4 Io. 16, 33. 9 Ab. 2, 1. 13 II Tim. 3, 16. 28 Iob 1. 21.

te mors orbat praematura, pestilentia spoliat te carissimis, sponsa liberis amicis: ferto patienter et dic: 'Domino ita uisum, et sic fortassis et nobis expediebat et nostris. sit nomen Domini benedictum'. sunt et morbi qui non minus atroces habent cruciatus, quam ulla potest inferre tortorum saeuitia, ueluti pleuritis, ischiasis, podagra, paralysis, calculus, renum et uesicae exulceratio. tale si quid acciderit, ne mens exasperetur ad impatientiam, ne lingua erumpat in uoces blasphemas, sed cum beato Dauid et Heli sacerdote dicat: Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius. ita mala quae non inferuntur ob Christi professionem uertemus nobis in coronam et Christo in gloriam. ac fiet fortasse, ut Dominus nostra tolerantia propitiatus aut auferat afflictiones aut mitiget: quod si non fit, tamen hac ratione faciemus, ut quod animo impatienti fuisset intolerabile fiat patientia mitius. his atque huiusmodi argumentis non desinemus nos inuicem exhortari ad illustrandam Domini gloriam, cuius titulum et insignia gerimus. praestemus illi martyrium in suo quisque statu et ordine, non solum in aduersis, uerum etiam in prosperis. in aduersis agnoscamus amorem patris flagellantis nos ad correctionem et gratias agamus caritati qua diligit nos ut filios, quos abdicare non uult sed emendatos recipere. in prosperis aeque gratias agamus illius bonitati, qua consolatur nos ut tentationum pondus possimus sustinere: ita fiet ut tota uita nostra nihil aliud sit quam testimonium, declarans apud credentes et incredulos sapientiam bonitatem misericordiam ac ueritatem Dei patris et filii illius Iesu et Spiritus sancti. amen.

9 II Reg. 15, 26.

XV. DE PASCHA COMPVTVS.

1 Multo quidem non modico tempore anxii *fuimus* et aestuantes non in saecularibus sed in sanctis et diuinis scripturis quaerentes inuenire, quisnam esset primus dies noui mensis, in quo mense praeceptum est Iudaeis in Aegypto pro XIIII luna immolare Pascha. adnuit itaque sanctissimus qui id uidit, et inuenimus. inuenimus autem per ipsius omnipotentis Dei patris immensam bonitatem et iustitiam et Christi filii eius Domini et Dei nostri incomparabili misericordia, qui propter peccata nostra obaudiens suo patri exposuit animam suam: cum qua resurgens a mortuis die tertia pollicitus est discentibus suis uitam aeternam et dedit pignus spiritus sancti gratiam credentibus in passione et resurrectione sua. in quo spiritus ipse Dominus uolentibus id est totis fidei uiribus quaerentibus seruis suis reuelat alta mysteria et manifestat obscura sacramenta. ac propterea credentes et pro certo scientes quia nihil denegat Deus, sed unicuique uolenti et desideranti praestat sicuti et uult, commisimus nos in rem tam laboriosam: in qua re non derelicti sed potius ab ipso Deo inspirati uolumus amantibus et adpetentibus studia diuina osten-

Caecilii Cypriani de pascha compotus inchoat *b*, Incipit expositio bissexti *c*. (*litteris U G W coniecturas Usserii Galei Wallisii designaui*). — 2 multae *c*, multi *G* non modico *om. c G* anxii fuimus et *W*, an. XII et *b*, annorum *c*, antiquorum *G* 4 esset *b*, sit *c v* 5 iudaeis *om. b* a quarta decima luna immolari *b* 6 sanctissimus *W*, sanctus sum *c*, sanctus *b* id uidit *W*, diuidet *c*, uidit *b* et inuenimus *om. v* inueniemus autem *c* 8 filii] felicius *c* incomparabilem misericordiam *c v* 9 obediens *c v* 10 discentibus *b*, discipulis *c v* 11 pignus *om. c* 12 sp. *c*, spiritus *b* 14 alta *om. c* manifesta *b* ac] haec (*potius* hac?) *c et sic aliquoties pro* ac 16 commisimus *b*, cumsimus *c*, consensimus *G* 17 derelictis *b* 18 insperati *c*, inspirati et illuminati *b* adpetentibus *b*, apparentibus *c*, approbantibus *G*

dere numquam posse Christianos a uia ueritatis errare et tamquam ignorantes quae sit dies Paschae post Iudaeos caecos et hebetes ambulare, cumque a Deo nos euidenter incipiamus, non tantum primum diem, quo in Aegypto agnus occisus est ostendere, sed et praeterea futuri temporis dies Paschae Iudaeorum et Christianorum demonstrare. incipiamus itaque, dilectissimi fratres, ab Exodi lectione: in qua lectione recognoscimus ipsum Deum et Dominum ad Moysen et Aaron fratrem eius in terra Aegypti dixisse: mensis hic initium mensium primus erit uobis in mensibus anni. fare ad omnem synagogam filiorum Israel dicens: decimo die mensis huius accipiant sibi singuli per domos tribuum ouem per domum: et si exigui erunt in domo ut non sint sufficientes ad ouem, adsumet secum uicinum proximum suum: per numerum animarum singuli quod sufficiet sibi computabunt in ouem. immaculatum perfectum masculum anniculum erit uobis, ab agnis et ab haedis accipietis. et erit uobis obseruatum usque ad quartum decimum diem mensis huius, et occidet eum omnis uulgus synagogae filiorum Israel ad uesperam: et accipient de sanguine, et ponent super duos postes et super liminaria in domibus, in quibus eum edent in ipsis: et edent carnes istas nocte assatas igni, azyma cum amaritudine edent. non edetis de eis crudam neque

8 Ex. 12, 2–11.

2 quae] quod *b*   post] posuit *b*   3 cumque a deo nos *G*, cum quando nos *bc*, om. *V*   non tantum] notandum *c*   4 quo in] in quo in *cr*, quo *b*   et praeterea *b*, praeteriti et *cr*   6 incipiam *b*   ergo itaque *c*   dilectissimi *om. c*   exodi] de lectione *b*   7 cognoscimus *c*   ipsum dominum nostrum *b*   8 in t.] hi terram *b*   10 fac *b*, facere *c*, loquere *G*   israhel *b ubique*   11 decima *c*   12 per domus *c*   13 in domum *c*   14 uicinum et *c*   15 animarum suarum *cr*   computet *c*   16 in quem ouem *b*   anniculum perfectum masculum *cr*   17 erit uobis *om. v*   et ab *b*, ab *cr*   19 occident *W*   omne *cr*   20 accipiant *c*   21 liminaria *b*, limen *cr*   22 domus *c*   eum edent] comeditis *c*   24 amaritudine *b*, pigridis *cr*   crudum-coctum-assatum *cr*

coctam aqua, nisi assatam, caput cum pedibus et interaneis, nihil derelinquetis ex eis in mane, et os non confringetis ab eo: quae autem derelicta fuerint de eo usque in mane, igni cremabuntur [ex intestinis eius uorabitis post suam occisionem]. sic autem comedetis eum: lumbi uestri praecincti et caligae uestrae in pedibus uestris et bacula uestra in manibus uestris, et edetis eum festinanter: Pascha est enim Domini.

2 Praecepit igitur Deus per Moysen uniuersae synagogae filiorum Israel in mense nouo, qui est initium mensium primus in mensibus anni, in quo habitu ederent Pascha quarta decima luna, ad hoc utique ut et suam diuinitatem credentibus nobis in Christo manifestaret et illorum latrocinium iam tunc ab initio saeculi demonstraret, et qui in Aegypto ad uesperam id est in nouissima saeculi tempora praecincti et calceati aduersus agnum Dei immaculatum prima die azymorum ad uesperam cum gladiis et fustibus exierunt, et uniuersa quae ab omnibus prophetis praedicta fuerant in eum commiserunt. et ideo qui iam non secundum imaginem sicut illi, sed secundum ueritatem in commemorationem passionis filii Dei Pascha celebramus, nihil aliud inprimis nisi mensem nouum quis sit et unde incipiat et ubi finiat totis uiribus fidei nostrae diligenter requirere debemus. et tunc inueniemus, nec ante nec post XIIII lunam inuentam posse ab ipsis Iudaeis Pascha obseruari.

3 Quod ipsum quidem euidenter incipiet nobis ostendere sancta et diuina Geneseos scriptura dicens: in principio fecit Deus caelum et terram. terra autem erat inuisibilis et incomposita, et tenebrae erant super abyssum, et spiri-

6 Gen. 1, 2—5.

3 relicta *cv* 4 in *om. c* igne *c* ex ... occisionem *om. b* 7 et bacula u. i. m. uestris *om. c* 8 eum *b*, illud *cv* 12 adhuc *c* 13 ut *om. c* 14 illorum *b*, eorum *cv* et qui i. a. a. uesperam *om. c* 15 tempora *om. c* 16 aduersum *c* dei agnum *cv* 17 uniuersa *om. c* 18 prophetis dei *cv* praedicata *b* 19 qui] quia *c* illis et *b*, prius *c* 20 passionis *om. c* 21 quis *W*, quae *c*, qui *b* 23 quarta decima luna inuenta *b* 24 obseruare *c* 25 incipiat *cv*

tus Dei superferebatur super aquas. et dixit Deus: fiat lux. et facta est lux. et uidit Deus lucem quia bona est. et diuisit Deus inter lucem et inter tenebras. et uocauit Deus lucem diem et tenebras uocauit noctem. et facta est uespera et factum est mane dies unus. referendo igitur et insinuando nobis sancta scriptura ipsum Dominum diuisisse inter lucem et tenebras, id est inter diem et noctem euidenter ostendit hunc esse primum diem et sequentem eius noctem, inter quos omnium artifex aequaliter hoc est irreprehensibiliter diuisit.

Qui nunc comprehenditur esse VIII kl. April., a quo die compu- 4
tantes aliqui ex nobis qui priores uoluerunt hunc mensem nouum ostendere et ipso XIIII luna inuenta dies Paschae secundum Iudaeos demonstrare, dixerunt eundem mensem ab id. Martii incipere et in diem id. April. consummare, et sic impegerunt. ac propterea ipsos dies XXX quamuis recte diuiserint in XI et XVIIII, undecim scilicet in communi anno retrorsum computantes et ad idus Martii peruenientes, decem et nouem in priorem illum annum quo embolismus incurrit immittentes et usque ad idus April. deuenientes: in hoc errauerunt, ut dixi, cum uere primum diem noui mensis comprehendere non potuerunt. quae res sic modo uere ostensa demonstrabitur, cum in ipso pinace a nobis composito nullus annus fallere inuenietur.

Volentes igitur hunc mensem uero ostendere, unde incipiat et ubi 5
finiat, reuertamur ad Genesim, quae retulit nobis ipsum Dominum diuisisse inter primum diem et primam noctem. unde recognoscimus et inter secundum et inter tertium diem et noctem neminem alium

1 aquam *c* 3 et inter] et *c* 4 *alterum* uocauit *om. c* 5 factum est uespere *c* 6 referendum *c* igitur *om. c* 7 inter tenebras *b* 8 ostendimus *b* sequente eius nocte *c* 9 omnium] nocte inter quos omnium die *inserit c* 11 qui nunc *b*, in hunc *c*, is nunc *G* VIII] XI *c* putantes *c* 12 prioris *c* 13 et . . . demonstrare *om. c* 14 dixerunt enim *c* idus *b*, VIII id. *c* in die non. april. *c* 15 et sic impegerunt *om. c* ac] hac *c* 16 XXIX *c*, XXX gen. *b* quamuis . . . *l. 25* ubi finiat *om. c* in XI et X et IX *b* scilicet in *W*, sciunt et in *b* 25 deum diuidisse *c* 27 *primam* et *om. c* *alterum* inter *om. c*

nisi ipsum Dominum diuisisse. et sic a quarto die hoc officium soli et lunae iniunxisse. ipsa sunt enim duo luminaria maiora, de quibus Dominus dixit: fiant luminaria in firmamento caeli ita ut luceant super terram, et diuidant inter diem et noctem, et sint in signis in temporibus et in diebus et in annis, et sint in splendore in solidamento caeli, ita ut luceant super terram. et sic est factum. et fecit Deus duo luminaria maiora, luminare maius initium diei et luminare minus initium noctis etc. haec sunt autem duo luminaria, quae non tantum hoc officium acceperunt, ut diuidant inter diem et noctem, sed et ut sint in signis et in temporibus et in diebus et in annis.

6 Propter hoc ergo Hebraei tunc qui digni fuerunt spiritu Dei edocti singulos quoque annos secundum lunae cursum computauerunt. et ut ad cursum solis occurrerent inter sexdecim annos, mensis primi dies XXX in duas partes non aequaliter sed secundum rationem diuiserunt, sicut superius diximus nostros antecessores quidem secundum Hebraeos recte diuisisse in XI et XVIIII, diem autem primum mensis primi non comprehendisse et ideo errasse. qui dies primus noui mensis secundum cursum lunae duodecies decrescentis recognoscitur XVI kl. April.: in quo talis eadem hora inuenta est luna, qualis ante annum fuit V kl. April. facta. cuius anni dies Hebraei numerant CCCLIIII usque in XVII kl. Aprilis. qui autem secundum cursum solis computant, post undecim dies et quartum diei VI kl. April. suppletis die-

3 Gen. 1, 14—16.

1 deum *cv* quarta *c* solis et lunae illuxisse *b* 2 maiora *om. c* 3 dominus dixit *b*, ait deus *c* 4 ita ut luceant *b*, sicut pariant *c*, sicut appareant *G*, pareant *U* 5 in signis et in diebus et in mensibus et in temporibus et in annis *c* 6 solidamento *b*, firmamento *cv* 7 ita] sic *c* et sic . . . *l. 9* noctis etc. *om. c* 13 propter hoc ergo *b*, post haec enim breuiter dicam quod *c* spiritum *b* 14 singulos] in coelis *b* quoque annos secundum cursum lunae (computauerunt *supplet W*) numquam fecerunt pascha ante XII. kal. apr.: quae luna nata in VIII id. mart. XIIII est in XI (XII *W*) kal. apr.: cum quo tam magnum officium fuerat adepta (*cf. 253, 15*) *sic hanc periocham exhibet c* 15 diei *b* 18 in XI et X et IX *W* 20 XVII *b* 22 CCLVII *b* 24 IIII quartum *b*, quartam *v*

dies CCCLXV et *quarta diei* annum consummasse inueniunt, et sic primum diem noui mensis uenturi V kl. April. ostendunt. ac propterea quattuor quadrantes quadriennii in unum diem redigentes quinto quoque anno non V kl. Apr., sed V kl. Mart. immittunt, ac primo diei mensis noui superuenturi integrum diem immittant, et hunc totum ordinem quem Hebraei priores et ante ipsam Romam conditam certa ratione assecuti sunt subuertant. annus igitur Hebraeorum in XII menses diuisus facit mensem XXIX S: similiter et Romanorum in duodecim quoque partitus facit mensem XXX S. ergo inter XXIX S et XXX S interest quae intelliguntur esse horae XI et quartam horae. in quibus XI horis et quarto horae prior ambulauit sol quando factus est initium diei. sic autem et luna initium noctis fieri repromissa, non oportuit eam post occasum solis fieri et sic in caelo uideri, quoniam debebat a primo die uideri et prosequi, cum quo tam magnum officium fuerat adepta. hoc est igitur quod per singulos menses reparata quinta decima luna proceditur a sole. et ideo per annum plus ambulare inuenitur sol XI dies et quartam partem diei. et sic luna, quae quarta feria V kl. Apr. quinta decima fuerat facta, inuenta est suppleto primo anno XXVI qu. V kl. Apr.: item secundo anno adiectis XI diebus et qu. inuenta est VII S. V kl. Apr.: tertio anno XVIII dod. V kl. April.: quarto anno XXX V kl. Apr.: quinto anno XI qu.: sexto anno XXII S.: septimo anno III dod.: octauo autem anno inuenta est XV V kal. Apr., qualis in principio fuerat facta.

Hac itaque ratione non sua sed Dei sapientia instructi Hebraei 7
circa cursum lunae iuxta regulam primam Graecorum more Ae-

1 quarta diei *add. W* 4 sed quintum kl. mart. immittuntur *b* primi *b* 8 S (semissis *notam*) *hic et locis proximis add. W* 9 duodecim quoque *W*, XII deciae quae *b* menses *b* 10 XXX *W*, XXXI *b* quarta *W* 11 quartum *b* 14 prima *bc* quum *b* 15 igitur] itaque *c* 16 proceditur] praecidetur *c* 18 in quarta *c* V kl. apr. XV decima *b*, in aequinoctium VIII kal. apr. XV *c* 19 qu. (= quadrante) *add. W*, *om. bc hic et proximis locis* V *b*, VIII *c* idem *c* adiectis] subtractis *c* 20 XI diebus et *b*, decem et nouem *c* VII S. *b*, VII *c* V kl. apr. *om. c* 21 dod. *add. W*, *om. bc* V kl. apr. *om. c* quarto XXX. quinto XI. sexto XXII. septimo III. octauo autem anno inuenta est XV qualis in principio in firmamentum coeli fuerat posita VIII kl. apr. IIII feria *c* 24 ratione facta *c* hebraei *om. c* 25 lunarem *cv* iuxta ... lunares *om. b*

gyptiorum, et non secundum epactas lunares, non potuerunt errasse et ideo quando primum in Aegypto pridie id. Apr. secunda feria XIIII luna immolauerunt Pascha, suppleto primo anno eorum non potuerunt pridie id. Apr. celebrare Pascha, quoniam non XIIII sed XXV inuenta est ab eis luna. itaque quaerentes XIIII necesse habebant immissis XVIII diebus pridie kl. Maias inuenire XIIII lunam. sed ne secundo mense inciperent agere Pascha et non primo mense, qui est a XVI kl. *April. usque in XVII kl.* Maias, de XXV diebus lunae retrorsum computantes id est XI dies ipsius lunae deducentes inuenerunt XIIII luna et sexta feria, kl. Apr., qui fuit annus communis et primus. secundo anno item communi XII kal. Apr. III feria: tertio autem anno non retrorsum computantes, ne excederent XVI kal. Apr., qui est dies primus mensis primi, et in mensem XII praeteriti anni inciderent, aliter computauerunt. hic enim fuit annus, in quo non XIX, sed deducto uno XVIII dies eos immittere oportebat. quis autem hic unus de XVIIII qui deducitur dies, dicemus per Dei gratiam. primo enim tempore, quando in Aegypto obseruata est Pascha, fuit ipso anno debitum *quadrans: primo anno sequente factum est semis*: secundo anno adiecto factum est dodrans: tertio autem anno factum est as: tertius igitur annus in pinace, in quo modo bissextus et embolismus inuenitur. in quo anno Pascha XIIII luna VI id. Apr. et II feria fuisse ostenditur: quarto anno communi V kal. April. feria VI: item quinto anno communi XIIII luna XVI

1 errare *cv* 2 idus apr. *b*, iduum apriliarum *cv* 3 eorum *b*, iterum *cv* 4 pridie idus *b*, II id. *cv* quoniam] quo *c* XIIII decima *b* 5 ab eis inuenta est *cv* itaque] ita *c* XIIII decimam *b* 6 immissis *om. c* XVIII *c*, XVIIII *b* pridie kl. maias *b*, III. kal. maii *c*, II. kl. maii *v* lunam *om. b* 7 et non ... diebus lunae *om. c*; *addito* non antrorsum sed *lacunam supplet W* 8 XVI] XIII *b* april. usque in XVII kl. *om. b, add. W* 9 sed retrorsum *c* 10 XIIII dec. *b* ipsis kl. *b* 11 XII] XI *b* 12 tertio autem anno in pinace in quo bissextum et embolismus inuenitur *etc. omissis aliquot uersibus intermediis c* 13 mense XII. dec. praeteriti anni inciderat *b* 15 XIX] nono X *b* XVIII] XVIIII octo *b* 16 de XVIIII qui] XVIIII noue quid *b* 18 quadrans ... semis *om. b, add. W* 19 dodrans tertio *W*, quarto *b* 20 est igitur *b* pinaxe *b* 21 modo *om. c* bissextum *c* 22 fuisse *om. c* 23 XIIII luna *om. b*

kal. April. feria III: sexto anno embolismus non. April. feria II: septimo anno bissext. VIIII kal. Apr. feria VI: octauo anno embolismus pridie idus April. feria V. ecce itaque, quomodo superius computauimus quod post annos octo V kal. Apr. iterum inuenta est XV luna. sic post annos octo pridie idus Apr. inuenta est XIIII luna et feria non secunda quomodo ante sed quinta est inuenta. et ideo secundum eundem pinacem non per octo annos sed per annos sedecim ad diem suum primum redire ostendimus: et in eo bissexti annos secundum cursum solis sine errore ignorantium notauimus. qui et ipse XVI annis suppletis licet ad certum diem suum immisso embolismo cum XIIII luna occurrit, tamen ad secundam feriam non occurrit sed ad primam. sic aeque secunda sedecennitas suppleta occurrit ad septimam feriam, tertia uero feria sexta, quarta autem feria quinta. quinta sedecennitas feria quarta, sexta sedecennitas feria quarta, septima autem, cum suppleuerit annos CXII, reuertitur ad pridie id. Apr. et inuenitur luna XIIII et feria II. hi ergo sunt anni CXII in quibus gyrantes et a primo die Paschae obseruato in Aegypto computantes annos usque ad Christum peruenimus, et diem passionis et resurrectionis eius ostendimus.

8 Prius est tamen ut reliquos annos octo pinacis demonstremus: usque in octauum enim computauimus. nono itaque anno communi

1 april. *om. c* sexto . . . *l* 2 feria VI *om. c* 2 bissextum sed communi embolismo II id. apr. *b* 3 ecce itaque] et caetaque *c* 4 post *om. b* anno octauo VIII kal. apr. *c* 5 anno octauo II id. *c* est *om. c* 6 et] sed *b* non *om. c* quomodo ante *W*, quomodo *c*, *om. b* 7 secundum *c*, p. *scripsi*. XIV lunam eodem pinace *W*, non hunc eodem pinacem *c*, hunc eumdem pinacem *b* annos sed per annos sedecim ad] sed decima *c* 8 in eo] ideo *b* 9 secundum cursum solis *om. c* 10 XVI ann. *c*, XVI dec. annus *b* suppletus *bc* certum] coelum *b* immisso *W*, in *bc* 11 tamen . . . occurrit *om. c* secunda feria *b* 12 prima *c* supplet occurrat *c* 13 tertia . . . feria quinta *om. c* 14 sedecennitas ostendit fer. *b* feria quarta sexta sedecennitas *om. c* decennitas *b* 15 septima autem] septimplum tempus *b* impleuerit annus *b* 16 ad II idus *cv* inuenitur] uenit *c* quarta decima et secunda feria *b* 17 CXII in *om. c* gyrantis *b* ad diem primum *b* obseruatae *b* 18 annos computantes *cv* a *om. c* peruenieimus *c* 19 et resurrectionis *om. c* 20 primo ut reliquus annus VIII pinaces *c* 21 commune *b*

XIIII luna et II feria occurrit kal. Apr., item decimo anno communi XII kal. Apr. sexta feria, undecimo anno bissextus et embolismus VI id. Apr. quinta feria, duodecimo anno communi V kal. Apr. secunda feria, tertio decimo anno item communi XVI kal. Apr. sexta feria, quarto decimo anno embolismus non. Apr. quinta feria, quinto decimo anno bissext. communi VIIII kal. Apr. secunda feria, sexto decimo anno facto embolismo inuenta est iterum ad caput, id est in primo uersu luna XIIII et prima feria pridie id. April., in quo die diximus Iudaeos in Aegypto primum obseruasse Pascha.

9 Vnde usque ad Iesum filium Naue annis XLI suppletis immolauerunt filii Israel Pascha kal. Apr. sabbato. Ezechias autem ab *exitu ex* Aegypto usque ad primum annum regni sui post annos DCCCLXVII celebrauit Pascha VI id. Apr. IIII feria. item Iosias duodeuicesimo anno regni sui post annos DCCCCLXX immolauit Pascha XII kal. Aprilis feria II. Esdras autem eo tempore quo suppletae sunt septem hebdomadae a templo restituto et perfecto et restituta ciuitate Hierusalem, post annos ī CXIIII sacrificauit Pascha XII kal. Apr. sabbato. sed et ipse Iesus dominus et saluator noster post annos ī DLXXVIIII cum discentibus suis manducauit Pascha VI id. April. V feria: et passus est altera die V id. April. VI. feria.

10 Hic est Christus Iesus qui secundum carnem Abrahae fuit filius in cuius mysterio centenario patri natus Isaac super humeros suos portauit lignum: ut ex eo demonstraretur et aduersarios expugnari et

1 decimo anno] decimo *b* 2 bissextum *bc* embolismo *c* 3 quinta] IIII *c* quintam kl. *b* 4 tertio decimo] XIIII *b* XVI] XIII *b* feria sexta *b* 5 anno *om. b* embolismo *c* quinto decimo] XII *b* 6 bis sextum nonum kl. apr. secunda feria *b* 7 iterum] igitur *c* 8 XVII et infra II id april *c* 9 primo *b* 10 anni XLI suppleti *c* 11 sabbatis *b* exitu ex *add. W*, *om. bc* 12 ad *b*, in *cv* DCCCLXVIII *b* 13 IIII] III *c* 14 DCCCLXX *b* XII] XVII *c* 15 hesdra *b* eo] eodem c quod suppleti sunt hebdomada a tempore est *c* septem *W*, VI *b* 16 a *om. b* ciuitatem restitutam *b* 17 ī CXIIII] c̄cCXIIII *b* 18 dominus et] dominus *c* ī DLXXIX *U*, c̄cDLXXVIIII *b*, ī DLXXIIII *c* 19 discentibus *b*, discipulis *cv* VI id.] VIIII kal. *c* 20 V id.] VIII kal. *c* 22 centenario *om. c* 23 eodem monstraretur aduersario sexu repugnari c

credentes salutem consequi per lignum id est per crucis signum. ipse est Abraham, cui dixit Deus: in semine tuo benedicentur omnes nationes terrae. numquid ergo aliquis in Isaac misericordiam consequitur? non, sed omnis homo credens Deo in Christo benedicetur. et ideo Abraham qui a Deo Domino dictus est propheta, cum manifeste sciret in sacramento Christi centenario sibi natum filium, qui post diem tertium mortem euacuauit et illum fortem et inimicum nostrum uinxit: denumerauit uniuersos uernas suos, et propter centenariam natiuitatem triplicauit C et fecit signum τ, quibus et adiecit XVIII i. e. $\iota\eta$ in nomine Iesu. et aduersarios expugnauit et filium fratris sui Loth de captiuitate eorum liberauit. et merito ipse Dominus et magister noster dicebat Iudaeis: si filii Abrahae estis, facta patris uestri facite. at illi itaque qui haec a Christo audierunt non Abrahae sed diaboli facta iniqua facere elegerunt. ac propterea gentes facta patris sui Abrahae facientes cum signo crucis et nomine Iesu quotidianis diebus aduersus angelos apostaticos expugnantes sermone Dei armati de captiuitate Satanae liberant homines. ipse est Abraham qui LXXV annorum credidit uocatus, et quamuis multos id est tamquam stellas caeli filios habere ab ipso Deo sit praedictus, tamen per unicum filium eius, cuius imaginem portabat ille agnus immaculatus in Aegypto occisus, et ipse proto-

2 Gen. 22, 18. 12 Io. 8, 39.

1 crucis ✠ in signum b 3 omnes] in te omnes b aliqui b 4 omnis c 5 benedicentur c qui scripsi, quia bcr a deo de b 6 manifesta c nato filio b 7 fortem et] fortem c 8 denude numerauit cr uernas b, uernaculos cr 9 et b, om. c. CCCXVIII id est W propter b, om. c, pro W centenario generatione c C W, centum b, om. c τ b, crucis c, τ crucis W 10 et adiecit b, adiunxit cr XVIII i. e. $\iota\eta$ in scripsi, XVIII in b, om. c, $\iota\eta$ W nomen W: cf. p. 267, 1; 268, 10 iesu] hominis b 11 captiuitate eorum] seruitute c 13 estis b, essetis cv patris uestri facite b, abrahae faceretis cr at] et c 14 abraham c diaboli filii fort. 15 ac] haec c facta b, facti estis c, facti estis filii abrahae facta W suae c 16 signum bc: cf. p. 261, 16 n. iesu] nomen hominis b: sermone dei armati hic inserit c aduersos b apostatas pugnantes cr 17 dei] qui dei cr liberat cr 19 in multos b habere] abrahae c 20 sit] dicit c tamen] tam c

plastus Adam et omnis homo credens misericordiam a Deo est consecutus.

11 Denique reuertamur ad Exodum, id est ad diem Paschae primum, et exinde per ordinem dinumeremus annos usque ad Christum. in quibus annis inueniemus nobis magna et admirabilia sacramenta demonstrari, dinumerantes itaque per ordinem: de die quo exierunt ex Aegypto usque ad diem quo oportebat eos exire de eremo anni XL: exeuntes autem de eremo et introeuntes et possidentes a Domino sibi repromissam terram, a Iesu filio Naue usque ad Samuel iudicem et Dei sacerdotem secundum Pauli b. apostoli sermonem, qui spiritu Domini edoctus retulit eos implesse annos CCCCL. ipse est Samuel, qui iussu Dei unxit Saul in regem qui prior regnauit in populo Iudaeorum annis XL. post quem regnauit Dauid annis XL mensibus VI. Salomon filius eius annis XXXX. Roboam annis XVII. Abia annis III. Asa annis XLI. Iosaphat annis XXV. Ioram annis VIII. Ochozias anno I. Athalias annis VIII. Ioas annis XL. Amasias annis XXVIIII. Ozias annis LII. Ioathas annis XVI. Achas annis XVI. Ezechias annis XXVIIII. Manasses annis LV. Amos annis II. Iosias annis XXXI. Ioachaz mensibus III. Ioacim annis XI. Ioacim filius eius, qui et Iechonias dictus est, diebus centum. hi sunt anni [Regum DV, ab Exodo autem] DCCCCLXXXXV. et capta est Iudaea a rege Nabuchodonosor, qui transmigrato Iechonia in Babyloniam constituit in Hierusalem Sedeciam regem Iuda, quem post XI annos expugnauit, et filios eius ante

1 a deo *om. c* 3 pascha I exinde *c* 4 annos *om. c* 5 admiranda *cv* 6 numerantes *c* itaque ut dixi *cv* de *b*, a *cv* 7 heremo *bis b* 8 et possidentes *b*, ut possiderent *cv* deo *cv* sibi] siue *c* 9 a iesu] ab hominis *b* samuelem *cv* 10 sacerdotem] leuitam *c* 11 dei *cv* impleuisse annos CCCCXL *c* 12 iussu *b*, ex praecepto *cv* in regni qui orsu regnauit in populum *c* 13 XXXX] XXX *c* regnauit *om. c* XL mensibus VI *b*, XLVI *c* 14 filius eius *om. b* XVII] XVI *b* abias *b* asaf *b* 15 XLI] XV *b* iosafat *b* XXV] XLV *c* oozias *c* athalias *W*, godolias *bc* 16 XL] XI *c* LII] XLII *c* 17 ioacham *c* 18 XXXI] XXI *b* ioachas *b* 19 III] IIII *c* ioachim *b* item ioacim *cv* iechonia *c* 20 hi sunt *b*, fiunt in se *cv* regum . . . autem *om. b* DV] DCV *c* (*rectius* DV) 21 nabuchonosor *b* 22 in b.] babylonia *c* sedechiam *b* 23 post] per *b*

oculos ipsius interfecit: et sic ipsum Sedeciam orbauit et uinctum eum in Babyloniam duci iussit, et in molendino constituit, ubi et mortuus est. tunc adimpletum est de eo quod dixerat Dominus per Ezechielem prophetam: et extendam retiam meam super eum, et comprehendetur in conclusione, et adducam eum in Babylonem in terra Chaldaeorum et istam terram non uidebit, et illic morietur. similiter et Hieremias propheta de eo et uniuerso populo eius prophetauit dicens: haec dicit Dominus: sic tradam Sedeciam regem Iuda et principes eius et residuos in Hierusalem, qui derelicti sunt in terram istam et eos qui habitant in Aegypto: et dabo eos in dissipationem in omnia regna terrae et in opprobrium et in parabolam et in odium et in execrationem, in omni loco quo eos expulero: et immittam in eos famem et mortem et gladium, donec deficiant a terra quam dedi eis.

Vndecimo itaque anno Sedeciae suppleti sunt ab Exodo anni mille 12
et sex. et tunc populus Iudaeorum, qui legem non obseruauerat sed potius contra uoluntatem Dei filios suos idolis immolauerat, et ipse captiuus agitur: et ciuitas eorum quae synagogae portabat typum succensa ab aduersariis eradicatur, et templum illud, quod in mysterio Adae fuerat fabricatum, et ipsum a fundamentis subuertitur et ad planum redigitur. et sic nobis qui in nouissimis diebus credere praeuidebamur, magnum ut dixi sacramentum demonstrabatur. etenim si meruerat ipse populus et ciuitas exterminari, quid templum Dei

4 Ez. 12, 13. 8 Hier. 24, 8—10.

1 sedechiam inorbauit *b* 3 et tune *cr* dixerat dominus *b*. dictum est a domino *cr* 4 et *om.* *cr* 6 et in terra *b* 7 ier mias *b* 8 propheta *om.* *b* 9 sedechiam *b* 10 eius *om.* *c* in (*ante* hier.) *om.* *b* 11 inhabitant *c* 12 dissipationem *b*, dispersionem *cv* 14 et in locum ubi *c* mittam *b* 17 XI itaque annis suppleti sunt Ezechiae ab *b* suppletae *c* anni *om.* *c* 18 et sex] sex ut *b* 20 agetur *c* portauerat *cv* 21 eradicatur] traditur *b* 22 subuertetur ad planum redigetur *c* 23 qui *om.* *c* 24 si] sic *c* 25 quod *c*

admiserat ut hoc pateretur? nisi quia uere constat eum factum ut dixi in mysterio eius qui prior legem Dei transgressus est et fuit pater omnium peccatorum: et ideo non solum Adae oportebat subueniri, sed et omnibus peccatoribus qui filii Abrahae futuri praeuidebantur, merito et ipsi ciuitati et templo priusquam subuerteretur, post annos LXX restituto, repromittebatur. et hoc erat quod iam tunc ab initio saeculi in Abraham patrem fidei demonstrabatur: qui cum supplesset a die natiuitatis suae annos LXX, non potuit de terra sua exire, nisi in similitudine Pentateuchi, cuius uniuersa mandata populus Israel non erat obseruaturus, adicerentur et anni V, et sic credens Deo, reputaretur ei ad iustitiam. hic est itaque Abraham de quo superius diximus, quod LXXV annorum crediderit uocatus. ad quos LXXV annos adicitur unus annus, et fiunt LXXVI. quis autem hic qui adicitur unus? ille scilicet qui de semine eius agnus anniculus immaculatus est dictus. igitur de mille et sex deducamus LXXVI, et remanent anni DCCCCXXX, quibus suppletis Adam functus est uita.

13 Post haec autem demonstremus captiuitatis tempus annorum LXX. suppletis enim ab Exodo usque ad Iechoniam annis DCCCCLXXXXV adiciamus XI Sedeciae, qui anni undecim in corpore LXX annorum computantur. quo autem modo uideamus. ex quo capta est Hierusalem, ipse Sedecias annis XI. post quem Nabuchodonosor, qui eum in terra Chaldaeorum uinctum duxit annis XXV. Vlemaradan annis XII. Balthasar annis IIII. et Darius Cyri filius annis XVIII. sunt in se anni LXX. et sic Cyrus suscepit regnum Medorum et Persarum. ipse est Cyrus cuius in principio regni cum thesauris domus Dei reuersus est populus Iudaeorum in terra sua. ex quo tempore oportet nos heb-

1 amiserat *c* eum *bc*, id *W* dixit *b* 2 legis *c* 3 ideo] odio *c* solo *b* subuenire *c* 4 filii *c*, filii fidei *bv* 5 subuerterentur *c* 6 tunc *om. c* 9 similitudine *b*, signo *cv* 10 deputaretur ei iustitia *b* 12 credens *c* 14 unus *b*, annus *cv* immaculatus] inmolatus *c* 15 igitur de] legitur *b* et sex] VI *b* 16 uitam *c* 18 anni *c* 19 XI sedeciae] XL *c* 20 quo] qui c hyerusalem *b et sic saepe* 21 Sedecias] ut diximus *add. cv* post quem] cuius post mortem postquam *c* 22 anni *c* uitae Marodat *b* XII] XI *b* baldasar *c* 23 cyri] asiriae *b* sunt *b*, fiunt *cv* 24 suscipit *c* 25 domus *om. b* 26 iudaeorum *om. b* quo] ipso enim *c*

domadas computare. de ipsis enim angelum Dei meminimus Danielo dixisse: LXX hebdomades breuiatae sunt super populum tuum et super ciuitatem illam sanctam, ut consummetur peccatum et ut signentur peccata et deleantur iniustitiae et expientur iniustitiae et ut reducatur iustitia aeterna et ut signetur uisio et prophetia et ut ungueatur sanctum sanctorum. et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur et ut aedificetur Hierusalem usque ad Christum ducem, hebdomades VII et hebdomades LXII: et conuertetur et aedificabitur platea et murus, et exinanientur tempora: et post hebdomadas has LXII disperibit unctio et iudicium non est in eo: et ciuitatem et illum sanctum corrumpet cum illo duce qui ueniet, et excidentur in cataclysmo, et usque ad finem belli breuiati exterminii. et confirmabit testamentum multis hebdomas una: et in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium et libatio, et super illum sanctum execratio uastationum, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super hanc uastationem.

Et confirmabit inquit testamentum multis hebdomas 14
una. haec est ergo hebdomas una quam segregauit angelus de LXX et posuit in nouissima saeculi tempora. quam hebdomadam recognoscimus habere annos septem: in quibus oportet primo Enoch et Eliam uenire, et per suam prophetiam magnae multitudini euangelium id est

2 Dan. 9, 24—27.

1 ipsis enim *b*, quibus *c* danieli *cv* 2 hebdomadae *c* 3 consumetur *b* 4 et u. s. peccata *om. c* deleatur iniustitia *cv* 5 et exp. iniustitiae *om. c* ut (*ante* red.) *om. c* 6 prophetiae et sanctus sanctorum *c* 8 responderetur *b* aedificaretur *c* 9 hebdomadas *c* 10 LXII *W*, LXXII *bc et sic aliquoties* et conuertetur ... *l. 12* LXII *om. c* 12 LXXII *b* 15 et exterminiis *c* 16 et] sed *b* confirmauit *c* 17 et dimidia hebdomadas *c* 18 *alt.* et *om. c* illud *b* 19 execratio] ab initio *c* 22 confirmauit *c* 23 ergo *om. c* hebdomada *c* LXX] DCLXX *b* 26 suam] eorum *c*

nouum testamentum confirmare. sic etenim audiuimus angelum Danielo dixisse: confirmabit testamentum multis hebdomas una. et in dimidio, inquit, hebdomadis auferetur meum sacrificium et libatio. dimidium autem hebdomadis tempus et tempora et dimidium temporis ostendit: quod est triennium et menses sex, qui sunt dies secundum Apocalypsin mille CCLX. in quibus diebus ille antichristus magnam faciet uastationem: et ideo tunc nemo Christianorum poterit Deo sacrificium offerre, quoniam ipse antichristus incipiet in templo Dei consedere et ignorantibus se Deum affirmare: quem oportet Iesum Dominum et saluatorem nostrum spiritu oris sui interficere et praesentia aduentus sui euacuare et in ipso mundum consummare, sicut scriptum est: et super illud sanctum execratio uastationum, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super hanc uastationem.

15 Post haec reuertamur ad VII et sic ad LXII hebdomadas. quae septem hebdomadae continent annos XLVIIII: quibus suppletis illo in tempore et Hierusalem restituta cognoscebatur et platea per medium eius aedificata considerabatur et murus in circuitu ciuitatis ipsius erectus illa omnia quae intus erant fortiter tuebatur. in qua ciuitate templum illud quod in similitudine Adae fuerat destructum in nomine eius iterum per XLVI annos est aedificatum et in sacramento spiritus sancti oleo est unctum, quomodo ab angelo fuerat dictum, ut consummetur uisio et prophetia et ungueatur sanctum sanctorum. ipsud autem fuit sanctum sanctorum in imaginem hominis unctum, quod cum ipsa ciuitate pro infidelitate Iudaeorum ab ipso Domino nostro iterum temporibus Vespasiani est exterminatum. sic fuerat enim in eodem capi-

1 sic etenim] sicut *c* danielo *b*, a daniele *c* 2 et confirmauit *c* 6 qui sunt *scripsi*, quis *b*, qui fiunt *cv* apocalypsi in *b* 8 antichristus *b*, nequissimus *cv* 9 sedere *cv* dominum se *b* 10 dominum] christum *c* 13 uastationis *c* 14 et super *c* 16 haec] hoc *b* LXII] LXXII *b*, LXX et duas *c* 20 tuebantur *b* 21 similitudinem *c* omine *c* 22 per … aedificatum *om.* *c* sacramentum *c* 23 consummaretur *c* 24 propheta *b*, prophetiae *c* ungeatur *b* sanctus *c* ipsum *W* 25 unctum] uictum *c* 26 pro *W*, per *b*, cum *c* 27 sic fuerat enim] quomodo et fuerat *c* eunde capitulo *c*

tulo quem exponimus scriptum: et post LXII hebdomadas disperibit unctio, et iudicium non est in eo, et ciuitatem et illud sanctum corrumpet cum illo duce qui ueniet, et excidentur in cataclysmo, et usque ad finem belli breuiati exterminii. excidentur inquit in cataclysmo. de quibus hoc dicitur? utique de ipsis Iudaeis qui post aduentum Christi in illa obsidione et expugnatione Vespasiani excisi et eiecti sunt de ciuitate sua, in qua iam non redeunt nec in ipsa fine belli breuiati. quod est autem hoc bellum breuiatum, nisi antichristi regnum quod exsurgere habet contra populum Christianorum? ipsi sunt dies de quibus ait Dominus in euangelio: et nisi abbreuiati essent dies illi, non liberaretur omnis caro.

16 Restitutum est igitur templum in nomine protoplasti, qui dictus est Adam, sicut supra diximus, post annos XLVI. sic autem ostenditur in nomine Adam, cum apud Graecos prima littera nominis eius dicitur alpha *μία*, secunda autem delta *τέσσαρες*, tertia iterum alpha *μία* et quarta mi *τεσσαράκοντα* et sic fit numerus sex et quadraginta. qui numerus annorum sic comprehendetur: cum a die illo quo reuersus est in terra sua Iudaeorum populus, regnauit Cyrus Persarum annis XXXI: post quem Cambyses annis IX, et impleti sunt XXXX. post annos autem XL regnat Smerdis Magus mensibus septem, qui menses a nobis non computantur. quare? quoniam in septimo mense Cyri fundamenta templi posuerunt, et exinde usque ad annum secundum Darii opus in eo non confecerunt. tunc prophetant Aggaeus et Zacharias, per quos exhortatus est eos Dominus, et unanimes accesserunt et in quadri-

11 Matth. 24, 22.

1 quod *W* exposuimus *c* LXII *W*, LXXII *b*, LXX et una *c* 2 peribit *c* 4 et *om. c* in *om. c* et *om. c* 5 ex terminis *b* in quid in cataclismo diluuii *b* 6 dixit *cv* 7 in *om. c* ob seditione *c* pugnatione *b* 8 *alt.* in *om. c* quod autem et in hoc *b* 9 hoc *om. c* 10 ipsae *c* 11 deus *b* 13 igitur *b*, ergo *cv* 14 supra *b*, superius *cv* post annos XXX et VI *b*, annis XLVI *c* 16 dicitur a alfa *b*, dicatur alpha *c* delta *τεσσαρα c*, delta tesseres *b* tertia *om. cv* alfamia *b* 17 et *om. cv* quarta mi tessera conta *b* sic fit *scripsi*, sic *b*, fit *cv* 18 comprehenditur *b* a die] adiecto *b* 20 meabesses *c* 21 zmeridius *b*, hysmerius *c* septem] VI *c* 22 quare *om. c* 23 posuerat *b* et] cum *c* 24 in *om. b* fecerat *b*

ennio residuum opus templi consummauerunt. quod ipsum quidem in primo libro Esdrae manifeste demonstratur, quod sexto anno Darii templum Dei per omnia sit consummatum. ad XL adiciamus Darii VI, et fiunt XL et VI. quibus annis adiecti sunt tres in mysterio passionis et resurrectionis Christi, et impleta est hebdomada septima. et tunc platea et templum et murus et ipsa ciuitas quadragesimo et nono anno suppleto per omnia perfecta et protecta demonstrabatur. sed hoc totum opus in sacramento ecclesiae perficiebatur.

17 Denique uideamus quid ipsi XLVIIII anni significent. non sine causa enim Deus uoluit in septem hebdomadibus tam magnum id est propheticum opus consummari. hoc autem modo propheticum fuisse intelligitur, cum de XLVIIII annis in nomine Iesu Christi decem et octo segregantur et remanent XXXI: quibus suppletis Christus Iesus propter credentium salutem passus est et resurrexit, et per semet ipsum omnia perfecta ostendit: et templum quod non humanis sed suis sacris manibus ob imperium patris sui plasmauit non oleo sed spiritu Dei unxit et ciuitatem id est ecclesiam lapidibus sanctificatis aedificauit et in ipsa plateam constituit. platea autem est uia recta et plana, in qua ambulantes perueniunt ad uitam aeternam. huic ciuitati fortem et inexpugnabilem murum id est sanctum nomen suum constituit: per quod nomen omnes aduersarios pedibus eius subicit. et ecce Dei gratia quam praeclara et admirabilia nobis ostensa sunt per annos XXXVIIII, qui anni e contrario infidelibus et persecutionem seruis Dei facientibus magnam demonstrant superuenturam calamitatem. qua autem ratione uideamus: hic enim mundus in quo iusti et iniusti ab initio saeculi conuersantur sex diebus est consummatus, quibus suppletis benedictus est dies septimus ille superuenturus sabbati aeterni. in his itaque die-

2 hesdrae *b* 3 sit per omnia *cv* darii *om. b* 5 hebdomades *c* plateas *c* 7 protecta *b*, munita *cv* 10 hebdomadas *b* propheticum] perfectum *b* 11 consommari *b et sic saepe* modo *om. c* propheticum] perfectum *b* intelligitur] igitur *b* 12 congregantur *b* 16 ob imperio *b*, secundum imperium *cv* plasmauit *b*, formauit *cv* 18 plateam constituit *om. b* et plana *om. b* 21 et ecce *b*, ecce *cv* 22 admirabilia nobilia *c* 23 anni e] animae *c* 24 quia autem rationem *c* 25 etenim *b* ab initio] habitatione *b* 27 scilicet ille *b*, illi scilicet *c*

bus ab initio non tantum diabolo et angelis eius sed et omnibus peccatoribus a Deo ignis est praeparatus. in cuius flamma uri ille Finaeus diues ab ipso Dei filio est demonstratus. hic est gehennae ignis, in cuius similitudine caminus imperio regis septies tantum incensus per XL et VIIII cubita excreuit et aduersarios Ananiae Azariae et Misahel consumpsit, et ipsos tres pueros a Dei filio protectos (in mysterio nostro qui sumus tertium genus hominum) non uexauit. suppletis itaque XLVIIII annis post LXX captiuitatis facti sunt anni CXVIIII. qui CXVIIII anni coniunguntur illis qui ab Exodo usque ad Iechoniam computati sunt anni DCCCCXCV, et fiunt in se anni usque ad Hierusalem restitutam suppleta septima septimana Ī CXIIII.

Septima autem septimana suppleta necesse est nos ad LXII hebdomades 18
uerti, quae continent annos CCCXXXIIII. quibus suppletis oportuit Christum secundum carnem nasci. de quo in continenti Simeon uir iustus portans eum suis manibus dixit ad Mariam matrem eius: *ecce hic positus est in casum et resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur.* non tantum autem Simeon sed et ipsi CCCCXXX et IIII anni et signum crucis et tempus passionis et tertium diem resurrectionis eius demonstrauerunt. quo autem modo uideamus: superius enim diximus Abrahae centenario natum filium in mysterio Christi, et demonstrauimus neminem in Israel benedictionem consecutum aut nunc modo posse benedictionem consequi, nisi in semine ipsius Abrahae qui est Christus. et ideo in sacramento Christi de CCCCXXXIIII annis primo segregantur centum, et remanent CCCXXXIIII. anni CCC scilicet ostenderunt τ crucis signum, et remanserunt XXXIIII: de quibus deductis III propter diem resur-

15 Luc. 2, 34.

1 eius] erit *b* 2 finaeus *om. c* 3 ab ipso] ab initio *c* gehenna *c* 4 similitudinem *c* 5 exercuit *b* 6 ipsus tres puerus dei filio protectus *c* 7 hominum *om. c* impletis *c* 8 LXX *om. c* captiuitatem *c* 9 CXVIIII] CXIIII *b* 11 septimana anni *bc* 12 autem *om. c* LXII] LXXII *c* hebdomas *b* 13 reuerti *c* 14 in continenti] contenentissimus *c* 15 manibus suis *c* 16 multorum *W*, mortuorum *bc* 17 contradicitur *b* 18 CCCXXIIII anni *c* 20 quo autem quo modo *c* 23 christi *b* 24 de *om. b* CCCCXXXVII anni *b* 25 CCCXXXVII *b* anni CCC] trecentis *b* τ *om. b*, tau *c* crucis *om. c* 26 de] ex *c* III] tres *b* diem *om. c*

rectionis eius remanserunt anni XXXI. quibus suppletis oportuit propter peccata credentium pati Christum. ipsos igitur CCCCXXXIIII annos adiciamus ad summam superiorem, et inueniamus annos ab Exodo usque ad natiuitatem Christi mille DXLVIII. cuius natiuitatis tempus cognoscere desiderantes ipsos annos MDXLVIII ab Exodo id est a primo pinacis uersu diligenter dinumeremus, et ad diem natiuitatis eius perueniemus. qui dies sexta sedecennitate in tertio decimo uersu inuenitur V kl. April. feria IIII.

19 O quam praeclara et diuina Domini prouidentia, ut in illo die quo factus est sol in ipso die nasceretur Christus V kl. Apr. feria IIII. et ideo de ipso merito ad plebem dicebat Malachias propheta: orietur uobis sol iustitiae, et curatio est in pennis eius. hic est sol iustitiae cuius in pennis curatio praeostendebatur. de quo et Moyses in cantico recognoscitur dicens: et super pullos suos concupiuit et expandens alas suas. ipse est Dominus in cuius similitudine hic sol annuus per CCCLXV dies et quartam partem diei consummat. quae ipsa quidem pars quarta diei habet tres horas. tres autem horae imaginem portant illorum trium dierum qui in principio saeculi sine sole et luna fuerunt. et ideo quomodo tres horae in quadriennio quater computatae unum diem duodecim horarum effecerunt, sic et ipsi tres dies, per quatuor tempora ternos menses sibi defendentes annum post XII menses suppletum demonstrauerunt. et sic per hanc multiformem trinitatem et ipsae duodecim horae euangelium unum in quatuor partes diuisum ostenderunt, et tres menses per quatuor tempora id est per quatuor euangelistas electos a Christo XII apostolos nobis manifestauerunt.

11 Mal. 4, 2. 14 ? ?

1 XXXIII *c* 2 ipsos] his enim *b* CCCXXXIIII *c* 4 christi] domini *b* ∞ DXXXVII *b* 5 id ... uersu *om. b* 6 dinumeramus *b* 7 sedecennitas *b* 8 V kl. april. IIII *om. c* 9 ut in ... *l. 11* de ipso *om. c* 11 merito *om. b* 12 pinnis *c* 13 pinnis eius cuius ostendebatur *c* 14 cognoscitur *c* pullos suos] populum suum *b* 15 spandens *b* 16 similitudinem *c* dies *om. c* 17 diei] dies *c* 19 fuerunt] factus sunt *c* quomodo *om. c* 20 quadriennium *b* efficiunt; ut et ipsae III horae diem *c* 22 dependentes *G* demonstrauerunt] dinumerauerunt *c* 23 duodecim *om. b* 24 et tres] aeterni *c;* et terni *coni. W* 25 euangelia *cv* electus apostolus *c* 26 manifestauerunt *b,* demonstrauerunt *cv*

Hi sunt apostoli, quorum sermonibus aedificati recognouimus Do- 20
minum nostrum anno sextodecimo imperii Tiberii Caesaris passum, cum esset ipse annorum XXXI. ad XVI ergo annum et XXXI adiciamus XVIII in nomine ipsius Iesu, et fit numerus LXV: quibus desunt trecenti ut impleatur annus secundum cursum solis. CCC autem apud Graecos per unam litteram notantur quae dicitur *tau*, et manifeste demonstrat omnibus *tau* crucis signum. ecce iterum iam uere credamus quod V kl. April. secundum carnem natus sit Christus: in quo die probauimus solem factum.

Debemus ostendere et id ipsum non fuisse uacuum, sed in salutem 21
nostram fuisse praeostensum. in die enim quarto quando factus est sol, ipso die et luna facta est XV, altero autem die fuit XVI, tertio uero XVII: et sic plasmatus est Adam de terra, qui per suam inobedientiam non tantum sibi sed et nobis arcessierat mortem iniquam: quam mortem Dominus noster Iesus conculcans passus est luna XV, et requieuit in corde terrae XVI: tertio autem die luna XVII inuenta reuersus est ab inferis de terrae fundamentis: et sic ipsi Adae et omnibus credentibus in se restituit uitam aeternam. quomodo autem per solis cursum temporis signum *tau* et tempus passionis demontratum est, sic et per cursum lunae tertius dies resurrectionis eius euidenter ostensus est. a die enim primo in quo facta est luna quinta decima exinde per dies XV uisa est in caelo: sextodecimo autem die, sicut in anno XVI imperii Tiberii Caesaris, uelut mortua non est ab hominibus uisa, similiter et XVII die non est uisa, duodeuigesimo autem in similitudine et in nomine ipsius Iesu et ipsa post tertium diem ad uesperam restituta resurrexit, et nostram omnium resurrectionem futuram ad uesperam id est in nouissima saeculi hora demonstrauit.

2 sexto decimo] XV *c* 3 anno *b* XXX et uno *c* XVI] XV *c* annum et *om. b* 4 quibus CCC *b* 5 cursum *om. c* pro una littera *b* 6 *τ* tau crucis signum et manifeste *c* 7 tau crucis] crucem *b* ecce . . . *l. 9* factum *om. c* 10 et id *om. c* uacuum] unicum *c* in *om. b* 12 altero autem] quae altero *c* 14 iniquam *om. cv* 17 reuersus est] ascendit *c* 18 autem *b*, ergo *cv* 19 solis cursum temporis *b*, cursum solis *cv* 21 primo] plurimo *c* 22 XV] XII *b* 23 est *om. c* 24 et *om. c* die *om. b* XVIII *b* 25 similitudinem et in nomen *c* tertiam *cv* 27 in *om. b* monstrauit *b*

22 Ecce igitur quanta nobis dies natiuitatis Domini ostendit. qui natiuitatis dies ab Exodo repertus est ut diximus post annos Ī DXLVIII. quos annos ab Exodo sic uere a nobis collectos ostendimus, cum et ipsorum annorum rationem non esse uacuam demonstramus. Dominus enim sanctus et diuinus ut ostenderet nobis quoniam futurorum est praescius, et in ipsis annis manifestauit tempus in quo oportebat a filio eius aquam quae abluit peccata XV anno imperii Tiberii Caesaris sanctificari. et ideo quomodo Abraham quando expugnare uoluit qui Loth filium fratris eius captiuum duxerunt, numerauit uernas suos primum XVIII in nomine Iesu, et alios propter centenariam generationem in sacramento trium dierum triplicans numerauit CCC et fecit τ signum crucis: ita et nos de Ī DXLVIII annis quindecies centenos deducamus, et remanent XLVIII: ex quibus in nomine Iesu sublatis XVIII inuenti sunt anni XXX: quibus suppletis Dominus Iesus a natiuitate sua baptizatus est a Ioanne anno quintodecimo imperii Tiberii Caesaris: cuius anno sextodecimo passus est et resurrexit. adiciamus ergo iterum ad summam annos XXXI, et fiunt in se omnes ab Exodo usque ad passionem anni Ī DLXXVIIII. a quo tempore id est a passione usque ad annum quintum Gordiani Arriano et Papo consulibus suppleti sunt anni CCXV, ab Exodo autem omnes anni Ī DCCXCIIII.

23 Hos autem annos omnes ab Exodo id est a primo pinacis uersu per septem sedecennitates illos usque numerando omnes annos supradictos consummemus, et tunc ad tertium uersum primae sedecennitatis peruenientes inueniemus secundum Iudaeos Pascha XII kal. Apr. feria tertia, secundum nos autem tertio uersu primae sedecennitatis VII kal. Apr. occurrit dominicus. ipso itaque ordine in priora ambulantes usque

1 quis tanta nobis ostendit dies n. d. *c* natiuitatis *om. c* 2 post annos ut diximus *b* 3 ab exodo *om. b* ostendemus c 4 dominus...nobis] ostendit *c* 5 quoniam] qui *c* 6 a filio] filium *c* 7 aqua *c* 8 eos qui *cv* 9 duxerat *b* numerabat uernaculos suos *cv* 10 primo CCCXVIII *b* alium *c* 11 replicans *c* 11 τ signum] † signum † *b* 12 in DXLVIII *c* 13 sublati *b* 18 Ī DLXXXVIII *c*, ∞ DLXXIIII *b, em. W* 19 gordianum *b* ariani et papae consuu *c* 20 CCXV] CCXX *b* Ī DCCXCVIII *c*, ∞ DCCXCVIIII *b* 21 per *b*, super *cv* 22 illos... sedecennitatis *om. b* 23 ad *om. c, add. W* peruenientes *om. c* 24 VIIII kl. apr. feria sexta *b* 25 tertio] octauo *b*

in finem saeculi Iudaeorum et Christianorum dies Paschae inuenire uolentes non errauimus. ac propterea Deo patri omnipotenti, qui nos ad gratiam tantam uocauit et diuina sacramenta manifestauit, per Iesum Christum filium eius dominum et saluatorem nostrum semper sine cessatione gratias agamus.

1 inuenire uolentes *om. c* 2 hac *c* 4 et *om c.* — *Ad calcem codicis Remensis habetur haec tabella:*

Kl. Mart. Luna et Feria.				feria	I	feria	VII
				feria	V	feria	VI
Luna	II	Feria	II	feria	IIII	feria	III
luna	XIII	feria	III	feria	I	feria	VII
luna	XXIII	feria	IIII	feria	V	feria	VI
luna	VI	feria	VI	feria	IIII	feria	III
luna	XVII	feria	VII				
luna	XXIIX	feria	I				
luna	VIIII	feria	II	feria	I	feria	VII
luna	XXI	feria	IIII	feria	VII	feria	V
				feria	IIII	feria	III
				feria	I	feria	II
luna	II	feria	V	feria	VII	feria	VI
luna	XIII	feria	VI	feria	IIII	feria	III
luna	XXVI	feria	VII	feria	I	feria	II
luna	VI	feria	VI	feria	VII	feria	VI
				feria	VI		
				feria	III		
luna	XVII	feria	III	feria	VII		
luna	XXVIII	feria	IIII	feria	VI		
luna	VIIII	feria	V	feria	III		
luna	XXI	feria	VII	feria	VII		
				feria	VI		
				feria	III		
feria	I	feria	IIII	feria	VII		
feria	V	feria	III	feria	VI		
feria	II	feria	VII	feria	III		
feria	I	feria	IIII				
feria	V						
feria	II	feria	III	XVI kl. Mars Domini.			
feria	I	feria	VII	III Non. Apr. dom.			
feria	V	feria	IIII	VII kl. apr. dom.			
feria	IIII	feria	III	XIIX kl. mai. dom.			

III kl. apr. dom.	feria	V	feria	III
XI kl. apr. dom.	feria	II	feria	VII
III id. apr. dom.	feria	I	feria	IIII
XVII kl. mai dom.	feria	V	feria	III
XVII id. apr. dom.	feria	IIII	feria	IIII
III id. apr. domini	feria	I	feria	IIII
	feria	V	feria	III
	feria	IIII	feria	VII

Exodus.

Embolismus prid. id. apr.	fer.	II	
Comm. kl. April.	fer.	VI	III Non. apr. dom.
Comm. XII kl. April.	fer.	III	XIIII kl. apr. dom.
Bissext. et Embolismus		VI	VI id. apr. dom.
Comm. V kl. april.	fer.	VI	III kl. apr. dom.
Comm. XIII kl. April.	fer.	III	XIII kl. mai. dom.
Embolismus Non. April.	fer.	II	Prid. non. apr. dom.
Bissext. comm. VIII kl. Apr.	fer.	III	VI kl. apr. dom.
∞ DCCXVIII			XVII kl. mai. dom.
Embolismus prid. id. Apr.	fer.	V	Prid. kl. apr. dom.
Comm. kl. April.	fer.	II	X kl. apr. dom.
Comm. XII kl. April.	fer.	VI	Prid. id. apr. dom.
Bissext. et Embol. VI id. April.			VI kl. apr. dom.
fer. V. Passio.			XVI kl. mai. dom.
Comm. V kl. April.	fer.	II	VI id. apr. dom.
Comm. XVI kl. April.	fer.	VI	VIIII kl. apr. dom.
Embolismus Non. April.	fer.	V	Prid. id. apr. dom.
Bissext. Comm. VIIII kl. Apr.	fer.	II	Prid. non. apr. dom.
			XIII kl. apr. dom.
			V id. apr. dom.

feria	III	feria	I	Prid. kl. apr. dom.
feria	II	feria	V	XII kl. mai. dom.
feria	VI	feria	IIII	X kl. apr. dom.
feria	V	feria	I	V kl. apr. dom.
feria	III	feria	V	XVI kl. mai. dom.
feria	VI	feria	IIII	Kl. dom.
feria	V	feria	I	VIIII kl. apr. dom.
feria	II	feria	VII	Id. apr. dom.
feria	VI	feria	IIII	V kl. apr. dom.
feria	V	feria	I	XV kl. mai. dom.
feria	II	feria	VII	V id. apr. dom.
feria	I	feria	IIII	VIII kl. apr. dom.
feria	V	feria	I	Id. apr. dom.
feria	II	feria	VII	Non. apr. dom.
feria	I	feria	IIII	XII kl. apr. dom

IIII id. apr. dom.
Kl. apr. dom.
XVIII kl. apr. dom.
VIII id. apr. dom.
IIII kl. apr. dom.
IIII id. apr. dom.
IIII non. apr. dom.
VIII kl. apr. dom.
VII id. apr. dom.
IIII kl. apr. dom.
Prid. id. apr. dom.
VI kl. apr. dom.
XVI kl. apr. dom.
V id. apr. dom.
VIIII kl. apr. dom.
Non. apr. dom.
XIIII kl. mai. dom.
III non. apr. dom.
VII id. apr. dom.
XVII kl. mai. dom.
III kl. apr. dom.
XI kl. apr. dom.
III id. apr. dom.

VII kl. apr. dom.
XVII kl. apr. dom.
VII id. apr. dom.
X kl. apr. dom
III id. apr. dom.
III non. apr. dom.
XIIII kl. apr. dom.
VI id. apr. dom.
III kl. apr. dom.
XIII kl. mai. dom.
Prid. non. apr. dom.
VI kl. apr. dom.
XVIII kl. apr. dom.
Prid. kl. apr. dom.
X kl. apr. dom.
IIII id. apr. dom.
IIII non. apr. dom.
VIII kl. apr. dom.
VII id. apr. dom.
IIII kl. apr. dom.
Prid. id. apr. dom.
Prid. non. apr. dom.

XIII kl. apr. dom.
V id. apr. dom.
Prid kl. apr. dom.
XII kl. apr. dom.
Non. apr. dom.
V kl. apr. dom.
XVI kl. apr. dom.
Kl. apr. dom.
VIIII kl. apr. dom.
Id. apr. dom.
V kl. apr. dom.
XV kl. mai dom.
V id. apr. dom.
VIII kl. apr. dom.
Id. apr. dom.
Non. apr. dom.
XII kl. apr. dom.
IIII id. apr. dom.
Kl. apr. dom.
XVIII kl. apr. dom.
VIII id. apr. dom.
IIII kl. apr. dom.

Pinax ad auctoris mentem a Wallisio compositus:

Pascha XIIII luna			Feria						
Caput in Aegypto		II id Apr.	II	I	VII	VI	V	IIII	III
Communis	I	kal. Apr.	VI	V	IIII	III	II	I	VII
Communis	II	XII kl. Apr.	III	II	I	VII	VI	V	IIII
Bissext. Emb.	III	VI id. Apr.	II	I	VII	VI	V	IIII	III
Communis	IIII	V kl. Apr.	VI	V	IIII	III	II	I	VII
Communis	V	XVI kl. Apr.	III	II	I	VII	VI	V	IIII
Embol.	VI	Non. Apr.	II	I	VII	VI	V	IIII	III
Bissext.	VII	VIIII kl. Apr.	VI	V	IIII	III	II	I	VII
Embol.	VIII	II id. Apr.	V	IIII	III	II	I	VII	VI
Communis	VIIII	kl. Apr.	II	I	VII	VI	V	IIII	III
Communis	X	XII kl. Apr.	VI	V	IIII	III	II	I	VII
Biss. Emb.	XI	VI id. Apr.	V	IIII	III	II	I	[illegible]	VI
Communis	XII	V kl. Apr.	II	I	VII	VI	V	[illegible]	III
Communis	XIII	XVI kl. Apr.	VI	V	IIII	III	II	I	VII
Embol.	XIIII	Non. Apr.	V	IIII	III	II	I	VII	VI
Bissext.	XV	VIIII kl. Apr.	II	I	VII	VI	V	IIII	III
Embol.	XVI	II id. Apr.	I	VII	VI	V	IIII	III	II
		Sedecennitas	I.	II.	III.	IIII.	V.	VI.	VII.

Dies dominicus proxime sequens est Pascha Christianorum.

XVI. EPISTVLAE.

I. DONATVS CYPRIANO.

Credo te retinere, sanctissime Cypriane, quae nobis fuerit apud oratorem garrulitas, unus sensus, una cogitatio, indiuidua lectio. quare non etiam diuina lectione ita animis roboramur? aut non ea semper nobis fuit cogitatio, sicut promittebas, ut simul crederemus ****

II. EPISTVLA CORNELII PAPAE AD CYPRIANVM.

Dilectionis tuae non delectabilia et contra fidei regulam scripta suscepi, in quibus nauseas recognoui et uenena sermonum aduersus catholicam per totum orbem diffusam ecclesiam horribilibus a te superseri zizaniis non laudaui. quae peto uelociter tollas ac praedamnes. quod prius quidem te facere oportebat quam in mundo letale uirus aspersum simplicium et innocentium inficeret mentes. non ergo dignum est rebaptizare. ergo eradica et extrica, ut diximus, florulentis sermonibus atque dignis per posteriorem epistolam priora scripta, quae contra catholicam fidem serere censuerunt genimina uiperarum. non enim decet tantae urbis antistitem excellentissimumque doctorem, ut dum putas haeresis baptisma praedamnandum, uerum baptisma sermonibus maculare audeas quae doles contra apostolum scilicet repugnare dicentem: unus Deus, una fides, unum baptisma.

20 Eph. 4, 5.

Epist. I. — 3 oratorem *MQ*, oratores *Pamelius qui ex codice Cambronensi primus edidit hanc epistulam* 4 lectio] dilectio *coni. Baluzius* 6 sicut promittebamus *Baluzius, om. Pamelius.*

Epist. II. — Epistola Cornelii papae ad Ciprianum *β* 13 inficeret *β*, interficeret *Baluzius qui hanc epistolam ex duobus libris ueteribus edidit* 16 serere] seruare *β et Bal.* gemmina *β* 19 audias *Bal.* quae] uel que *β*

III. CYPRIANVS PLEBI CARTAGINI CONSISTENTI AETERNAM IN DOMINO SALVTEM.

Gratias quidem agimus Deo patri et Domino Iesu Christo, qui nos adunatos atque in conuenticula restituit. propter quam rem memorauimus et scriptum beatissimorum martyrum atque confessorum uoluimus ad consilium nostrum seruare. iubet desuper maiestas atque spiritus sanctus, cuius in nobis gratia testis est salutaris. nam cum tractaret de traditoribus, iubet tam in euangelio quam in apostolo, tam in psalmis quam in prophetis et ceteris scripturis: scrutamini. quo scrutato a nobis, inuentis ab iis qui scripturas sanctas tradiderunt non mereri eos congredi consilium nostrum, id est consilium salutare. nemo est enim qui hoc consilium congrediatur *** non caelestem spectet. ac propterea memorauimus ut ii qui taliter scripturas tractauerunt ad statum plebis et iudicium ab ipsis porrectum ** nec aliqua actio ab ipsis promi, sed nec etiam ad statum sacrificii neque plebis esse proximi: quibus utique iam dudum derelicta plebe nudata altaria, promota sacrificia. merito haec memorantes cum moestitia atque dolore animi profici teste ad Dominum quod debuimus statuere: qui omnes disceptationes et dissensiones et haereses et scandala ausi erant ne ulterius prouocent ad se homines seu minus fide seu scripturis leues sint et lectores, id statuimus atque statuto nostro recedi nolumus, ut si qui tradidit praepositus huic plebi mereantur antistitem administrantem altari ac corpore integro. iis uero iussimus a quibus et sacrificium offerri iubemus. merito praeceptis iis obtemperari debet nec aliud fiet quam statim euangelica uox sincera cata Ioannem loquitur.

9 Io. 5, 39.

Epist. III. Incipit ad plebem Cartaginis *Z*. — 10 inuentis ab hiis *Z*, minati sumus his *fort*., inuentum est ab iis *coni. Baluzius qui ex codice Fuxensi bibliothecae Colbertinae* (*i. e. Z*) *primus edidit hanc epistulam* 11 salutare *Z*, habitare *Bal.* 12 congrediatur *coni. Bal.*, condreatur *Z lacunam ipse indicat* 11 *plura interciderunt* 16 quibus *scripsi*, qui *Z* 17 promota *scripsi*, prompta *Z* sacrificia] dereliquerunt *addendum esse censet Bal.* 18 qui] quam *Z* 19 dissenciones *Z* ausi erant *scripsi*, auserant *Z*[1], hauserant *Z*[2] *et Bal.* 21 atque] atque statuimus atque *Z* 23 hiis *Z ut solet*

nolo, inquit, de manibus uestris sacrificia, quia non uenistis ad me cum hostia munda. qui utique hostiam mundam non offert, hostia de manibus eius non ascendit. nam iterum legimus: in principio erat uerbum et uerbum erat apud Deum et Deus erat uerbum. qui per uerbum finctionem finxerint dare res inhabitabiles apud illos seu ueras scripturas sanctas seu finctas qui dat uocem et qui dat desideria proxima, qui utique finget tradere supplebit traditionem. merito negantes uolumus interim ueniam habere confitentes patres. nam qui dicit se scripturas non habere, utique paratus fuit et torqueri, quorum exempla habemus. tertio negauerunt, et sacramentum non tradiderunt. hi autem qui nec interrogati obtulerunt interim usque ad statum consilii laici communicabunt. uerumtamen in statum consilii quod scriptura sancta promouerit secundum sententiam fixam sanctis et amicis Dei suppleri uolumus, cum iam testes et proximi aliquid iam dudum statuerant nostri antecessores. ob quam rem necesse est nos testibus consentire complecti et supplere. opto uos in Domino semper bene ualere. amen. Deo gratias.

IIII. CYPRIANVS BENEDICTO ET DILECTISSIMO PARENTI TVRASIO IN DOMINO AETERNAM SALVTEM.

Caritatis tuae scripta percepi, quibus animum tuum dolore commotum de filiae dormitione cognoui. non aliud principaliter admiratus sum quam christiani pectoris in te iactatam fuisse uirtutem ut animum flexeris ad dolorem. stupeo murum fidei penetratum uulneribus

1 cf. Es. 1, 13. 4 Io. 1, 1.

Ad plebem Cartaginis explicit *Z*. —

Incipit ad Turasium presbyterum *Z*, Ad Turassium consolatoria *μ*. *om. r*, Ad Turasium super morte filiae suae consolatoria *h* = *Hieronymus tom. V p. 405 ed. Mart.* — Cyprianus *om. h* 19 benedicto et *om. Z* et *om. μr* dilectissimo] dulcissimo *r* 20 tyrasio *h*, turassio *μ* in d. ae. salutem] Hieronymus *h* 21 in quibus *h* 22 dormitatione *μ* aliud *Zh*, aliter *rμ* 23 sum *om. rμ* christiani] tristis *Z* iactatam] ablatam *h* uirtutem fuisse *h* 24 afflixeris *Z*, flecteres *h et Baluzius qui ex codice Fuxensi et Remensi epistulam edidit* (= *v*) stupeo . . . *p. 275, 3* iacturam *om. Z*

orbitatis, quem saepire debuerat spes resurrectionis et regni caelestis. numquam spes cum dolore concordat nec fides aliquando sentit quamcumque iacturam. resurgere credimus nostros, et plangimus. quid faceremus, si mori tantummodo sine resurrectione praeciperet Deus? uoluntas eius sola sufficit ad solacium, cui nullum praeponendum scimus affectum. quod dederat tulerat qui creauerat. quis certat alius plangere quod ad tempus acceperat? commodauerat ut haberes quantocumque tempore uoluisset et cum uellet rursus auferret. nihil abstulit tuum qui recipere dignatus est proprium. creditum suum recipere decuerat creditorem, et nihil aliud decet quam creditori suo gratias agere mutuantem. sic Iob legimus quam sequamur deuotissimam uocem. D o m i n u s, inquit, d e d i t, D o m i n u s a b s t u l i t. s i c u t D o m i n o p l a c u i t, i t a f a c t u m e s t. s i t n o m e n D o m i n i b e n e d i c t u m. parum ergo non erat haec sola consolatio contra luctum quod nemo lugere debeat cum aliquid reddiderit alienum, quia fas non erat apud alium retineri quod domino suo fuerat necessarium. additur consolationis alia prouidentia, quae iaculis orbitatis occurrat. gaudere debuimus de saeculo recedentibus, si saeculi contra nos inimicitias sentiremus, et plangimus Domini beneficia qui nouit infirmitati nostrae quod praestat. periclitari uolebat adhuc qui dolet aliquem dormientem, et inter fluctus uitae praesentis uidere cupiebat

12 Iob 1, 21.

2 quancunq. *r*. quantamcunque *h* 3 nostros *rμh*. mortuos *Zr* 4 fecerimus *μ* perciperet *Z*. p̃cipit *μ* 5 eius utique *h*. utique eius *Zr* sufficeret *hr*. suffecerat *Z* praeponere *h* scimus] simus *μ*. iubemus *h* 6 tulerat] abstulit *hr* quis certat alius *scripsi*, quid certas *Zv*, quis erat alius *rμ*, quis est qui *h* 7 plangat *h* acceperas *Zv* commendauerat *r* quantocumque] quo *Z* 8 et] ut *h* rursum *h* auferet *μ* 9 dignatus est recipere proprium *h* dignatus . . . recipere *om. r* 10 decuit *h* 12 dedit et *rμ* 13 ita *om. r* 14 parum] parua *Z* sola *om. h* 15 quom *r ut solet* crediderit *Z* alienum quia *om. Z* 16 erit *Z* detineri *Zv* fuerat suo *Z* 17 occurrat orbitatis *Zr* 18 gaudere] plangere *h* recedentes *h* 19 inimicitias contra nos minime *h* et *om. Zrμ* beneficia domini *Zv* nouit] nobis quod praestat *Zv* 20 nostri *r* quod *om. Zv* praestet *h, om. Z* 21 p̃tis *μ*, punctis *r*

miserum laborare. ad quid christianam fidelem animam putas intra carcerem mundi remorari debuisse cui totus mundus naufragium est. tantis et talibus tempestatibus uitae tot impugnationes diaboli, tot corporis bella, tot saeculi clades [tot calamitates] euasit. et lacrimas fundis, quasi nescias quid in te ipse cotidie patiaris. propter quod Dominus sic admonet apostolos suos dicens: s i m e d i l e x i s s e t i s, g a u d e r e t i s, q u o n i a m u a d o a d p a t r e m. plane mortuum Lazarum fleuit, sed non tuis lacrimis. resurrectionis promissor dolorem docere non poterat, ne fidem perfidiam faceret quam docebat. doluit Lazarum non dormientem, sed potius resurgentem, et flebat quem cogebatur propter saluandos alios [et confundendos incredulos] saeculo reuocare. hanc uitam dans Dominus ingemiscebat, quam tu doles esse sublatam. contra lacrimas eius pugnant lacrimae tuae, et amor tuus amori eius. eius fletus non habet parem. ille nolebat reddere laboribus quem dilexerat, et tu amare te credis cui laborum uolebas adhuc restare tormenta. ceterum si putes eum mortuum Lazarum doluisse, ante non permisisset exire qui repellere poterat mortem, aut certe non fleret qui mortuum resuscitare postmodum habuerat potestatem. unde apparet sola eum causa fuisse commotum quod ad hostilem uitam carissimum suum reuocare denuo propter credituros aliquos uel confundendos incredulos urgebatur. denique sic subsecutus est dicens:

6 Io. 14, 28.

1 ad quid . . . *l. 2* est *om. h* ad quid] aliquid *μ* christianam et *v*, tristitia: nam *Z* 2 debuisse *om. Z* 3 talibus ac tantis *h* et *om. rμ* zabuli *rμ* 4 clades saeculi *Zv* tot calamitates *om. rμh* 5 quod *Zμ*[1] 6 admonet dominus (sic *om.*) *h* me diligeretis *Zv*, diligeretis me *h* 7 quoniam] quia *h* lazarum fleuit mortuum *h* 8 non tuis l. *r*, nuntius lacrimis *μ*, non tuas lachrymas fudit *h*, non suas fudit *Z* dolorem docere] dolere *v* 9 nec fide *Z* perfidam *μ* 10 et flebat *om. Z* 11 et c. incredulos *om. rμh* ad saeculum *Zhv* 12 dn̄s dans *Z* quam tu] quantum *μ*[1] 14 amoris *rμ* eius] non conuenit *add. hv* eius fletum *r*, flectum *μ*, fletus eius *Z*, hic fletus *h* parum *r*, pietatem *h* 15 te *om. Z;* credebas te *h* restare] praestare *h* 16 putas *Zhv* mortuum *om. h* ante] an *μ* 17 poterat repellere *μ*, repellere potuit *h*, quam pellere poterat *Z* 18 suscitare *h*, resuscitandi *Zv* 19 paret *μ*[1] eum sola ea *Zv* summotum *Z* uitam *om. Z* 20 suum *om. h* denuo et *h* uel] et *h* 21 dn̄s dicens *Zv*

ergo, pater, ut credant quoniam tu me misisti. gaude ergo unde ille coactus est flere, ne uidearis dormientum felicitatibus inuidere. ab alieno mundo ad proprium transiuit, transiuit ad Dominum, et de hostili patria ad paternam patriam migrauit, *migrauit* ad caelum dicente apostolo: scimus, inquit, quoniam si terrena domus nostra huius corporis resoluatur, quod habitationem habemus non manu factam in caelis aeternam. caruit ergo domo quam nec nosse debuerat. caruit malis ciuibus, quorum odia sustinebat, ne adhuc peregrinaretur in terra contraria, sicut apostolus memorat dicens: quamdiu sumus in saeculo peregrinamur a Domino. non nobis ergo debet luctus incumbere, quisquis a peregrinatione redire meruit ad propriam regionem, maxime cum non inanis et uacuus redire noscatur qui christianitatis mercatus est lucrum, propter quod uenit ad mundi commercium. negotium explicauit, rediit et Deo debitum soluit. comparauit propter quam descenderat emptionem et ad Dominum regredi properauit, cui offerat mercem, ut comparatae mercis tam securitatem capiat quam honorem. et ego, inquies, nulla promissionum caelestium dubitatione conturbor, sed sola separatione morientis aestuans desolatus solacio pii pigneris iactor. excusatio est haec, benedicte, sine du-

1 Io. 11. 42. 5 II Cor. 5. 1. 10 II Cor. 5. 6.

1 ergo pater *om. Zμ* quoniam] quia *Zhr* misisti] *add. hr:* ait clara uoce: Lazare prodi foras. et factum est. gaudere ergo debes *Zv* 2 ne] ut *r*, ne tu saltem *h* dormientis *Zhv* 3 ad *om. rμh* transiuit *om. rμh* 4 ad paternam patriam *om. h* *alterum* migrauit *addidi, om. Zrμhv* 5 scimus . . . *l. 10* contraria *om. h* 6 resoluatur] reseruatur *μ* 8 aeternam in caelis *Zv* domo *om. rμ* careat *rμ* 9 ne] nec *Z* peregrinaret *μ* 10 sicuti *μ* quamdiu . . . domino *om. Z* 11 hoc saeculo *Zhv* ergo nobis luctum debet *h* 12 incurere *μ*, incutere *h* quisquis] quisquam cum *h* redire] *add. μ:* noscatur qui christianitatis mercatus meruit ad propriam regionem. *exp. m. 2* meruerit *Zhv* 13 rediret *Z* noscatur qui *om. Z* 14 mercatus] increatus *μ* uenit] descendit *h* 15 negotium . . . *l. 18* honorem *om. h* redit *Z* comparuit *r* 17 comparatae] comparem *μ* 18 accipiat *Zr* inquietis *μ* promissorum *r* 19 morientis] dormientis *h* extuans *Z* 20 pii *hv, om. rμ.* spi *Z* pignoris *Zhv ut solet* haec est *v* benedicite *r, om. Zv*

bio fragilitatis humanae, quae patrocinari non potest diffidentiae. si enim desolationem ferre homines non ualerent, numquam prorsus a se sua pignera dimisissent. destitutos se a morientibus conqueruntur et uiuos filios aut propter litteras aut propter honores aut propter negotia peregrinis regionibus credunt, et gaudent totam uitam sine affectibus commorari, dummodo capiant quod cupiunt de suis pigneribus adipisci. et ut ad palatia pergant peregrinantur, ad studia dignitatis nauigant acquirenda uel ad causas patrimonii aliquas explicandas per labores et pericula proficiscentes omnes impellunt, nec secum uacare quos diligunt patiuntur. et ut ad palatia caeli, ad studia Christi, ad honorem uitae perpetuae, ad patrimonium possessionis aeternae cum securitate ualeant peruenire, nemo filios suos libenter a se gratulatur abscedere. propter incerta per incerta filium uel fratrem uel parentem peregrinari unusquisque compellit, et propter certa per certa suorum aliquem proficisci nullus admittit. ad comparanda peccata gaudent tam parentes a filiis quam filii a parentibus prouocante diabolo separari, ad indulgentiam percipiendam nolunt ab inuicem Deo uocante discerni, ut appareat non pro ratione nostra nos dolere quemcumque uidemur amittere, sed indicium magis ostendere diffidentiae, qui non sustinemus nostrorum profectiones ad Dominum, quorum peregrinationes in saeculo gratulamur. quia credimus mundi lucris, toleramus diuisa nostri corporis membra. si credimus Dei promissis, post abscessionem nostrorum nihil aliud quam gratias debuerint resonare nostri pectoris

1 suae quae μ 2 desolationes *h* homines ferre *Zhv* numquam *om. Z* a se] parentes a se *h* 4 aut propter litteras *om. h* 5 tota uita *hμv* commorari] commoueri *Z* 6 de suis cupiunt *Zv* 7 palatia] p̃tiam *Z* uel adquirendas *Z* 8 ad *om. Zv* aliquas *om. Zv* per l. e. pericula] cum labore et periculo *h* 9 omnes *om. rμv* 10 palatium *Zv* 11 ad] et *Zh* 12 a se libenter *h* abscendere *Z* 13 propter ... *l. 15* admittit *om. h* incerta per incerta] rem incertam *Z* 14 certa per certa] certam *Z* 16 separari prouocante diabolo *Zv* 18 pareat μ^1 pro nostra ratione nos *v*, probationem nostram *Z* quecumque *r* 19 in iudicium *Z*μ^1, iudicium μ^2 qui ... *p. 279, 1* gaudia *om. h* 20 professiones *Z* peregrina *Z* 22 sic redimus μ^1, si crederemus *Zv* et dei promissum *Z* absesione μ 23 gratias] in grā *Z* debuerant *v* pectorum *Z*

gaudia. mihi crede, semper in omnibus incredulitas moeret, et sicut non potest fides nosse quod doleat, sic diffidentia sola doloribus tenetur ancilla. nam si dormientes dicimus, dormientes utique credere debemus et non mortuos, sed requiescentes interim secundum uocem Domini fideliter loquentis: omnis, inquit, qui credit in me, licet moriatur, uiuet. si tibi medicus hoc promitteret quisquam, nullam sine dubio promissioni eius negare poteras omnino laetitiam: nunc quia Christus fabricator et resuscitator promittit, non times plangere, ut fideliorem Christo pariter et potentiorem medicum uidearis in promissionibus iudicare. sed destitutam, dicis, doleo senectutem, qui debueram meos liberos potius antecedere, ne in laboribus remanerem. quando de spiritalibus bonis quodcumque tractatur, nihil est de carnalibus omnino ante oculos reponendum. ego tibi melius profiteor euenisse, qui non carnalem sed spiritalem circa te considero felicitatem. tu te dicis de alicuius pigneris tui obitu in senectute confectum. ego contra comprobo subleuatum. senectuti tuae amputauit magis Dominus sollicitudinem quae te torquebat de uiua filia ne periret. melius utique nunc mortuam saeculo credis esse apud Deum uiuam quam uiuam saeculo doleres forsitan apud Dominum mortuam. gaude tibi quod filiam christianam mereberis sequi quam secutus in caelo gaudeas rursus amplecti. non te deseruit, sed praecessit: et

5 Io. 12. 16.

1 semper] sola *h* credulitatem mereri *Z* 2 nosse fides *Zr* sic et *μ* sola] suis *Z* tenetur] inuenitur *h* 4 et *om. Zv* interim *om. h* 5 fideliter loquentis] fidelis *rμ*, *om. h* omnis enim *h* 6 uiuit *Z* tibi] cui *Zv* hoc] homo *Zv* quisquam nullam] quidquam *Zr* 7 negare non *Zv* poterit *rr* 8 dominus christus *Zr* 9 eam plangere *h* 10 promissione *h* doles] dolore *Z* 11 qui] quia *Zr*, meam qui *h* meos] eos *μ* in *om. Z* 12 remanerent *Z* q. tractaretur *r*, tractatur quodcumque *Z* 13 omnino de carnalibus *hr* preponendum *rμ*, proponendum *h* 14 qui] quoniam *Zv* 15 foelicitatem *rμh*, fidelitatem *Zv* de te dicis *Z* alicuius *om. h* pigneris *om. μ*[1] tui *om. Zr* obitum *rμ*, debito *Z* 16 e contra probo *h* subleuatam senectutem tuam. *Zv* 17 magis *om. Zv*; dominus magis *h* te *om. h* 18 saeculo . . . uiuam *om. r* credis esse apud deum *μh*, redisse ad dominum *Zv* 19 quam hic *h* saeculo . . . dominum *om. h* dolores *μ*[1], redisse *Z* deum *μ* 20 quo *u* filiam *om. Zv* merearis *Z* 21 et ne . . . non *om. h*

ne doleret excedentem patrem suscipere festinauit. non amisisti nutrimenta tua. si luctus horrueris et senex obtulisse pignus tuum Domino deputare poteris †, secundum uotum post Abraham, si non potes primum, ut quod ille non trepidauit offerre tu saltem uidearis de sublato gaudere. ab illo Dominus postulauit, a te tulit. ille iussioni paruit, tu uoluntati consenti. illum per illicitam legem naturae [quem Dominus] probauit sibi deuotum, te saltem per licitam condicionem mortalitatis annotet religiosum. nam si nec uoluntate nec necessitate compelleris deuotionis Domino aliquid exhibere, in qua parte christianum te poteris approbare? erubescat incredulitas nostra nec cum gentilibus **, si Deo uult esse subiecta. communis est nobis cum illis exitus mortis et dolores illorum superamus doloribus nostris. quid ageremus si peculiare aliquid exigeretur a nobis? quid quod ad dedecus nostrum? gentiles dolores saepe contemnunt, cum non ad promissa caelestia sed ad poenas tartari rapiantur. et nos plangimus euntes ad caelum. consideret christianus talis quid deinceps mereatur qui nec imitari contendit exempla sanctorum nec contemptum habere gentilium. illi luctus desperando despiciunt, et nos sperando despicere non conamur. denique uendere liberos saepe non dubitant, ut uiuos, quod peius est, spernant. et nos nec defunctorum obitus subleuant, sublatos captiui-

1 suscipere *om. Z* non amisisti] misisti *rμh* 2 tua nutrimenta *Zv;* christo *add. h* si *om. Z* luctum *hv* senex *om. Zh* te obtulisse p. t. *Zh,* tuum obtulisse pignus *v* domino gratuleris *Z* 3 deputari *Zrμh* poteris] potes *Z,* poteris potes *v* habere post *Zv,* post *μ, om. r,* tuum habe post *h* potest *μ* 4 trepidauit] dubitabat *h* tu *om. Z* 6 consentias *h,* consensit *Z,* consensisti *v* illum *h,* ille *Zμr* quem dominus *om. rμh* 7 sibi probauit *Zv* per . . . religiosum *om. Z* illicitam *μ* mortalitatis] religionis *v* 8 aduocet religiosum *Z,* annotet religiosum aduocet religiosum *v* nam si . . . *l. 9* exhibere *om. h* si nec] siue *Zv* nec *om. Z* compelleris necessitate *Z* 9 deo *Z* te christianum *Zv* 10 nec *om. Zv,* quae nec *h* si *om. rμ; ante* si *lacunae signum posui* 11 domino *Zv* 12 peculiarie *μ,* peculiariter *Zv* 13 a nobis *om. r* quid quod *rμ,* quidquid *Z,* quod *hv* ad] ac *Z* nostrum] pertinet *add. h,* pertineret *add. v* 14 gentiles *om. r* 15 penam t. rapiuntur *Z* 16 merebitur deinceps *h* 18 et nos *ex* et non *μ m. 2,* nos et *h* non *om. Zv* 19 denique . . . *p. 281, 1* uolumus *om. h* 20 subleuat *μ,* amplectes *Z*; et nos *add. v* sublatos . . . uolumus *om. rμ*

tati et libertate donatos uolumus **. illi seruire filios suos intrepide mortalibus tradunt et nos Deo nostros simul et suos liberos liberandos dimittere sacrilega mente cunctamur, quasi tutius apud homines iudicetur magis quam penes Deum comdemnari aliquem filiorum. pudendum nescio quid christiani apud gentiles opprobrium, quibus peiores sine dubio iudicantur quos pares habere non dicam meliores fuerat criminosum. christiani nolunt uel gratulatione suos deducere ad bona, gentiles tradere non cunctantur ad mala. postremo uel cum ipsa felicitate nostrorum morientium cogamur animum flectere, ne desideriis eorum desideria nostra incipiant repugnare. laetantur ipsi qui exeunt uenientes ad requiem. laetemur et nos cum ipsis, saltem computantes nostrorum exeuntium beatitudinem. esto religiosus uel uoto eius qui euasit, si non potes tuo, et exsulta quia placuisse cognoscis participem tui sanguinis Christo, maxime quod uel de occasione debeas tolerare Domini uoluntatem, cui non potes contradicere. et cum sit omnibus communis hic casus, uanus dolor est, qui nec primus uidetur esse nec solus. sed dicis: nullus me de mea desolatione mentis angor exulcerat, sed pro delictis paruuli morientis humanitatis affectus impulsat. nec hoc licet commouere animum christianum, ne contra Christi imperia reluctetur. quid interest quandocumque et qualescumque filios

1 uolumus seruire. Filios *Zv*   intrepidanter filios suos *h*   2 mortalis *r*   deo nostros] de nostro *Zv*, deo nostro *h*   liberos] et nostros *add. Zhv*   3 tuti *Z*   iudicemur *Z*, iudicemus *hr*   4 dominum *Zv*   condemnari *h*, commendari *Zμrv*   pudendum ... *l.* 7 criminosum *om. h*   5 christianus est a. g. opprobrii *Zv*   6 parem *Z*   meliorem *Z*   fuerat] sumus putare *Z*, fuerat putare *r*   7 uolunt *Z*   gratulationes *μ*   suas *μ* as *ex* os. sua *h*   8 cunctatur *μ*   9 cogamur] rogamur *Z*   inflectere *Z*   ne *μh*, non *r*, et *Zv*   desidiis *Z*   10 repugnare] reluctari *h*   laetantur ... *l.* 12 beatitudinem *om. h*   ipsi] illi *Zv*   12 exeuntium] morientium *add. Z*   esto] si *Zv*   uoto eius] noticius *Z*, nouitius *r*   qui] quae *h*   13 nō euasit *μ*   tuo et] uel *Zv*, tuo *h*   participium tui *Zv*, tui participium *h*   14 uel de] uelle *μ*, uel *r*   occasionem *rμ*   15 potest *rμ*, debes *Z*   cum sit ... dolor est *om. μ*¹   sit *om. r*   16 communis *om. Z*   uanus] unus *Z*   17 de *om. Z*   consolatione *Z*   18 derelictis *h*   paruulis *rμh*   19 nec licet commoueri *h*   ne] nec *r*   20 reluctatur *μ*, luctetur *Zv*   est inter *Zv*   quandocumque] quoscumque *Zv*

dimisisse, quos iubeamur a Domino pro causa deuotionis odisse. melius nunc saluam animam suam moriens dereliquit in pace, ne in persecutione dimittere cum suo interitu non ualeret. ipse illis auxiliatur in mundo, quorum mater habitat in caelo, et qui matri subuenit et filiis pro certo succurrit. postremo uide si debeat aliquid dolori concedi, ubi sine aliquo remedio potest animus fatigari. sapienter debet dolere qui dolet ne perdat sine causa quod dolet. nunc autem contra luctum sumenda sunt arma, ut spes nostra possit habere uictoriam. principaliter quod Dominus uoluit suscipere gratulemur. deinde quia hoc omnibus in mundo commune, additur priuatum peculiare nostrum quod ad requiem deuocamur. sequitur consummatio omnium gaudiorum, quod in resurrectione inuicem nobis Domino reformante reddemur, quod apostolus pollicetur: nolumus igitur ignorare uos, fratres, de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui non spem habent. si enim credimus quia Iesu mortuus est et resurrexit, sic et Dominus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum illo. haec tibi, benedicte, pro caritate communi transmisi. ceterum scio te alios consolari. tunc se orbitas non inueniet penetrabilem, si alios contra illam non cessetis armare. opto te, frater carissime, semper bene ualere et nostri meminisse.

13 I Thess. 4, 13. 14.

1 iubemur *h* pro *om. rh* edisse *r* 2 saluat *Zv* derelinquit *μh*, relinquit *Zv* ne *om. Z* in persecutione] persecutionem *Zv* 3 dimittere *om. Z* ipsis *h* illius *Z*, illi *v*, *om. h* auxiliabitur *h* 4 matrem *Zh* habitat] habet *Zμh* qui *om. rμ* 5 pro certo] certe *h* succurret *h* uide] inde *Z* debeat] habeat *v* aliquid debeat *h* 6 aliquis dolore concidi *Zv* animus] aliquis *Zv* 9 uoluit deus *h* 10 deinde] denique *Zv* omnibus] nobis *h* communem *r* additur *Z*, est: additur *h*, aditum *r*, additum *μ* priuatim *h* peculiare] particulare *v* 11 reuocamur *Zv*, deducamur *h* consumatio *Zrμ* 12 quod] quae *Zv* 13 reddemur quod] reddetur sicut *Zv* 14 nolo uos ignorare *h* 15 spem non habent *Zv* 16 quia] quo *Z*, quod *v* iesu] christus *h* 17 dn̄s eos *μ*, deus eos *h*, deus *r*, eos *Zv* per iesum] in iesu *Zv*, in christo *h* illo] eo *Zv* 18 communi] mutua *Zv* te] ualere *add. Zh*, bene ualere *add. v* 19 se *rμ*, te *Zhv* si] et *Z* 20 cessabis *Zv*, cesses *h* opto . . . meminisse *om. h*, amen *Z*; ualete *add. μ*. — Ad Turasium presbyterum explicit *Z*, *om. rμ*. —

XVII. CARMINA.

I. GENESIS.

Principio Dominus caelum terramque locauit:
Namque erat informis fluctuque abscondita tellus,
Immensusque Deus super aequora uasta meabat,
Dum chaos et nigrae fuscabant cuncta tenebrae.
Has dum disiungi iussit de cardine, fatur:
Lux fiat, claro et micuerunt omnia mundo.
Cum Dominus primi complesset facta diei,
Condidit albentem nebulis nascentibus axem:
Accipit inmensus errantia littora pontus,
Multiplices rapiens ualidis cum tractibus amnes.
Tertia lux faciem terrarum fulua retexit,
Arida mox posito narratur nomine terra,
Florea uentosis consurgunt germina campis
Pomiferique simul procuruant brachia rami.
Quarta die generat solis cum lampade lunam
Et stellas tremulo radiantes lumine fingit:
Haec elementa dedit subiecto insignia mundo,
Tempora quae doceant uarios mutanda per ortus.
Quinta die accipiunt liquentia flumina pisces
Et uolucres uarias suspendunt aere pennas.

Incipit liber geneos metricus Cipriani *R*. — 1 locauit *R*, creauit *v* 5 de] a *R* 6 claro et *Pamelius*, et clare *R*, et claro *Fabricius* (*Poet. uet. eccles. opera p. 295*) micuerunt *R*, nituerunt *v* 8 *uersum 8 post u. 9 exh. R* 9 errantia *R*, uerrentia *v* 15 die *R*, dies *v*: *cf. u. 19, 21, 32, 40, 44, 139, 145* 19 quinta die *R*, at quinta *v* 20 aere *coni. Cauchius*, corpore *Rv* uariae s. a. pennae *coni. Gronouius*

Sexta pater gelidos in spiras lubricat angues
Quadrupedumque greges totos diffundit in agros
Cunctaque multiplici mandauit crescere passim
Germine et immensis errare et pascere terris.
Haec ubi constituit diuina potentia iussu,
Rectorem inspiciens mundanis defore rebus
Haec memorat: hominem nostris faciamus in unguem
Vultibus adsimilem, toto qui regnet in orbe.
Et licet hunc uno posset conponere uerbo,
Ipse tamen sancta dignatus ducere dextra,
Inspirat brutum diuino a pectore pectus.
Quem postquam effigie formatum ceu sua uidit,
Metitur solum mordaces uoluere curas.
Ilicet irriguo perfundit lumina somno,
Mollius ut uulsa formetur femina costa
Atque artus mixtu gemino substantia firmet.
Inditur et nomen uitae quod dicitur Eua.
Quapropter nati linquunt de more parentes
Coniugibusque suis positis cum sedibus haerent.
Septima luce Deus factorum fine quieuit,
Sacratam statuens uenturi ad gaudia saecli:
Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis
Viritim cunctis nomen quod permanet indit
Adamus donata sibi prudentia sollers.
Quem Deus alloquio iunctam dignatur et Euam:
Crescite multimodo uentura in tempora partu,
Vt polus et plenae uestro sint germine terrae,

21 pater gelidos *R*, praegelidos *v* spira *R* 22 quadrupedum greges *R* 27 nostris hominem f. ad. unguem *Fabricius et v* 28 regnat *R* 29 hunc uno *Fabricius*, hoc uno solo *R sed* hoc *s. l. m. 2* 32 postquam artificis formatum in imagine uidit *Oxon.* 33 metitur] non patitur *coni. Bal.* 36 mixta geminos *R* 37 uitae] uiuae *Fabricius* 40 luce *R*, quando *v* 41 sacrata st. u. gaudia *Morelius et v* 42 exibitis *R* 43 uiritim] distinctim *Oxon.* 44 adami a domino donata prudentia *Morelius et Pamelius*, adami a domino data quae prudentia *Fabricius*, adami a domino donata scientia *Oxon.* 46 uenturam *R*

Heredesque mei, uarios decerpite fructus,
Quos nemora et pingui reddunt de cespite campi.
Haec ubi disseruit, laeta paradisus in aula
Instruitur primique aspectat lumina solis.
Gignitur haec inter pomis letalibus arbos,
Coniunctum generans uitae mortisque saporem.
Aedibus in mediis puro fluit agmine flumen,
Quod rigat insignes liquidis de fluctibus ortus
Quadrifidosque secat undante ex fonte meatus.
Fison auriferis praediues fluctuat undis
Conspicuasque terit rauco de gurgite gemmas:
Prasinus huic nomen, illi est carbunculus ardens,
Perspicuusque uadis terram praelambit Euilat.
Post hunc Aethiopas Gaeon adlapsus opimat.
Tertius est Tigris, Eufrati adiunctus amoeno,
Assyriam celeri discretim flumine sulcans.
Hic positus custos Adamus cum coniuge fida
Atque opifex tali formatur uoce tonantis:
Ne trepidate simul licitos praecerpere fructus,
Quos nemus intonsum ramo frondente creauit,
Solliciti ne forte malum noxale legatis,
Quod uiret ex gemino discreta ad munia suco.
Nec minus interea caecos nox alta tenebat
Ac modo formatos uestis nec texerat artus.
Has inter sedes et baccis mitibus ortus,
Spumeus astuto uincens animalia sensu,
Serpebat tacite spiris frigentibus anguis,
Liuida mordaci uoluens mendacia sensu,
Femineo temptat sub pectore mollia corda:
Dic mihi cur metuas felicia germina mali?
Numquid poma Deus non omnia nota sacrauit?
E quis si studeas mellitos carpere uictus,

49 reddt̄ *R* (reddent *eius scripturam falso perhibet Bal.*) 55 hortos *fort.* 57 fyson *R* 59 pràsinus *R* 60 euilam *R*, heuilath *v* 61 ethiopas geon *R*, aeth. gihon *v* 62 euphrati *v* 76 pectora *R*

Aureus astrigero redibit cardine mundus.
Illa negat uetitosque timet contingere ramos:
Sed tamen infirmo uincuntur pectora sensu.
Ilicet ut niueo iam mitia dente momordit,
Adfulsit nulla maculatum nube serenum.
Tum sapor illecebram mellitis faucibus indens,
Compulit insueto munus deferre marito.
Quod simul ac sumpsit, detersa nocte nitentes
Emicuere oculi mundo splendente sereni.
Ergo ubi nudatum prospexit corpus uterque
Cumque pudenda uident, ficulnis frondibus umbrant.
Forte sub occiduo Domini iam lumine solis
Agnoscunt sonitum trepidique ad deuia tendunt.
Tum Dominus caeli maestum compellat Adamum:
Dic ubi nunc degas? respondit talia supplex:
O Domine, adfatus pauido sub corde tremisco,
Magne, tuos nudusque metu frigente fatigor.
Tum Dominus: quis poma dedit noxalia uobis?
Tradidit haec mulier, dum dicit lumina promptim
Candenti perfusa die liquidumque serenum
Adfulsisse sibi solemque et sidera caeli.
Protinus ira Dei turbatam territat Euam,
Auctorem uetiti dum quaerit maximus acti.
Illa sub haec pandit: serpentis suasa loquentis
Accepi fallente dolo blandoque rogatu:
Nam sua uipereis intexens uerba uenenis
Haec mihi prae cunctis narrauit dulcia pomis.
Ilicet omnipotens condemnat gesta draconis,
Praecipiens cunctis inuisum uisere monstrum:
Pectore mox fuso prorepere, tum sola morsu
Mandere, mansuro quaecumque in tempora bello

80 redibit *R*, remeabit *Morelius et v* carmine *R* 86 copulit *R* insuetum *coni. Cauchius* 90 cumque] que *R* 96 tuus *R* 97 tunc *v* 98 promptim] promptum est *R* 99 cadenti *R* 109 proreppere *R* 110 mandere *Cauchius*, pandere *R*

Humanos inter sensus ipsumque labantem,
Vertice ut abiecto pronus post crura uirorum
Serperet, ut calcet dum labens comminus instat.
Femina fraudigeris misere decepta suadelis,
Praecipitur duro discrimine ponere partum
Seruitiumque sui studio perferre mariti.
Tu uero cui uisa fuit sententia uerax
Coniugis, immiti cessit quae uicta draconi,
Deflebis miserum per tempora longa laborem:
Nam tibi triticeae surget pro germine messis
Carduus et spinis multum paliurus acutis,
Vt cum uisceribus lassis et pectore maesto
Plurima sollicitos praestent suspiria uictus,
Donec in occiduo uenientis tempore mortis,
Vnde geris corpus, terrae reddare iacenti.
His actis Dominus trepidis dat taedia uitae,
Deiectosque procul sacratis dimouet hortis
Obuersosque locat medioque eliminat igni,
In quo perceleri Cherubim euoluitur aestu,
Dum calidus deferuet apex flammasque uolutat.
Quis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,
Consuit euulsas pecudum de uiscere pelles
Operiens nudos calidis de uestibus artus.
Ergo ubi coniugio sese iam fidus Adamus
Esse uirum sensit, nomen genitricis amatae
Exhibet uxori. binos qui germine factus
Continuo genitor diuersis nuncupat orsis.
Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus:
Innocuas multā seruabat cura bidentes,
At alius curuo terram uertebat aratro.
Hi cum perpetuo ferrent sua dona tonanti,

111 labentem *R* 113 calcent *Oehler* (*Tertull. II p. 775*
114 suadelis *R*, loquelis *Morelius et v* 118 cessitque *R*
127 ortis *R* 130 calidos *R* 131 menbra frigerent *R*
133 opperiens *Fabricius* 136 bino *Morelius et v* 138 cuius *R*
139 multa *R*. huius *Morelius et v* 140 at *R*. ast *v*

Dissimiles fructus sensu suadente dedere.
Nam prior uberibus fuerant quae prosata glebis
Optulit: ast alius miti se deuouet agno,
Exta gerens sincera manu adipemque niualem.
Confestimque placet Domino pia uota tuenti.
Quod propter gelida Cain incanduit ira.
Quem Deus adloquio dignatus talibus infit:
Dic mihi, si rectum uiuas et noxia cernas,
Degere non possis contracto a crimine purus?
Desine mordaci fratrem disperdere sensu,
Qui tibi ceu Domino subiectus colla praebebit.
Nec tamen his fractus fratrem deducit ad arua
Atque ubi deprensum deserto in gramine uidit,
Elidit geminis fraudans pia guttura palmis.
Quod factum Dominus caelo speculatus ab alto
Disquirit quonam terrarum degat Abelus?
Ille negat positum custodem se fore fratris.
Cui Deus effatur: nonne uox sanguinis eius
Ad me missa sonat celsumque ascendit ad axem?
Nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto:
Nam modo quae maduit germani sanguine terra,
Inuiso maledicta tibi commissa negabit
Semina et absumtis fructum non proferet herbis,
Torpidus ut multo collidens membra tremore
* * * * * * * * * * * * *

142 fructu *R* 145 manu sincera gerens *v* 152 praebebit *R*, daturus *Morelius et v* 154 ibi *R* 155 fraudans *R*, frangens *coni. Pamelius* 156 caelo] celso *Fabricius* 159 nonne *R*, numnam *Fabricius et v* 164 assumtis *v*. —

II SODOMA.

Iam Deus omnipotens primaeui crimina saecli
Vindice diluuio cunctis aboleuerat undis,
Quot caelum spargit, terra euomit, expuit aequor,
Hactenus et liquido poenas decernere pactus
Excidio, quotiens hiemem conduceret aer,
Frenandis uarium pluuiis mandauerat arcum
Purpureo et uiridi signantem nubila limbo.
Iridis in nomen, propria est quae fibula nimbis.
Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda
Impietas iterumque mali noua pullulat aetas,
Supplicio iam non imbres sortita, sed ignes:
Sic Sodomum meruit tellus ardentibus uri
Roribus et finis portendere signa futuri.
Effera luxuries illic inimica pudori
Instar legis erat, fugeret quam praescius hospes,
Ante penes Scythicas uel apud Busiridis aras

Incipiunt uersus Cipriani de Sodoma *R*. Opusculum Tertulliani de excidio Sodomae et Niniue *H*, In christi nomine incipit dictatus Tertuli*ani metrica arte constricius inprimis de incendio Sodomorum *A* (= *cod. l. Vossianus Q. 86 fol. 81 sq. cuius scripturas publicauit L. Müller Mus. Rhen. 1867 pag. 329 sq.*). — 1 primeui *R*. primiqui *H* crimina *A*. tempora *HRr* 3 quod *A*. quas *HRr* spargit *A*. sparsit *Rr*, par sit *H* terrae uomit *A*, terrae maris *HRv*, *em. Müller* 4 actenus *A* et] haud *Morelius et r* 5 hiemes *r* conduceret *A*, cum introduceret *H* (tro *s. l. m. 2*), cum inducere *R*, induceret *r* aer *R sed a in ras.* 7 purporeo *A* 8 yridis *A* in] huic *r*: en numen *coni. Müller*, hinc nomen *fort.* fimbula *R*[1]. fabula *A* 11 supplicio *A*, excidio *HRv* imbrem *R* ignes] imbres *R* 13 roribus *AH*, foribus *R*, facibus *Morelius*, flammis *Fabricius*, fascibus *Cauchius*, iactibus *Gronouius Obseru. p. 672 (ed. Frotscher)* pontendere *H*[1] futura *A* 14 pudori *A*, pudoris *H*[2]*Rv*, podoris *H*[1] 16 penes *A*, uel ad *HRv* sciticas *R*. scyticas *H* cy *in ras.*, cythicas *A* bufiridis *H*

Exoptans per sacra necem caestuque cruorem
Subdere Bebrycio, Libycas satiare palaestras,
Ante etiam Circaea nouas per pocula formas
Sumere, quam laesum Sodomis amittere sexum.
Pulsabant caelum inuidia conubia (monstra),
Incestu parili generis natura rebellis
In sese, laesumque uiri cum còrpore nomen.
Tempore sed certo Deus omnia prospeculatus,
Iudicat iniustos patiens, ubi criminis aetas
Cessandi spatium frustrata coegerat iram.
Iamque dies ultrix aderat: duo de grege missi
Angelico forma iuuenes qui spiritus ambo
Diua ministeria, ut Domini mandata iubebant,
Succedunt Sodomis. illic de stirpe piorum
Transuena Loth aequi sapiens iustique colonus
Vnus erat meminisse Deum: solet utilis arbor
In siluis latitare feris uelut hospite fructu.
Is tunc prò porta residens (uix moenia adibant
Caelicolae) quamquam diuinos inscius ultro
Aduocat adpellat patrio ueneratur honore

17—18 c**stumque (a *m. rec. s. l.*) cruorem subdere brebicioblicas *A*, caesusque cr. fundere bebrycium libycas *HRv nisi quod v* et libycas; caestuque (*uel* caestuue) cr. subdere bebrycio libycas et (*uel* libycas uel *uel* caestusque furori se dare bebrycii l. et *coni. Müller*, caestuque c. fundere b. l. *coni. Gronouius* satiare] adire *coni. Müller*, sociare *Gronouius* 19 ante etiam *A*, antei *H*, ante *R*, anteque uel *v* circea *ex* circa *R m. 2* nouam p. p. formam *A* 20 summere*R* 21 pulsabat *H* conubia monstra *A*, c. mixta *HRv*, communia monstra *coni. Müller* 22 ince*tum *A* (s *m. 2*), incestum R^1 parilis *A* 24 tempora *H* prospeculat̃ *R*, prospeculator *H*, prospiculator *A* 25 ubi] sibi *A sed* si *corr.* aetas] actum *Gron.* 26 spacium *AR* frustrata *A*, iussa *H*, uis nulla *Rv* coegerat A^2HR, coegerit A^1v ira *HR*, irae *v* uis multa coegerit irae *Gron.* 27 adherat A^1 28 angelica *HR* iuuenis *H* 29 diua *R*, diu ic *H*, dua *A* ministerio *v* ut *A*, *om. HRv* iubebant *A*, ferebant *HRv* 30 illa *H* 31 Lot *A saepius* aequi *A*, aderat *HRv* 33 feras *Rv* hospite *A*, hospita *HRv*, opsita *coni. Müller* fructus *HR* 34 menia *R* adhibant A^1R 35 quamquam] quam *H* inscius *A*, nescius *HRv* 36 apellat *A*

Hospitioque uocat, longe stabulare parantes:
Enisus longis precibus, pia pignera mensae
Officiumque probum studio dispungit amico.
Nox requiem dederat, lux soluerat altera noctem,
Et Sodoma in foribus strepitat cum lege pudenda.
Loth contra supplex: ne uos male pasta libido
Incendat iuuenes istam foedare iuuentam:
Luxu quo genitura uacat? quo semina frustra?
Quo nullae nuptant animae, non lustra colentes,
Non stabulis reduces, non undis subter hiantes,
Nec quae pennarum modulis prope nubila pendent,
Nec quae per terras protracto corpore manant.
Omne genus nixu genuit, est femina coniunx
Omnibus, et numquam cuiquam nisi femina mater.
Nunc si fax iuuenalis auet uastare pudorem,
Sunt intus natae biiuges mihi, nubilis aetas,
Virginitas in flore tumens, iam debita messi,
Digna cupido uiris, tulerit qua uestra uoluntas:
Dedo pater proque hospitibus pensabo dolorem.
Vulgus ad haec demens: quisnam tu, quantus, et unde
Qui nostris dominere animis legesque recondas?

37 longe] uulgo A stabula separantes A. st. parentes R 38 et nisus coni. Muller pignera mensa HRe 39 officiisque probis HRe [illegible] A sed [illegible] s. l. m. [illegible] dispungit H. despondet uel dependit coni. Muller, sed cf. Gronou. obs. p. 673 amicos HRe 41 sodoma H cum lege pudenda H, cum lege pudendam R. cum le pudenda A. conquesta pudendam Morelius. conquesta pudendum Gron. 42 male pecte A. nunc pasta H. nunc pasta Re. nunc prata Gron. 43 intendit A ipsam A 44 luxu quo H. quo luxu Re. luxoq. corr. in luxo quo A luxu i. e. luxui [illegible] uacat scripsi. uocat ARe. uocant H: cf. Gronou. p. 674 semine A 45 nuptant e catibant A [illegible] corr. 46 om. A 47 pinnarum A[1] 48 terras p. c. manant A. terram p. c. reptant HRe 49 nixu genuit est scripsi. [illegible] genus est sed AHRe [illegible] sed coni. Muller 51 fax A. fas HRe iuuenilis A[illegible] auet A[2]. habet A[1]HRe pudorem HR 53 tamet HRe debita HRe 54 quam u. uoluptas HRe 55 cedo R 57 qui nobis domineris ait legesque HRe recondes H[1]

Transuena non rector Sodomorum iugera libras.
Nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,
Pro natis proque hospitibus: satis unus in omnes.
Dicta et facta simul: uulgi mora nulla furentis.
Turbidus hiberno ceu uoluitur impete torrens,
Riuorum innumeros uno pede subuehit amnes:
Si qua illic arbor rapidis offenditur undis,
Haud mansura diu quantum radice licebit
Crinitas durare moras: ubi subter adesam
Perdit humum circumfosso iam caudice pendens,
Huc illuc certam differt incerta ruinam.
Haud aliter Loth in media uertigine uulgi
Nutabat uinci prope iam: sed diua potestas
Subuenit, angelici iuuenes de limine raptum
Restituunt tectis: demens sed uulgus ibidem
Poenarum auspiciis interdum lumine multant.
Tum decreta Dei reserant, dignam affore poenam
De caelo Sodomis, ipsum meruisse salutem
Iustitiae titulo: quin ergo accingeris istinc
Festinare fugam pariterque educere si quem
Gentis habes: nos exitium iam inducimus urbi.
Loth generos citus alloquitur, sed dura hominum mens
Credere despexit monitum risitque timorem.

58 non rector *AH*, conrector *Rv*, num rector *v*, nunc rector *Oxon.* iugera libras *A*, iugera iras *H*, ut iugerat iras *R*, ut ingerat iras *Morelius*, atque ingerit iras *Oxon.*, duplicat iras *Fabricius*, iugera libas *coni. Müller*, iugera adibas *fort.* 59 lues] leues *H* 62 ceu *A*, dum *HR*, ut dum *v* 63 in numeros *H*, numeros *R*, * c numero *A* (a *eras.*) unum *A* subuehit *A*, uehitur *HR*, fertur *Fabricius et v* amnem *A*, amne *H*, in amnes *R*, in omnes *v* innumerum prono (*uel* innumerumque uno) pede subuehit agmen *coni. Müller* 64 si quas R^1 rabidis *coni. Müller* 65 mensura *H* 67 circum $\overset{u}{\text{f}}$oso *A* 69 medio *R* uulgo H^1 70 notabat A^1 71 angeli *R* 72 sed] et *A* 73 hospiciis A^1 interdiu *coni. Riuinus* lumina *R* p. a. multatur lumine diro *Fabricius* 74 tunc *HRv* secreta *H* affore *H*, fore *R*, fora *A* 77 quem HA^2, queant A^1, quid *Rv* 80 dispexit *A* resitque *H*

Tempore mox quo lux tenebras iam scindere temptat
Et bicolor caeli facies de nocte dieque est
Instabant iuuenes Chaldaeam educere gentem
Ex Sodomis iustamque domum donare saluti:
Eia age Loth exsurge tuamque adsume iugalem
Et natas duplices atque hinc exterminus ito
Praeueniens Sodomum poenas. manibus quoque amicis
Producunt trepidos et ibidem cetera mandant:
Serua Loth animam neu uisum in terga retrorsum
Vertere forte uelis coeptum uel sistere gressum,
In montem propera. timuit Loth ardua tardo
Ereptare gradu, caelestes ne prius irae
Opprimerent illos: alios deposcere portus
Aggreditur, paruam quam contra aspexerat urbem.
Huc, inquit, fuga sit, certe uix moenibus extat,
Nec longe, nec magna mihi. fauere pauenti,
Vrbis et ipsius pariter cessere salutem:
Segor inde loco nomen uox barbara nouit.
Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur sol,
Vltimus ille quidem Sodomis, iam incendia feruens
Iratus toto radios armauerat igni.

81 mox *om.* *A* tenebrascit scindere *H*, tenebras conscendere *Rr*; t. confundere gestit *Gronouius* 82 bicolor] tibi color *H* facie *A* 83 instabant iubant iuues (ne) *A* gentem ... *84* donare *om.* *R* 84 ex] de *A* 85 heia *A* 86 dupplices *R* exterminis *H* 87 preueniens *A sed* pre *ex* pro poenes *H*[1] quoque *ex* aque *A* 88 et ibidem *A*, atque haec ibi *Rr*, atq. hec tibi *H* 89 serua loth] seruato *R*, seruato seruato *A* neu *Müller*, ne *Hv*, in *R*, *om.* *A* uisum *om.* *A* in terga retusum *A* 91 mentem *A* 92 ire*** *H* 93 illos alios *A*, alios igitur *HRv* depostere *A* 94 agreditur *H* paruamq. contra *R*, paruam quam cum *H* 95 fuga sit certe *A*, f. si certe *H*, intende fugam *Rv*, contendo fugas *r* instat *A* 96 longa *ex* longo *A* mihi est *HR*, . Illi *v* fauete *Morelius* pauenti *scripsi*, parenti *A*, precanti *H*, petenti *R* 97 gessere *Rv* salute *H* 98 inde segor *R* nouit] creuit *coni.* *Müller* 100 sodomis iam *A*, sodomumque *HR*, in sodomamque *v* feruens] seruans *coni.* *Müller*, uersans *fort. cf. Verg. Aen. II 62, XI 704* 101 iratus *A*, infert nam *HRv* totos *HRv* amauerat *H*

Aemula subseritur caligo, includere lucem
Coeptans atque globos confuso intexere caelo.
Fumantes coeunt nubes, nouus inruit imber,
Sulphura cum flammis, flagrat cahos, aestuat aether,
Exustus crepitat liquidis ardoribus aer.
Hinc habet in falsum de uero fabula famam,
Solis progeniem currus optasse paternos
Nec ualuisse leuem puerum frenare superbos
Solis equos, arsisse orbem: tunc fulmine raptum
Aurigam, inlicitum planctum mutasse sorores.
Viderit Eridanus, si qua illic populus albet,
Si quis ibi senio plumat modulatior ales.
Hic aliter uersae maerent miracula formae.
Namque comes coniuncx eheu male tunc quoque legis
Femina diuinae patiens ad murmura caeli
Audaces oculos nequiquam pone retorsit,
Non habitura loqui quod uiderat: et simul illic
In fragilem mutata salem stetit ipsa sepulcrum
Ipsa et imago, sibi formam sine corpore seruans:
Durat adhuc etenim nuda statione sub aethra,
Nec pluuiis dilapsa situ nec diruta uentis:
Quin etiam si quis mutilauerit aduena formam,

102 inludere *coni. Müller* 103 libentesque globos cinfuso *A* 104 fumantis *A* 105 sulpura *A* flagrat cahos *A*, flagrat chaus *H*, flagrat *R*, flagrantibus *v* aestant aethor *A* 106 exusustus *H* aer] aether *R* 107 falsum *A*, falso *HRv*; abit in falsam *coni. Müller* 110 solis *A*, ignis *HRv* flumine *A* 112 heridanus *HR* 113 si quis ibi *A*, aut si quis *HRv* senium plumat *A*, plumat senio *HRv nisi quod H* pluma, s. plorat *uel* plangit *Müller* 114 aliter *ex* aliae *A*; alia euersae *coni. Müller* 115 eheu male tunc *A*, heu met male tum *H*, heu letum *R*, eheu me male tum *v* quoque] metaque *R* legis] logos *A* 116 diuinae ad patiens *A*, non patiens diuinae *Hv*, non p. diuina *R* 117 nequicquam *Rv* posse *A*, sola *HRv* 118 uiderit *HRv* 119 sepulchrum *H* 120 ipsa et] ipsaque *Rv* corpore seruans *AR*, carne reseruans *H* 121 etenim adhuc *R*, etenim adhoc *H* aethro *A*, aethram *v* 122 delapsa *HR* dituruta *A* 123 qui nec iam *R* mutilauerat *R*, muta lauerit *A*

Protinus ex sese suggestu uulnera complet.
Dicitur et uiuens alio iam in corpore sexus
Munifico solitos dispungere sanguine menses.
  Iamque urbes nusquam Sodomum, gens impia nusquam,
Tota rogus regio est: hinc atro horrore fauillae
Hincque situ cano cineres incendia signant.
Nullus arat frustra piceas fuligine glebas.
Occidit illa prior species, quam prospiciens Loth
Discretus patruo dites delegerat agros.
Semiperempta etiam si qua illic iugera laetas
Autumni conantur opes, facile optima esse
Promittunt oculis pira persica et omnia mala,
Donec carpere aues: nam protinus indice tactu
Soluitur in cinerem uacui fallacia pomi.
Sic igitar caelo pariter terraque sepultis
Nec mare uiuit ibi, mors est maris ipsa maris pax,
Qua nullos animat per anhela uolumina fluctus
Quaque etiam patrio numquam suspirat ab austro
Quaque caret proferre aliquam de gurgite gentem

124 suggesto (*scil.* corpore) *coni. Gronouius* 125 alios *A*, celio *H* in *om. HRv* 126 munificos solito *HRv* depungere *R* 127 iamque u. n. s. g. i. nusquam *A*, nusquam sunt sodomi, nusquam illorum (illa *HR*) impia lucent (nunc sunt *coni. Müller*) Moenia, cum dominis domus omnis inops ita (inopposita *H*, inhospita *coni. Fr. Iunius*) nusquam *HRv* 128 regio] rogia *A* atro] catro *H* horrere *R*, rore *coni. Müller* 129 hincque situ] hinc desitu *A*, inde situ *Iuretus* 130 *hunc uersum post 131 exh. v* 131 species *A et Oxon.*, feritas *HRv* quam spiciens lot *A* 132 *om. HRv* (deseruisse pii fertur commercia fratris *Oxon. coniectura suppleuerat*) 134 optima esse *A*, optima sese *Hv*, esse opimas *Rv* 135 pessica et omnia mella *R* 136 carpere aues *A*, carpantur *HR*, carpuntur *v* indice (*i. e.* digito) tacti *coni. Müller, sed. cf. Gron. p. 676* 137 cinere *A* uacui fallacia pomi *A*, uacui fauillaque pomi *HR*, fit uana fauillaque pomum *v* 138 terraeque *H* 139 ipsa maris pax *A*, illa quieti *HRv* 140 qua *A*, quod *HRv* nullus *Rv* animat *HR*, amittat *A*, agitat *coni. Müller*; idque animat nullus *Fabricius* 141 quaque *A*, queque *R*, quodque *Hv* etiam] enam *A* nusquam *v* 142 quaque caret *A*, queue caret *R*, quodque nequit *Hv*, quaque cauet *uel* negat *coni. Müller* gentem] piscem *A*

Squamicutem uel leuicutem uel cortice saeptam,
Vel crispam concham aut duplici conpagine clusam.
Solum illic propria metitur de fruge bitumen,
Exusti fuligo maris, quod uiuidus ardor
Subter stagna coquens de sulphuris et salis aestu
Temperat inque picem terris dat habere marinam:
Inuehitur proprio sub tempore pingue crematae
Virus aquae, spumaeque cutis super aequora nigrae
Texitur. appellunt quis est ea captio mercis,
Adclinantque leues laterum libramine lembos,
Vt semel inpositam doceant conscendere uenam:
Nam sese iam sponte leuans donabit inerti
Nauigio pessumque dabit prae munere largo,
Ni plaga contigerit qua menses femina uestit.
En aliud monstrum pelagi de clade notatur:
Cuncta illic inuita natant: natura recessit
Mergendis stata corporibus. si denique testam
Luciferam nare instituas qua spiritus ignis,
Velificabit apex flammae, si flamma perempta est,
Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.
Hae Sodomum et Gomorum signatae in saecula poenae

143 squamicutem *A*, squamigeram *HRv* uel leuicutem *A*, leuique cuti *HR*, laeuiue cuti *v* 144 crispam conchem aut *HR*, crispeconcat *A*; crispam concha *uel* concha crispam *coni. Müller* 145 propriam *A* metitur *Müller*, editur *A*, mentitur *HRv* de *om.* *HRv* 147 quoquens A^1 sulpuris *AH* 148 dat terrae *HRv* habere *A*, haerere *Hv*, adherere *R* 149 sub *A*, cum *HRv* cremata *A*, crematum *R* 150 spumisque c. s. ae. nigra *HRv* 151 appellant *A* ea capacio *A*, captatio *coni. Müller* 152 adclinantque] adclinant *HRv* laterum laeues *Hv* labramine *H* 153 inscendere *A* uenas *H* 154 sese iam *A*, se *HRv* lauans *A* donabit inerti *A*, adnabit inertis (mercis *Gron.*) ad ora *HRv et Gron.* 155 nauigii pressumque *HRv* 156 contingerit *A* qua mses *A*, quam mensis *HRv* uestit] uerrit *coni. Müller; cf. Gron. p. 678* 157 en aliut *A*, ecce aliud *HRv* 158 inuita] immissa *v* 159 stata *A*, data *HRv* testae *HR et Gron.*, taedae *v* 160 luciferae *Gron.* narem *HR Gron*, nauem *v* instituas *A*, insistens *R*, sistens *H*, sistes *v*, adsistas *Gron.* ignis est *HRv*, igni est *Gron.* 161 *post 162 ponit Gron.* uelificauit *HRv* 163 sodomm et gomorr *A*

Gentibus iniustis, corda in quis dura timorem
Deseruere Dei, caelestia iura uereri
Inque unum rerum Dominum sperare docebunt.

III. DE IONA.

Post Sodomum et Gomorum uiuentia funera in aeuum,
Et cinerum senio signata incendia poenae,
Et frustra solis oculis nascentia poma,
Et pariter facti mortem maris et salis illic,
Si quid homo est poenam mutato corpore seruans,
Paene alios ignis superi decusserat imbris
Vrbs aequi iustique uiam transgressa Niniue.
Nam quis subuersae menti metus? omnia uulgo
Poenarum documenta uacant ubi possidet error.
At bonus et nostri patiens et plectere serus
Omnipotens Dominus nullam iaculabitur iram,
Ni prius admoneat durataque pectora pulset,
Praesagos agitans augusta mente prophetas.

164 corda in quis *A*, quis corda *Hr*, quis corpora *R*, quis pectora *coni. Cauchius* obdura *Hr* 165 c. iura uereri *AH*, de caelo iurat uereri *R*, caelestia iura tueri *v* 166 sperare] curare *AR*, spectare *r*. — De Solomis explicit'um *A*. Explicit de Sodoma uer CLXVI *H*. Expliciunt uersus Cypriani de Sodoma *R*. —

De Iona *A* (= *Vossianus lat. 86; cf. L. Müller Mus. Rhen. 22 p. 340*), Item t̃tuliani deiona propheta *Δ* (= *cod. Vindobonensis 16 saec. IX*), Carmen de Iona et Niniue *Iuretus inscripsit qui ex codice P. Pithoei primus hoc carmen edidit* (*bibl. patr. tom. VIII*). — 1 gomorrum *Δ* 2 cinerem *A* 4 tacti *AΔ* 5 poena *A* mutati *Oehler* 6 poene *A* ignes *v* 7 uiam *AΔ*, fuerant *cod. Pithoei*, forum *uel* fines *coni. Pithoeus* nineue *AΔ* 8 quis *Δ*, qui *A* 9 uacant *Δ*, uocant *A* erro *A* 10 ad *A* et plectere s. o. dominus *om. A* 13 angusta *Iuretus* prophetam *cod. Pith.*

Iamque Niniuitum meritis mandarat Ionan
Praefari exitium Dominus: sed conscius ille
Parcere subiectis et debita cedere poenae
Supplicibus facilemque boni, cessabat abire,
Ne uanum caneret, cessura pace minarum.
Mox fuga consilium, si qua est tamen ista facultas,
Euitare Deum Dominique euadere dextram,
Quo subter totus trepidans compescitur orbis.
An ratio est quod agit sancto de corde prophetes?
Litoris in labio portu celeberrima fido
Vrbs oras Cilicum contra libratur Ioppe.
Inde igitur Tarsos properus rate poscit Ionas,
Eiusdem per stagna dei: nec denique mirum,
Si Dominum in terris fugiens inuenit in undis.
Paruula nam subito maculauerat aera nubes,
Vellere sulphureo de semine concita uenti,
Paulatimque globum pariens cum sole cohaesit,
Deceptumque diem caliginis agmine clusit.
Fit speculum caeli pelagus, niger ambitus undas
Inficit, in tenebras ruit aether et mare surgit:
Nec quicquam medium est, fluctus dum nubila tangit,

14 iamque *AΔ*, namque *v* niniuetum *Δ*, ninbusum *A* 15 constius *A* 16 subicotis *A* debitam *AΔ et cod. Pith.* coedere *A* poenam *AΔ et cod. Pith, em. Iuretus* 17 supplicibus *A* abire (?) *A*, ultire *Δ*, obire *Oehler* 18 canere *A* caesura *A*, secura *fort.* ne uanam caneret censuram *coni. Müller* 20 dexrã *Δ* 21 qui *Δ* totus subter *AΔ* trepidans *Δ*, ire p m dans *A* (*sed* m *post* p *incertum*) 22 an *AΔ*, at *Iur.* ratio est *A*, ratioe *Δ*, rati est *cod. Pith.*, ratus est *Iur.* corde] corpore *cod. Pith.* prophetas *coni. Müller* 23 littoris *v* fide *A* 24 ora est Cilicum, contra l. Ioppen *Iur.* 25 tharsos *Δ* poscit *AΔ*, scandit *Iur.*, conscendit *cod. Pith.*; pergit *uel* inde *in* ire *mutandum esse censet Müller* 26 eiusdemq. *Δ* per stagna dei *A*, p̃signadĩ (a) *Δ*, fert acta deus *Iur.* 28 aere *A* 29 sulpureo *A* constia *AΔ* (*sed in Δ uix legi potest*), conotia *cod. Pith.* 30 globum pariens *AΔ*, globus pariter *Iur.* cum suleo haesit *A* 34 medium ÷ *ex* mediuse *Δ* nequidquam medios fluctus *Iur.* nubila tangit *Δ*, nibila tant *A*, nubila tangunt *v*

Atria uentorum, quos omnes turbine miscet.
Diuersus furor in profugum frendebat Ionan.
Vna ratis certamen erat caeloque fretoque,
Tunditur hinc illinc, tremit omnis silua sub ictu
Fluctifrago, subter concussae spina carinae
Palpitat, antemnae stridens labor horret ab alto,
Ipse etiam infringi dubitans inflectitur arbor.
Nauticus interea gemitus timor omnia temptat
Pro rate proque anima: spiras mandare morantis,
Oblaqueare mithram, clauorum stringere nisus,
Vellere luctantes, impellere pectore gyros:
Pars maris interni puteum grauem odore uicissim
Egregie rapiunt, tum merces atque onus omne
Praecipitant certantque pericula uincere damnis.
Tum miserae uoces ad singula fragmina ponti,
Expansantque manus nullorum ad numina diuum,
Quos maris et caeli uis non timet, haud minus illos
Puppibus abstrusos irato turbine mergens.
Nescius haec reus ipse cauo sub fornice puppis
Stertentem inflata resonabat nare soporem,
Iam tunc in somno Domini formando figuram.
Hunc simul undisecae qui cogit munia prorae
Pace soporatum placida, requiete superbum

35 atria *scripsi*, gloria *AΔr*: glomera-miscent *coni. Müller* 37 caeloque] pelagoque *AΔ* 39 concussa est *Iur.* 40 pulpitat (a *supra* u) *Δ*, pulpitar *A* antemne *A*, antemna *Iur.* 41 ipse *A*[1] 42 gemitus *AΔ*, genitus *Oehler*, geminus *Iur.* timor *AΔ*, clamor *v* tempta *A* 43 spira *A* mandare *Δ*, mondare (a *supra* o) *A* morantes *v* 45 uellere luctantes *AΔ*, uel reluctantes *v*, ueli eluctantes *Iur.* pectores *Δ* giros *A* 46 grauem odore *AΔ*, graueolere *Iur.*, graue odore *Mehler* uicissim *Δ*, uiciris *A*: uigoris Egregii *coni. Müller* 47 egregiae *Δ* egregiae tunc rapiunt m. a. onus omnes *cod. Pith.*, egregias rapiunt t. merces, atque onus omnes *Iur.* 48 certansque paricula *A* damnos *A*[1] 49 tum] sunt *v* 50 expansatq. *Δ*, expanseque *A*, expanduntque *v* nomina *AΔ*, lumina *Iur.* 51 aut minos *A* 52 obtrusos *Iur.* 54 sternentem *v* stertente inflatam *uel* afflatam *coni. Müller* resonabant *A* 57 requiete supinum *fort.*

Institit inpulsans: quid, ait, discrimine in isto
Somnia nare canis? tantoque in turbine portum
Solus habes? en unda operit, spes unica diuum est.
Tu quoque, quisque tibi Deus est, dic uota precesque
Indigetans patrium supplex inflectito numen.
Exin quis culpae proprior, quis causa procellae
Discere sorte placet, nec sors mentitur Ionan.
Tunc rogitant: quis et unde hominum, quis denique rerum,
Quo populo, qua sede cluis? famulum ille fatetur
Praetimidumque Dei, qui caelum sustulit alte,
Qui terram posuit, qui totum corpore fudit:
Ipsius et sese profugum causasque reuelat.
Deriguere metu. quid nos igitur tibi culpae?
Quid fore nunc? quonam placabimus aequora pacto?
Namque magis multoque magis freta saeua tumebant.
Tum Domini uates ingestu spiritus infit:
En ego tempestas, ego tota insania mundi,
In me, inquit, uobis aether ruit et mare surgit,
In me terra procul, mors proxima, nulla Dei spes.
Quin date praecipitem causam, nauemque leuantes
Vnum onus hoc magnum pelago iactate uolenti.
Ast illi frustra nituntur uertere cursum
In reditum, nec clauus enim torqueri sinebat,
Dura nec antemnae mutari libra uolebat.
Postremo ad Dominum: ne nos in mortis hiatum

59 somnia nare canis *AΔ*, somniare capit *Iur.* 60 en *AΔ*, nos *Iur.* unic *A* 61 quisquis *Iur.* 62 *om. v* indigetans *Oehler*, indigetas *A*, indegetas *Δ*, indigetes *Müller* nomen *A* 63 exim *AΔ* prorior *A*, propriae *Iur.* 66 cluis *Δ*, cliuis *A* 67 praetimidum fidumque dei qui sustulit altum *Iur.* altae *A* 68 totum *Δ*, totam *A*, pontum *fort.* 69 et *om. v* 70 diriguere *v* colpae *A* 71 fore^{a} ñc q^{ond}m placabimus *Δ* pacto] facto *Iur.* 72 saeua tumebant] seuatum ėptent *A* 73 *om. v* ingestu *scripsi*, ingesta *Δ*, ingestus *A* 75 in me] e *Δ* ather *Δ* 77 p̃citem *Δ* 78 uolentem *v* 79 illi] isti *v* 80—81 torqueri ualebat dura nec antemnae (antene *Δ*) mutari libra sinebat *AΔ*; *em. Iur. nisi quod* torquere *exh.* clauos nec enim torquere ualebant *etc. Müller*

Vnam animam propter dederis nec sanguine iusto
Respersisse uelis, si sic tua dextera ducit.
Iamque illic imo exoriens e gurgite cetus
Squamosum conchis euoluens corporis agmen,
Vrguebat propius concusso marmore fluctus,
Sponte dei praedam rapiens, quam puppis ab arce
Prouolutatam limosis faucibus hausit,
Viuentemque dapem longam properauit in aluum,
Cumque uiro caeli rabiem pelagique uorauit.
Sternitur aequoris unda, resoluitur aetheris umbra.
Hinc fluctus, illinc flatus redduntur amici,
Securamque uiam placida signante carina
Candida caeruleo florent uestigia sulco.
Nauita tumDomino laetus uenerando timorem
Sacrificat grates, tum portus intrat amicos.
Nauigat et uates alio susceptus Ionas
Nauigio fluctusque secat sub fluctibus imis,
Viscera uelificans, anima spirante ferina,
Conclusus neque tinctus aquis, maris intimus exter,
Inter semesas classes resolutaque putri
Corpora digestu, sua iam iam funera discens.
In signum sed enim Domini quandoque futurus,
Non erat exitio, sed mortis testis abactae.

83 nec] ne *Iur.* iusti *Iur.* 85 e] de *v* caetus ⅃ 86 e conchis euoluere *Iur.* 87 proprios *Iur.* 88 dei] sua *Iur.* rapiens] capiens *uel* captans *Müller* 89 porro uolutatam (mox *om.*) *coni. Müller* mox faucibus *A*⅃ 90 uiuentemque] uiuentem *A* properauit] percepit *Iur.* 91 uiro *om.* Δ 93 rediuntur *A* 95 ceruleo florente *A* 96 nautae tum d. laeti *Iur.*, nauta at tum d. leti *Oehler* uenerando timore ⅃, bene reddit honorem *coni. Müller* 97 sacrificant grates (tum ... amicos *om.*) *Iur.*, sacra facit gratus *coni. Müller* 98 alios *A* 99 fluctumque *v* 100 anima inspirata *v* 101 aquas *A* 102—103 semessas Δ, semes[a]ses *A* corpor[a]e Δ iam iam] iam tum *v* resolutaque corpora putri Digestu, sua iam uelua * funera discens *Iur.* 104 insignium *A* 105 exicio *A* fit *A*⅃, sed *v* non erat exitio, sed caeli gloria factus *Iur.* — De Iona explicitum. finit *A*, Versus explicit de Iona [dicti] tertuliani eloquentissimi ⅃ (dicti *s. l. m. 2*). —

IV. AD SENATOREM EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORVM SERVITVTEM CONVERSVM.

Cum te diuersis iterum uanisque uiderem
Inseruire sacris priscoque errore teneri,
Obstipui motus. quia carmina semper amasti,
Carmine respondens properaui scribere uersus
Vt te corriperem: tenebras praeponere luci
Quis patiatur enim, te matrem credere magnam
Posse deam dici rursusque putare colendam,
Cuius cultoros infamia turpis inurit?
Namque sacerdotes tunicis muliebribus idem
Interius uitium cultu exteriore fatentur,
Idque licere putant quod non licet: unde per urbem
Leniter incedunt mollita uoce loquentes.
Lassatosque tenent extenso pollice lumbos
Et proprium mutant uulgato crimine sexum.
Cumque suos celebrant ritus, his esse diebus
Se castos memorant: at si tantummodo tunc sunt
Vt perhibent casti, reliquo iam tempore quid sunt?
Sed quia coguntur saltim semel esse pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus funduntque cruorem.
Quale sacrum est uero quod fertur nomine sanguis?

Incipiunt (*om. F*) uersus sancti Cypriani episcopi et martyris (christi *add. H*) ad quendam senatorem ex Christiana religione ad idolorum seruitutem conuersum *FH.* — 1 uanisque *FH*, uariisque *v* 3 obstupui F^2 motus *FH*, monitus *Pamelius* 9 tonicis *H* mulieribus *H* idem] id est *corr. F in* ipsum *in marg.* 10 interius uitium *F in marg.*, inter iusticiam *F in textu* exteriore] interiore *Pamelius* 11 urbem *FH*, orbem *v* 13 lapsatosque *v* pollice *corr. in* podice *F m. 2* 15 delebrant *H* 16 at *corr. in* ac *F m. 2* 18 sed *exp. F et corr.* at *in marg.* saltem *v*, sedtim *H*, sed *F*

Nunc etiam didici, quod te non fecerit aetas
Sed tua religio calnum, caligaque remota
Gallica sit pedibus molli redimita papyro.
Res miranda satis deiectaque culmine summo:
Si quis ab Isiaco consul procedat in urbem,
Risus oris erit: quis te non rideat autem,
Qui fueris consul, nunc Isidis esse ministrum?
Quodque pudet primo, te non pudet esse secundo,
Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos
Respondente tibi uulgo et lacerante senatu,
Teque domo propria pictum cum fascibus olim,
Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.
An haec hūmilitas? est hūmilitatis imago.
Aedibus illa tuis semper monumenta manebunt.
Rumor et ad nostras peruenit publicus aures
Te dixisse: dea, erraui, ignosce, rediui.
Dic mihi si ualeas, cum talia saepe rogares
Et ueniam peteres, quae tecum uerba locuta est?
Vere mente cares, sequeris qui mente carentes.
Haec iterum repetis nec te delinquere sentis.
Quid mereare uide: minus esses forte notandus,
Si tantum hoc scires et in hoc errore maneres:
At cum uericolae penetraueris ostia legis
Et tibi nosse Deum paucis prouenerit annis,
Cur linquenda tenes aut cur retinenda relinquis?
Nilque colis, dum cuncta colis: nec corde retractas,

21 didici *FH*, dicis *r* 23 papiro *F*, papire *H* 24 calmine *H* 25 abysiaco *F*, ab isiacis *r* orbem *FH* 26 risus oris *corr. in* oris risus *F m. 2*, risus urbis *fort.* 28 putet et primo *F*¹ 29 ymnos *FH* 31 domum propriam *H*, domum proprium *F* olim *FH*, ante *r* 32 nunc] nam *FH* canonam *H*¹ 33 an haec *scripsi*, haec tua *FH* est *scripsi*, et *FH*, sed *r* imago est *FH* haec tua non pietas est sed pietatis imago *coni. Oron.* 36 dea *corr. in* deis *F m. 2* ignoscere diui *FH*¹, ignoscite diui *H*² 37 dic *F*, da *H* 39 carentis *H* 43 iuricole *H* 44 prouenerit *FH*, accesserit *r* 45 liquenda *F*¹, relinquenda *H*

Vera quid a falsis, quid ab umbris lumina distant.
Philosophum fingis, cum te sententia mutet:
Nam tibi si stomachum popularis mouerit ira,
Et Iudaeus eris totusque incertus haberis.
Indulge dictis, sapientia non placet alta.
Omne quod est nimium contra cadit: unum operantur
Et calor et frigus: sic hoc, sic illud adurit.
Sic tenebrae uisum, sic sol contrarius aufert,
Et pariter laedunt gelidum feruensque lauacrum:
Esca alitur corpus, corpus corrumpitur esca,
Vimque suam minuit, si quid protenditur ultra.
Denique si sedeas, requies est magna laboris:
Si multum sedeas, labor est. Maro namque poeta
Pro poena posuit: 'sedet aeternumque sedebit
Infelix Theseus.' semper nocet utile longum:
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant.
Sic nimium sapere stultum facit. 'improba secta,
Me dea sic docuit, moderamen amabile dixit'.
Sed tu nec sectam modo nec moderamina curas.
Mens autem stabilis nullo peruertitur aestu
Ipsaque simplicitas numquam mala cogitat ulla.
Hinc sincera fides aeterna sede fruetur,
Et dolus e contra longo cruciabitur igni.
Elige quid uelis, ut digna piacula uites.
Sic tamen hanc ueniam mereatur creditor inquam.
Vt leue crimen erit, si nolis noscere uera:
Non leue crimen erit, si cognita uera relinquas.
Sed te correctum forsan matura senectus
In melius reuocat satiatum erroribus istis:

60 Vergilius Aen. VI 617.

47 a *ex* ad *F m. 2* distent *v* 48 phylosophum *corr. in* teque sophum *F m. 2* 49 stomacum *H* ira *FH,* aura *v* 50 *sup.* totusq. *scr.* sic plane *F m. 2* aberis F^1, aberres *fort.* 54 aufret *H* 55 gelidum] tepidum *H*, tepudum *F* 58 requies est *ex* requiesse *F m. 2* 60 sedebit *F*; *reliqua desunt in FH* 71 inquam] numquam *fort.*

Tempus enim mutat mala, digerit omnia tempus.
Tunc igitur cum te consulta reduxerit aetas,
Disce Deo seruare fidem, ne forte bis unum
Incurras lapsum, quia uere dicitur illud:
Qui pedis offensi lapidem uitare secundo
Nescit et incautus iterum uexauerit artus,
Imputet ipse sibi nec casibus imputet ullis.
Corrige delictum fidamine, corrige mentem.
Suffecit peccare semel, desiste uereri:
Non erit in culpa quem paenitet ante fuisse.

V. DE PASCHA.

Est locus ex omni medius quem credimus orbe,
Golgotha Iudaei patrio cognomine dicunt:
Hic ego de sterili succisum robore lignum
Plantatum memini fructus genuisse salubres:
Non tamen hos illis qui se posuere coloni
Praebuit, externi fructus habuere beatos.
Arboris haec species: uno de stipite surgit
Et mox in geminos extendit brachia ramos,
Sicut plena graues antemnae carbasa tendunt
Vel cum disiunctis iuga sunt ab aratro iuuencis.
Quem tulit hoc primo maturo semine lapsum
Concepit tellus: mox hinc (mirabile dictu)

Incipit hymnum de pascha *M*. Incipit de pascha *F*. De cruce domini *uel* de ligno [illegible] 1 medius *r* [illegible] credimus *Fabricius* 3 sterili *F*. [illegible] illis *M* [illegible] *Alias qui inter Poet. christ.* [illegible] *Er*; successor olim [illegible] *M* 4 [illegible] *M* 5 hoc *M*. hic *F* colonos *FM*. [illegible] 7 [illegible] *M* 8 [illegible] *M* 9 sicut *E* [illegible] *E* [illegible] *r* 10 [illegible] ad aratra *Ald.*, stant ad aratra *Fabricius* 11 quam *Ald.*, quo *FM*. quod *r*

Tertia lux iterum terrae superisque tremendum
Extulerat ramum uitali fruge beatum.
Sed bis uicenis con firmiter ille diebus
Creuit in immensum caelumque cacumine summo
Contigit et tandem sanctum caput abdidit alte,
Dum tamen ingenti bis senos pondere ramos
Edidit et totum spargens porrexit in orbem,
Gentibus ut cunctis uictum uitamque perennem
Praeberent mortemque mori qui posse docerent.
Explicitis etiam mox quinquaginta diebus
Vertice de summo diuini nectaris haustum
Detulit in ramos caelestis spiritus aura:
Dulci rore graues manabant undique frondes.
Ecce sub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat: hic nullo casu turbante serenum
Perspicuis inlimis aquis, et gramina circum
Fundebant laetos uario de flore colores.
Hunc circum innumerae gentes populique coibant,
Quam uarii generis sexus aetatis honoris,
Innuptae nuptaeque simul uiduaeque nurusque,
Infantes puerique uiri iuuenesque senesque:
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis
Cernebant ramos, auidis attingere dextris
Gaudebant madidos caelesti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis,
Quam lutulenta uiae uestigia foeda prioris
Detererent corpusque pio de fonte lauarent.
Ergo diu circumspatiantes gramine molli
Suspiciunt alta pendentes arbore fructus:

13 terris *Aldus* 15 con firmiter *scripsi*, confirmator *EM*, firmatus et *Aldus*, conformiter *v; cf. p. 315, u. 167* 17 addidit *EM* alto *Aldus* 18 ingentis *EM* 19 totum] potum *EM* 22 expletis *Aldus* 23 haustu *EM* 24 aurae *Aldus* 25 manebant *M* 27 sereno *EM*, serenus *Aldus* 28 perspicuus *EM* illimus *Aldus* laetos Fundebant circum *Pamelius* 34 multigeneris *EM* 25 cernebant *Fabricius*, certabant *EM et Aldus* 39 deterrent *M*, dete*rerent *E* lauare *M* 40 gramina *M*[1] 41 suscipiunt *EM*

Tunc si quae ex illis delapsa putamina ramis
Et dulces multo rorantes nectare fructus,
Vescuntur, ueros optantes sumere fructus:
Ergo ubi caelestem ceperunt ora saporem,
Permutant animos et mentes perdere auaras
Incipiunt dulcique hominem cognoscere sensu.
Insolitum multis stomachum mouisse saporem
Vidimus et fellis commotum melle uenenum,
Reiecisse bonos turbata mente sapores,
Aut auide sumptum non dilexisse diuque
Et male potatum tandem euomuisse saporem.
Saepe quidem multi renouatis mentibus aegros
Restituere animos et quae se posse negabant
Pertulerant fructumque sui cepere laboris.
Multi etiam sanctos ausi contingere fontes
Discessere iterum subito retroque relapsi
Sordibus et caeno mixti uoluuntur eodem.
Multi uerum bono portantes pectore totis
Accipiunt animis penitusque in uiscera condunt.
Ergo quique sacros possunt accedere fontes
Septima lux illos optatas sistit ad undas,
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus:
Sic demum inluuiem mentis uitaeque prioris
Deponunt labem purasque a morte reducunt
Inlustres animas caelique ad lumen ituras.

42 tum si qui *Aldus* 43 multos oranti *EM* fructus *E*, frondes *M et Fabricius* 44 uero *EM* optantes] exoptant *Aldus* assumere E^2 46 auaras *ex* auras *E m. 2* 47 incipiunt . . . *uers.* 53 saporem *om. EM* 48 insolito *Pamelius* soporem *Aldus* 49 melle *Pamelius* 53 renouatis *Aldus*, renouati *EM*, reuocatis *Oxon.* 54 qua *EM* 55 pertulerant *Morelius* 56 fontes] mentes *EM* 59 uerum *scripsi*, uero *EM*, uera *Morelius* 60 paenitusque *EM* 61 quique] quicam *EM*, qui *Aldus* 62 septima lux illos *Aldus*, et quos septima lux *Morelius*, septima lux *EM*, septima lux reparans *Pamelius ex cod. Anglico* 63 in liquidis *M sed* in *s. l. m. 2* 65 puras quae E^1M reducunt *Pamelius* 66 limen *Aldus*

Hinc iter ad ramos et dulcia poma salutis,
Inde iter ad caelum per ramos arboris altae.
Hoc lignum uitae cunctis credentibus. amen.

VI. AD FLAVIVM FELICEM DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

Qui mihi ruricolas optaui carmine musas
Et uernis roseas titulaui floribus auras
Aestiuasque graues maturaui messis aristas,
Succidi tumidas autumni uitibus uuas
Et hiemis placidas laudaui semper oliuas
Adque modulatas exclusi fontibus undas
Frondentisque uago cecini de gramine siluas:
Protinus aetherias modulabor luminis oras,
Iam mihi luciferas liceat contingere musas,
Pandere secretas fluuiali uertice nymphas
Et laetas alio positas sub sidere siluas,
Aeternasque simul memorabo carmine flammas,
Vnde mare *in* tumidas inmensum fluctuet undas,
Quae uirtus moueat solidas tremiscere terras,
Et lux unde nouo praefulserit aurea mundo,

69 uitae] uita est *Aldus.* — Hymnum de pascha Iesu Christi explicit *EM.* —

Incipit Caecilii Cypriani ad Flauium Felicem de resurrectione mortuorum *T*, Ad Felicem de resurrectione mortuorum *D*, *inscriptionem om. W*, Tertulliani de iudicio domini liber unus *Fabricius qui hoc carmen primus edidit.* — 1 ruriculas *T* obtauit *TW* 2 titulauit TW^1 3 maturauit TW^1 arista *D* 4 succidit *TW* humidas *W* autumnis *Nolte theolog. Quartalschr. 1868 p. 444* 5 laudaui *scripsi*, laudari *TW*, laudare *Dv* olibas *D* 6 exclusit *TW* frontibus *T* 7 frondentesque *Wv* 8 protenus *W saepius* aethereas *v* oras *T*, horas *DW*, auras *v* 10 pluuiali *T* nymfas *D*, lymphas *Fabric.* 12 memorabor *T* flammas *TW*, musas *Dv* 13 in *addidi non propter numeros quorum causa nihil est in hoc carmine mutandum* 14 moueat *TW*, moneat *Dv* tremescere *T*

Quis hominem laeto potuisset fingere limo,
Vnde genus uacuo potuisset crescere saeclo,
Et uaria populo quae sit uiuendi cupido,
Quae creata malo primum moriendi propago,
Vnde bonus roseis odorque pudorque coronis,
Quid faciat laetis ut uitis aestuet uuis,
Vtque noua teneris lactescant hordea culmis,
Arbor ut in glaciem nigris pubescat oliuis,
Germinibus uariis quis det crementa uigoris
Mollibus et matrem filiorum protegat umbris.
Omnia nosse bonum quae sint incepta ramorum,
Vt per cuncta Deum liceat agnoscere uerum,
Qui lucem maria caelum terramque parauit
Ornauitque nouum uariato sidere mundum
Et pecudes primum et uolucres procedere iussit
Et dedit aequoreas conplere piscibus undas
Adque fecundatas animalibus egit harenas.
Talia conpositis deducam carmina musis
Salubremque nouis exponam fontibus undam
Et laetum placidis uenientem nubibus imbrem,
In animas hominum penitus ultroque fluentem,
Excipiam plenis in nostra noualia riuis.
    Nunc age securam uiuamque attingite nympham

16 fingere limo *T in ras.*   17 *om. T*   saeculo *W*   18 cubido *W*   19 creata] creta *T*   20 roseis odorque] ros et *W*   pudorq. *D*, suderque W^1, ruborque *T et W s. l. m. 2*   21 laetus *W s s. l.*   astuat *T*   22 teneris *TW*, ueteris *Dv*   lactescant *TW*, lactescat *D*, flauescat *v*   culmo *W*   23 ut in *scripsi*, ut *DTW*, et ut *v*   glacie *W*   olibis *D*   24 det crementa *T*, decrementa *DWv*   uigoris *W*, uiroris *DTv*   25 molibus *W*, moribus *T*   umbris *W*   26 incerta *W*   ramarum W^1 27 liceat per cuncta deum *Tv*, per cuncta liceat deum *D*   agnuscere *W*   uirum D^1 28 qui *om. T*   mariam *T*   29 *uers. post u. 30 exh. DTW*   uariado *D*, uariando *v*   sidera *T*   30 *alt.* et *om. DTv*   procedere iussit *om. W*   31 compleri *T*   32 agit *W*, auget *uel* auxit *fort.*   arenas *Dv*   34 nouis *scripsi*, nobis *DTW*, uobis *v*   expromam *malim*   35 placidis] pladis *W*   36 paenitus u. fluente *D*   38 secura *D*   attingere *DTv*   nymfam *DW*, lympham *v*

Et celeres uitae facilem haurite liquorem.
Si quis uelit poenas aeternae euadere flammae
Ignarusque die uenturique inscius aevi
Et iustae potius adipisci praemia uitae,
Hunc unum meminisse Deum solumque precandum,
Qui totum in libra posuit sub limine mundum,
Aeternumque manens semperque futurus in aeuum,
Saecula cuncta tenens, et ante saecula solus,
Ingenitus sine fine Deus thronumque diuinum
Solus habens caelum semper supereminet altum
Omnipotens solus, cui parent omnia rerum,
[Pater filius spiritus qui sunt semper in unum]
Qui sibi conplacitum hominem formauit in aeuum,
Pastorem pecudum, dominum dedit esse ferarum
Iusque dedit uolucrum pontumque solum dominandum,
Qui sermone tenus potuit extendere caelum
Et solidam uerbo iussit suspendere terram
Ac dicto citius separauit aequoris undam,
Hanc manibus caram dilexit fingere formam
Decoramque suam uoluit inesse figuram,
Spiritu uiuificam adflauit uultibus auram.
   Immemor ille Dei, temere conmittere tanta,
Nec ultra monitum quicquam contingeret: unum,
Vnde malum sciret et unde dinosceret aequum
Protinus, inlicitum uetuit contingere pomum.
Quanta Deus homini permisit munera mundi
Et praedulce sui signauit pignus amoris,
Vtilia et cara tribuit mandata salutis,
Sub dicione dedit terras animamque uiuentem,

39 celeres] caelestis *W* 40 quis *DTv* uellit *W* flamam *W*, flama *T* 41 die *DT*, dei *W* 43 deum meminisse *D* 44 libram *T* lumine *W* 45 aeternusque *W* nus *s. l.* 46 et ante *DTW*, ante omnia *Fabr. et v* solis *W* 48 caelos *D*, caelo *Tv* semper *om. W* alto *DTWv* 50 *om. TW* spiritus sanctus *D* 52 dedit esse *Fabr.*, dedisse *DTWv* 56 dicto citius *T in ras.* 57 curam *T* 62 aequm *D*, aecum *T* 66 ut illa *T* et cara *W*, cara *DTv* tribuit ipse *W*

Pinnatumque genus pecudes genus omne ferarum
Et genus aequoreum animalia cuncta natantum.
Sed quoniam primo transgressus crimine legem
Iam iam primus homo Domini mandata mutabat,
Coniuge cuncta mala suadente morte peribat.
Nam peccati malum conmisit femina primum
Prodidit adque suum decepit lege maritum.
Eua persuasa male patefecit limina leto
Et sibi cum genere creauit funera toto.
Hinc (nefas infaustum) mors emanauit in aeuum.
Inde magis facinus facile percrebruit altum,
Agricolaeque labor agitauit saeuius annum.
Callidus hoc zelo serpens iniecit iniquo.
Inde magis populi multa conmissa malorum
Et nefanda malis pepererunt semina factis.
  Idcircoque Deus solus, cui summa potestas,
Et super alta tenens summa fastigia caeli,
Altus inaccessam habitans in saecula lucem
Praeteritique memor et praescius ante futuri,
Progeniem meriti decretum seruat in aeuum:
Et cunctas animas quae corpora tarde gubernant
Et ratione mouent hominem uagante per artus,
Vt primum posito membrorum pondere cedunt
Terrenisque leues resolutae nexibus ibunt
Ac proprias repetent diuersis partibus oras,
Illicet occultis alias includi tenebris,

68 pennatumque *v* pecudes genus *W s. l.* 69 natantum *DT*, natandum *W*, natantia *v* 70 primo *ex* promo *W* 71 mutabat *D* bat *in ras.* 72 peribat *sup.* pergebat *W m. 2* 74 prodit *T* adq. de *T sed.* de *s. l.* decaepit leg *W*, decepta lege *malim* 75 euua *W* lumine *DT* 76 funere *W alterum* e *s. l.* 77 infaustum *scripsi*, incautum *DTWv* emannauit *D*, amauit *T* 78 praecrebuit *DT* 79 *om. TW* agrioraeque *D* 80 callidos T^1, calidus *W* 81 multa populi *T* 85 altus *sup.* alius *W m. 2* 88 corpore *D* tarda *v* 89 homine *DT*, ab homine *W* uacante *TW* 90 primum *TW*, primo *Dv* 91 leues] lues *W* 92 repetent *T*, repetendi *W*, reptent *Dv* uersis *W* oras *T*, horas *W*, oris *D*, orbis *v* 93 tenebris *T*, tenebras *DWv*

Ast alias laetis reuocari protinus auris,
Seruari penitus decreta ad praemia legis,
Donec † iterum ortis resurgant corpora membris:
Nunc homines primae pensare faenora uitae
Iudicesque Dei memores astare priorum,
Expectare suam suo quemque ex crimine poenam.
Funditus aut pecorum sine nomine † pondere flatu,
Incassumue Dei finiendo † fundere flatum.
  An Deus omnipotens, cuius sub nutu reguntur
Omnia, non ualeat post mortem reddere uitam
Aut aliquid rerum Dominus non posse uidetur?
Si potuit tenebris claram excludere lucem
Adque omnem uerbo potuit conponere molem,
Omnia de nihilo potente uoce parare,
Cur non ex aliquo possit conpingere notam,
Quae fuerat quondam, quae uixerat ante figura,
Adsimilemque suae iubeat resurgere formam?
Cum sint cuncta Dei, reddet magis omnia tellus,
Iussa reuocabit quidquid contexerat olim.
Si quem forte rogis aboleuit flamma sopitum,
Aut aliquem caecis deiecerat aequor in undis,
Si cuiusque famem satiarunt uiscera piscis,
Aut fixere ferae crudelia funera membris,
Alitibus iacuit raptato corpore sanguis:

94 reuocare *DTv* aruis *fort. cf. 189, 252* 95 decrete *W* ad *om. T* 96 † iterum ortis *scripsi,* iterum mortis *DTWv* 97 hominis *W* 98 *usque ad uers. 119* necesse est *om. T* iudicisque *DTv,* iudiciisque *malim* piorum *W* 99 suam suo quemque] suumque *W* 100 fundetur *W* pondere *om. W* flatum *W* 101 incasumue *D* dei] det *W* platum *D* 102 an *om. W* dn̄s *D* regantur *W* 103 ualeant W^1 104 dn̄m *W* 105 tenebris *om. W* 106 omnes *v,* omni *D* moles *Dv* 107 nihilo] illius *add. Dv* potenter *W* 108 qur *D*; *incipit Aldhelmi fragmentum* confingere *Aldh.* notum *W* 109 figuram *v* 110 adsimilemque *scripsi,* similemque *DWv,* ac similemque *Aldh.* 111 reddit *W,* reddent *Dv* 112 reuocauit *W* 113 adolebit *W* 115 cuiusque *DW,* cuius *v* famem *DW,* tamen *v* saciarunt *D,* satiarent *W* piscis *scripsi,* pisces *DWv* 116 finxerae *D,* finxere *Wv* 117 raptato] iaptatos *W*

Vltima nec Domino negabunt funera quemquam,
Adparere Deo uiuos de morte necesse est
Resumptisque suis homines astare figuris.
Semina sic uersis creduntur arida terris
Et penitus fixis putrescunt mortua sulcis,
Inde reparatis animatur culmus aristis
Et iterum uiuis flauescunt fortia granis
Consurguntque nouae uario cum faenore messes.
Sidera cuncta cadent, iterum renata lucescent,
Et dies in densam moritur cum lumine noctem,
Occidit inque diem nox rebus luce retectis
Ac dies alta suis iterum resurgit in astris.
Solque cadit supero splendorifer lumine claro,
Lux perit umbrato uenienti uespere mundo
Et remeat toto renouatque gaudia saeclo:
Sic cremata suo uiuit de funere foenix
Extemploque suo uolucris resurgit e busto.
Et nudata foliis suo tempore fructicat arbor
Adque iterum pomi curuat ex germine ramos.
  Ergo ut ad uocem mundo tremente diuinam
Et penitus motis uirtutibus aeris alti
Tunc fragor insolitus et maxima murmura caeli
Promouente Deo, ueniente iudice mundi:

118 ultima *W*, ultra *Dv* 119 apparare *v* uiuus *W* 120 hastare *T* 121 creduntur *W*, credentur *DTv* 122 putriscunt *W* fulcis *W* 123 animantur culmi *T* 125 noue *W*¹, nouo *DT* uario *Aldh.*, uacuo *DTW* faenore] fore *T* 126 luciscent *W*, lucescunt *T* 127 densam oritur *W*, desa moritur *T*, densamoritur *Dv* nocte *Dv* 128 retectis *W*, requiescit *DT*¹, quiescit *T*²*v* 129 resurget *DTv* 130 cadet *DTv* supero splendorifer *scripsi*, superoreferique *DTW*, splendoriferque *v*: splendorifero qui lumine clarus *Fabricius* 132 remeat] renouat *W* renouatque *Aldh.*, renouatamq. *D*, renouataq. *TWv* gaudio *D* saeculo *W* 133 phoenix *v* 134 extemploque suo] exemplo tuo *TW* e busto] denuo ab aestu *TW* (denuo *exp. T m. 2*) 135 haec nudata *T*, enudata *Dv* suo] sic *fort.* fruticat *T* 136 pomi curuat e. g. ramos *scripsi*, pomis curuata e. g. ramis *DTWv* 137 uoce m. t. diuina *W* 139 fracor insulitus *W*¹ 140 deo *W* s. *l.*

Protinus innumeri concurrunt ire ministri,
Conuallantque Deum cum maiestate caelesti,
Angelica late descendunt agmina turbis.
Omnes nuntii Dei, quibus est diuina facultas
Praecipua et forma, uirtutes spiritus omnes.
Igneus his uigor est, rutilantia corpora, caeli
Vis diuina micat: hinc totus intonat aether,
Hinc trepidans terra penitus uniuersa remugit
Parturiens homines, quos reddere iussa debebit.
Mirantur comites, turbantur denique nimbi,
Astra mirata pauent subito uirtutis ab alto
Hinc iubente Deo facile cum uoce potentis.
Continuo ruptis per omnia regna sepulcris
Omnis humus latis effundit hiatibus ossa
Viuentisque patens populos eructat harena.
Haerent membra comis, nectuntur ossa medullis
Consertique regunt spirantia corpora nerui
Et simul infusae mouentur sanguine uenae,
Dimissaeque cauis animae redduntur apertis,
Organa quaeque sua repetunt surgentia cuncta.
(Pro miranda fides) hinc omnis pullulat aetas,
Pullulat antiqua mortuorum puluere turba.
Matres adque uiri repetita luce resurgunt,

141 protenus *W* innumeris c. i. ministris *DTv* 142 dominum *DTWv* maiestatem *W*, maiestate sua *DTv* 143 latae *W*, laete *T*[1] discendunt acmina *W* turbis *W*, torris *T*, terris *Dv* 144 nuntii *corr. in* nutu *W* est *om. TW* 145 praecipuae *Aldh.*, precibus et *DWTv* uirtutis sp. omnis *DTWv* 146 igneos *D* uigor est] uigores *W* nubilantia *DT*, innutilantia *W*, et nobillima *Aldh.* 147 micat] migrat *Aldh.* totus *DTW*, tellus *v*, in totum *Aldh.* intonat aether *Aldh.*, uniuersa remugit *DTWv* 148 *exp. W* 149 iussa *DT*, iusta *Wv* debebit *TW*, iubebit *Dv* 151 subitae *v* uirtutes *D* 152 hinc *TW*, hic *Dv* potenti *Aldh.* 153 rupti *T* sepulchris *DW* 154 et fundit *W* 155 uiuentesque *Wv* patens *DTW*, parens *v* eruetat *W*[1], eruptuat *T* arena *v* 159 caues *D*[1] 160 quaeque *Aldh.*, quae *T*, que *DWv* cunctae *DTW*, quaeque *v* 161 fides] quies *Aldh.* hic *T* 162 pullulant *T*[1]

Magnanimi iuuenes pueri innuptaeque puellae
Defunctique senes animis uiuentibus adstant
Infantumque gemens resonat uagitibus orbis.
Con uariae gentes ueniunt de sedibus imis,
Eoumque manus et quas uidet ultima tellus,
Quae colunt medias deuexo in climate zonas
Rifeasque tenent pruinosi sideris arces:
Omnis adest pauidus finis cuiusque colonus,
Rusticus et miles, posito diademate reges,
Pauperi permixtus aequali in agmine diues.
Altus ubique tremor, precibus nunc ingemit orbis
Tendentesque manus populi clamore mirantur.
 Ipse sedens Dominus eminenti lumine clarus
Et praepotens cunctis micat in uirtutibus ignis
Excelsoque throno caelesti sede coruscat
Martyribus septus, numero candente uirorum
Beatisque suis comitatus uatibus extat,
Clara quibus niueis effulgent tempora taeniis.
Iamque sacerdotes nitidis in uestibus adsunt
Gestantes rutilas praemia uitae coronas
Submissisque omnes genibusque reflexis adorant:
S o l u s a g i o s s a n c t u s q u e D e u s uox omnibus una est.
Hinc Dominus geminam iubebit sistere plebem:

164 innuptaeque W^1, nuptaeque *DTW²v* 165 astans *T* 166 infantumque] infaustumque *Aldh.* 167 con uariae *scripsi*, conuariae *DTW*, cum uariae *v*, tunc uariae *Aldh.*; *cf. p. 306, u. 15* 168 eoque DW^1 uidet] uil det *D* 169 media *T* clinate onas *W* 170 tenens *DW* pruinosis *DT* 171 omnes *D* colonis *DT* 172 regis *W* 174 nunc] nec *W* 175 mamanus W^1 clamare *v* mirantur] morantur *Aldh.* 176 sedens *DW*, se *Tv* dm̄ e. numine *T* 177 cunctos *DT* micant T^1 in *exp. W* 178 caelestis TW^1 corruscat *D* 179 *om. W* 180 comitatus *TW*, comitatibus *D*, comitantibus *v* 181 tempora taeniis *Aldh.*, tempera taedis *W*, temperata eis *DT* 182 niditis *D* 183 rutulas *W*, rutilans *T*, rutilant *Aldh.* praemia] proeliantis *fort.*; premialia uincla coronis *Aldh.* 184 submissisque *DW*, summissique *Tv* omnes *TW*, omnebus *D*, omnibus *v* gentibusquae *W*, gentibus *D* replexis *D*, relixis *T* 185 agius *TW* deus *om. W* est] sit *T* 186 hic *W* dm̄ *TW*

Imperat et iustos numero discerni malorum
Indutosque iubet deuicta morte uigorem
Semper inexstinctam habere luminis auram,
Ire per antiqua semper florentia regna,
Ditia per nemora, semper amoena uireta,
Degere perpetuam praeclaro in corpore uitam.
  Est locus Aeoliis Domino dilectus in oris,
Lux ubi clara nitet spiratque salubrior aura
Aeternaque dies adque inmutabile tempus
Et secreta Deo regio ditissima campis
Beataque nimis sereno in cardine sedes,
Semper aer laetus semperque in luce futurus,
Lenis et adspirans uitalia flamina uentus.
Omnifero fert aequa solo praediuite tellus:
Florea libratis conflagrat purpura pratis.
Omnia praerutila miscent non inuida lucem,
Flos alium laetus suo lumine uestit amictum.
Hinc rosea niueo uariantur semine rura,
Et roseis niuea crispantur floribus arua.
Nescias illa quibus suauescant pulchrius arua
Aut quibus aetheria spiret felicius aura,

189 inextinctas *v*   habitare *fort.*   auras *Dv.* oram *malim*   191 uirecta *D*, directa *TW*   192 degenere *D*   corpore *T sed* cor *in ras.*   193 aeolis DT^1, aeois T^2 194 nitet *om. Dv*   195 aeternamque *D*   atq. *ex.* ad *T*   196 regio ditissima *W* (it *s. l.*), regi ditissima *T*, rigidissima *D*   197 nimis] campis *W*   198 aer] her *corr. in* erit *W m. 2*   199 laenis *T*   adspirans *DW*, asperans *T*, aspirant *v*   flammina DW^1 uentis *DTWv*   aspirans uitali flamine uentus *Aldh.*   200 omnifero fert *scripsi*, omnia fert *DTWv*, omnifer *Aldh.*   aeque *Aldh.*   prodiuite *W*, prouidite *D*   tellus *om. Aldh.*   201 libatis *W*, uibratis *Aldh.*   purpora *W*   praetis *T*   202 praerutilam *T*, praesutilant *W*   203 suo lumine] uolumine *W*   204 semina *DW*   205 crispantur *W*, crispatur *DTv*   arua *W*, aura *DTv*   206 nescias *W*, nesciat *T*, nescia *Dv Aldh.*   suauiscant *D*, suauescat *Aldh.*   pulcribus *T*, pulchrior *Aldh.*   arua *D*, aura *TWv*, alga *Aldh.*   207 *hunc uersum addidi ex TW, om. Dv*   aetherias *W*   spire *T*, spira et *W*

Quis melior specie uel quis praecellat honore.
Numquam florigenis similes nascuntur in hortis
Lilia nec nostris floruerunt talia campis.
Nec sic nota rubet mox aut rosa panditur alba.
Purpura nec Tyrio sic est incocta rubore.
Gemma coloratis fulget speciosa lapillis.
Prasinus inde nitet, illinc carbunculus ardet,
Smaragdusque lapis micantia lumina fundit.
Hic et odoriferis nascuntur cinnama uirgis
Et uiridi laetum folio confragrat amomum.
Hic iacet ingenitum radiati luminis aurum,
Et nemora alta tenens florenti uertice caelum,
Virentisque grauant uberrima germina ramos.
Nulla suos similes porrexit India lucos,
Non ita densa leuat uiridis cacumina pinus,
Nec sic alta comas crispat uibrata cupressus,
Nec uernus melius floret cum tempore ramus.
Hic aliter celsae florent in uertice nigrae
Aeternumque uirent solae sine grandine siluae.
Nulla cadunt folia, nullus flos tempore defit:
Robore conpacta uirent † cacumina, purpurat arbor.
Sed puto flos ille rosa est, rubor aequus in illo,
Sic speciem talem foliis adspirat odorum.

208 melioris W¹ quis W, plus *DTv* 209 florigeris *Aldh.* similis *D* [illegible] *T* 211 [illegible] W [illegible] *DTWv* rosea *T* [illegible] *Aldh.*, [illegible] *T*¹, [illegible] *DTWv* 212 purporea W, purpurea *DT* [illegible] *T*, [illegible] W 213 [illegible] *T*¹ 214 illinc *TW*², illinc W¹, illic *Dv* 215 [illegible] *T* 216 cinnoma *v* 217 laeto *Dv* confraglat *T*, conflagrat *DWv* 219 tenent *v* florentia *Dv* [illegible] *uersum 219* [illegible] *T* [illegible] *224* tremescunt, [illegible] *uersus* [illegible] 220 uirentesque *v* grauant *T* [illegible] *TW* 221 [illegible] 223 *uers.* *223 et 224* [illegible] *v* [illegible] W¹ cypressus *T* 224 uerne [illegible] 225 hic W [illegible] *DTW*, abietes closae *v* 226 [illegible] in *T* [illegible] 227 nullusque *v* defit *TW*, desit *Dv* 228 [illegible] *Dv* cacumine *DW* purpurat W, purpure *Dv*, [illegible] et purpurat 229 illae *T* robor *TW* [illegible] *T* 230 [illegible] W, odorem *DTv*

Stat cum flore nouis arbor pulcherrima pomis
Vitalemque frugem felicia robora densant.
Mella uiridatis confragrant pinguia ramis,
Lac etiam plenis manat potabile riuis.
Vitam spirat ibi quidquid pia terra uirescit,
Beat usque simul quidquid de germine floret,
Adque solum pulchrae redolet medicabile cretae.
Fons illic placido perfundit agmine campos,
Quattnor inde rigant partitam flumina terram
Ver puto semper agit uestitus floribus aether.
Non frigus uariat hiberni sideris auras,
Nec radiata micat pressis caloribus aestas,
Caelum luce sua serenas temperat auras
Et reficit fetam meliore flamine terram.
Nox ibi nulla, suas defendunt astra tenebras.
   Iraeque insidiaeque absunt et dira cupido,
Exclususque metus pulsaeque a limine curae.
Hinc malus extremas relegatur exul in oras,
Beatosque labor uetitus contingere fines.
Hic prisca fides electa in sede quiescit.
Iustitia gaudens aeterno in foedere uiuit
Et secura salus placidis laetatur in aruis
Semper uictura semperque in luce futura.
Hic quicumque pius aequique bonique colonus,

231 nouis *ex* non his *W m. 2* 232 felicita *v* destant *T* 233 mella] metella *v* uiridatis *scripsi*, uiridantis *DTWv* confragant *T*, conflagrant *DWv* pingua *D* 234 lac] iacet *TW* planis *W*, ramis *T* potauile *T* 236 beat usque *scripsi*, beatosque *DTWv* 237 pulcher *W* redolent *Dv* 238 placido *scripsi*, placidus *DTWv* agmine *TW*, gramine *Dv* 239 partita f. terras *W* 241 hibernis *D*, hisernis *T* sidoris *T* 242 aetas *Dv* 243 serena *DTW*, serenat et *fort.* auram *T*, aura *W* 244 refecit W^1 fetam] factam *W* meliorem *DTv* flamina DW^1T 245 defendet *TW*, defendendet *D*, defundunt *v*, defendit *Aldh.* astra] tetra *Aldh.* 247 limine *Aldh.*, limitae *W*, limite *DT* cura *T* 248 malis W^1 extremis DTW^1 religatur *DT* horas *W* 249 beatusque DTW^1 uetitus *scripsi*, uetitusq. DTW^2, ietitusq. W^1, ueritusque *v* 252 placitis DTW^1 auris *TW sed* au *T in ras.* 253 semperque] semper *v* 254 aequique *Fabric.*, et qui *DTW*; *cf. p. 290, uers. 31*

Quique Deum metuit innoxia mente tonantem
Adque suos coluit sacra pietate parentes
Et coluit sanctam semper sine crimine uitam,
Aut inopem quotiens opibus solatus amicis
Adque laborantes nimium subuenit egenos,
Pauperis adiutor, solitus saluare pupillos,
Eruit et nocitos, subuenit crimine pressis,
Hospitibus carae tribuit sua pignera mensae,
Omnia diuinis gessit sua munera iussis,
Non aliquem nocuit, non aliena cupiuit:
Illi exultantes diuinis laudibus omnes
Orantesque simul referunt ad sidera uoces,
Psallentes Domino celebrant per gaudia grates
Beatamque uiam nuntiis comitantibus ibunt.
   Postquam haec Dominus felicia dona peregit
Et iustos pariter aeterna in regna remisit:
En miseranda uenit lugens sua crimina turba:
Fit gemitus, maerent lacrimis ardentibus omnes
Testanturque sua crebris ululatibus acta,
Flammea pro meritis instantia tela tremiscunt.
Angeli corripiunt iam iam prohibentque precari
Et prohibent seras paenitentiae fundere uoces,

255 d*m̃ *T*, dñm *DWv* conantem *T* 257 sancta *DT* uita *T* 258 aut ... amicis *sup.* sine crimine *u. 257 scr. W m. 2* 259 egenis TW^1, aegenis *D* 260 solitis *T*, solitas *Dr*, solidusue *Aldh.* saluare W^2, soluere DTW^1r, fouere *Aldh.* 261 eripuit et inocitos *W*, eruit innocuos *Fabricius* 262 hostibus *D* care *T*, grate *fort.* pignora *Dr*, pignera se *T* 263 *om. TW* iussit *D* 265 illic *T altero loco: cf. u. 219* 267 psallente *DT* dñm *TW* per *om.* T^1 gratis *W* 269 haec postquam *r* dñm *T* 271 en *Aldh.*, et *DTWr* lugent *DTW* turbae *W* 272 fit *scripsi*, id *TW*, hic *Dv* maerenti *DT* ardentibus *Aldh.*, arcentibus *T*, argentibus *W*, augentibus *Dv* 273 testaturque *D* ululantibus *T* 274 flammae *TW* tremescunt *DT* 275 iam iam *Aldh.*, iam *TW*, iam iamque *Dr* prhibentque *T* 276 prohibente *W* paenitentes *fort.*, penitendo *Aldh.*, clamando *Fabricius*

Iamque precum uenia flamma ueniente negatur.
O miseri, quotiens uobis diuina potestas
Innotuit, quotiens maiestas cognita ueri?
Audistis sonitus, uidistis fulgura caeli,
Assidue pluuias uentorum et grandinis iras
Experti, quotiens noctesque diesque serenos:
Tempora fecunda dabant Dei munera uobis,
Ver abunde rosas, frugibus nec defuit aestas,
Autumnus uaria praebebat mitia poma,
Semper hiems laetas glacialis fregit oliuas.
Cuncta Deus tribuit, bonitas nec defuit ulla,
Nec per tanta Deum genus omne sciuit humanum.
Terra Deum tremuit, pontus Dei nutu pependit
Et fluuius siccis trepidus refluxit harenis,
Et genitura Deum per omnia laeta fatetur.
  Vos tamen hunc Dominum caeli terraeque negastis,
Et iustos potius crudeli caede necastis
Praeconesque Dei plerique saepe fugastis.
Veritas in uobis pro crimine semper inhaesit.
Et ideo fructum capietis sementis iniqui:
Non scitis ecce diem, quem uos ridere soletis.
Ibitis in tenebras ignis et sulphuris altas
Ardendo saeuas passuri doloribus iras.
Hos aeternae iubet Dominus discedere poenae,
Ire sub ardores semper sine fine gehennae,
Vrgeri molem per stagna torrentia flammae.
In flammas conuerti iubet elementa minantis

277 ueniat *T* necatur W^1 279 uiri *T* 280 fulgorae W^1, fulgora *DTW*^{2} 281 irans W^1 283 fecunda dabant *scripsi*, fecundabant *DTWv* uobis *Aldh.*, donis *DTWv* 284 abundet *T* 285 autumnus *W* praebabat W^1 286 hiemps *D* fregit *TW*, regit *Dv* olibas *D* 288 dnm W^1, dium T^1 289 dnm DW^1 perpendit *D* 290 arenis *v* 291 et] e *T* dnm DW^1 *desinit Aldhelmi fragmentum* 293 *om.* *W* negastis *T* 297 ridere] redire *T* 299 passuris *TW* 300 hoc *DT* aeternae] certene *T* discedere] discere *W* 301 ardore *W*, arbore *T* 302 urgueri *W* torrenti *T* 303 clementa *W*

Adque omnem caeli descendere nubibus ignem.
Tunc auidus rapidos excludit tartarus ignis,
Adque procellosis fluctuabunt aequora flammis,
Totaque uiuentis confundet terra fauillis,
Flammeos et sulcos aer uibrabit iratus,
Adque omnibus facibus torrens armabitur orbis,
Impetu tartareo prendent incendia mundum.
Illi praecipitem pulsi tolluntur in aestum,
Hinc fugiunt, illinc cursu referuntur acuto.
Obuia fit saeua flammae fugientibus ira,
Agnoscuntque suam iam iam de crimine poenam.
Iamque qua a nullo tellus possessa colono
Et maris extremis pressa sub fine profundo,
Qua sol emenso radio definit Olympum
Ortaque transacto conduntur sidera mundo:
Gliscit aer densis abstrusa luce tenebris,
Vltima secretis stagna flammantia riuis.
Est natura loci signatis ignea poenis,
Et palus inferni candens ardoribus ima
Intonat horrificis, fretum poenale, caminus

304 atque *ex* eoq. *W*, eoque *DT* 305 *add. sup. 303 W m. 2* auidos rapidus includit *Dv* tartarum *v* ignes *W* 306 procellosas *DTv* fluctuabunt *scripsi*, ructuabunt *W*[1], ructabant *T*, ructabunt *DW*[2]; *cf. 325* aequora *scripsi*, aequorea *T*, equoreas *W*, aequore *Dv* flamma *T*, flammas *Dv* 307 motaque *malim* uiuentes *v* confundit *W* flauillis *W* 308 flammeos *scripsi*, flammeus *DTWv* uibrauit *DTW* iratus *scripsi*, iratos *DTWv* 309 armauitur *T*, amabitur *D* 310 prendent *TW*, frendent *Dv* mundum *scripsi*, mundo *DTWv* 311 pulsi] fulsit *T* 312 hic *TW* illic *DTW* 313 saeua *DW*, saeuae *Dv* flamma *T* 314 sua *v* iam iam *DW sed in W alterum* iam *s. l.*, iam *T*, iam tum *v* 315 qua a *scripsi*, uaga *DTW*, uago *v* 316 p. sub| pressas ubi *T* 317 quam *W* radios *v* definito *W* olympum *scripsi*, olympo *DTWv* 318 conduntur *TW*, tolluntur *Dv* 319 gliscit *om. W*, clypsit *T* 320 stagnant *Fabricius* 321 latura *T* locis *DT* signati *T*, ignati *D* 322 infernis *W* scandens *Dv* arboribus *T* 323 indonat *W*[1] fretum *scripsi*, fertur *DTWv* caminus *scripsi*, caminis *DTWv*

Aestuat et rapido turbatur uertice flammans,
In tormenta ruens fluctuanti gurgite flumen
Torrida se cuncta caeno miscetur harena.
Huc captiua gemens mittetur turba malorum
Arsurumque (nefas) scelerati corporis agmen.
Magnus plangor ibi fletu sociante clamorem,
Et stridor rapidus, ululatus inde dolentum
Exsurget de flamma procul altusque sonoras
Ignis et ardentis gemitus consurget in auras.
Tunc humana mali pendet commissa propago,
Incipientque preces ad caelum tendere seras
Adque Deum nunc nosse uolent, quem nosse nolebant.
Illic quisque suae fatebitur effera uitae
Nocentesque manus et saeuas crimine mentes
Adque infanda sui testabitur effera uitae.
Iam primum quicumque Deum male senserat ante
Et uaga mentito coluisset numine saxa
Adque cruentatas signis sacrauerat aras
Et picturatas timuit sine uoce figuras
Ac falsi tenuis adorauit numinis umbras,
Et quemcumque malus seduxit protinus error,
Si quis adulter erat, natos quicumque necarat,
Si quocunque malo quis conscia mente uiuebat

324 rabido *W* turbatus *TW* flammans *scripsi*, flammas *DTW*, flammae *v* 325 gurbite *W* 326 arena *v* 327 hunc *DT* mitetur *W* 328 scela**tti *T* 329 magnis *W* clangor ibi *T*, plangoribus *W* fletu *TW*, fetu *D*, fletus *v* clamorem *TW*, clamore *Dv* 330 tabidus *TW* ullulatus *D* dolentium T^1 331 altusq. DWT^2, atusq. T^1, aliusque *v* 332 *om.* *W* consurgit *DTv* 333 humana *TW*, imago *Dv* malpendet *D* promissa *DTv* 334 tendere] pendere *v* 335 dnm DT^1W^1 uolunt *DW* nolebant *ex* uolebant *T* 336 patebitur *T* 337 mentes *om.* *v* 338 inflanda *T* sui *DT*, suis *W*, suae *v* 339 quicum *T* dnm *DT*, dno *W* 340 coluissent *TW* nomine *W* 341 signis *W*, igni *DT*, igne *v* 343 tenuis *scripsi*, tenus *DTW*, tenues *v* nominis *W* umbras *TW*, undas *Dv* 344 quemcumque *DW*, quaecumque *Tv* sedunxit protenus *W* 345 ad. erat] adulterat *W* negarat *DW* 346 constia W^1 uiuebat *ex* iubebat *T m. 2*

Aut rapto grassatus erat aut fraude clientis,
Si quis humano suas maculabat sanguine palmas
Adque latebrosa miscebat morte uenena,
Tunc si quis uacuo celabat pectore furta
Aut alieni mali lucro gaudebat iniquo,
Admisit quicumque nefas quodcumque malorum.
Altus ardor eos igni torquebit amaro,
Suppliciumque dabunt uiuente funere cuncti,
Sic hominum totam maerentes † seruare turbam.
  Haec adeo sancti quotiens cecinere prophetae,
Spiritu saepe Dei moniti dixere futura?
[Nemo suas (miserum) nemo eheu praebuit aures.]
Sic Deus omnipotens uoluit sua praemia nosci
Adque minas positae *** per talia legis,
Mittendo plures caelestia uerba clamantes.
Denique iussu Dei conpegit ossa prophetes
Et stupuit mota subito non sponte sepulcra,
Cineribus creta † iacuisse corpora passis,
Surgere tunc uiuos anima ueniente miratus
Et cum uoce sua ad caelum tendere palmas.
[Gratanturque Deo et uictori talia Christo.]
Illi quidem tumulos repetiere silentes
Seruandique Dei diei cessere futuro:
Paulisper iussit retineri cubilibus imis,
Donec ille dies conpleto tempore magnus

347 crassatus *D*   frade *W*[1]   350 uacuo scelerabat *D*, uacuo gelerabat *W*, suo uos celabat *T*   pectora *Tv*   furta *scripsi*, furto *DTWv*   353 eos *scripsi*, eo *DTW*, eum *v*   torquaeuita maro *T*   354 uiuenti funera *Dv*   cincti *T*[1]   355 omnium *TW*   tota *D*   maerentis *DW*, herente *T*   torbam *W*   356 a dò *D*   358 *om. DTW, add. ex Fabricio Bal.*   359 nesci *T*   360 positae] plurima *add. v*   alia *T*   362 iussam *W*[1], iusso *T*   prophetis *DT*   363 non] nam *ex* non ex *W m. 2*, non è *T*[1] (è *exp. m. 2*)   sepulchra *DW*   364 iacuissent *T*   365 s. tunc] surgeret uno *T*   367 *om. DTW, add. ex Fabricio Bal.*   368 illa *v*   tumulos *scripsi*, tumulo *DTWv*   repetiere *scripsi*, repetire *TW*, petiere *Dv*   369 seruatique *T*   370 retinere *T*

Adueniat. cuncti Dominum cognoscite uerum,
Qui solus animam faciat contendere lucem
Eandemque potest in tartara trudere poenae
Et cui cuncta patet uitae mortisque potestas.
Posse Deo, nam uelle satis est, factumque dicendo
* * * * * * * * * * * * * *
Ille meus solus metuendus sensibus imis.
Et quoniam leto cursus concluditur omnis,
Quicumque est hodie, secum sua uita feretur.
Et ideo dum uita manet, dum carpere lucem,
Dum paeniteri licet, prius quam terminus aeui
Occupet incautos et nescia lumina soluat
Vltimus ille dies mortis qui lege tenetur:
Quod primum superest, carae uigilate saluti
Et faciles certique bonum *in* deflectite cursum.
Post errata suis et pressa piacula sacris
Postque uagae nimium quos uexare procellae
Rectas adite uias et flamina laeta tenete.
Hinc laetis prius animis repellite crimen,
Et concreta diu proluatur pectore culpa,
Tunc conmissa mali mites abolete nefanda
Aeternisque Deum precibus placate tremendum,
Pessima cuncta bonis cedant, mortalia uiuis.
Conseruate nouam iam iam sine crimine uitam

372 adueniant c. dn̄o *T* uerum] ur̄m *W* 373 conscendere *v* 374 eademque *DTW* tartare *W*[1] 375 patent *DTW* 376 nam *DTW*, non *v*; *fort.* iam uelle sat est *post u. 376 lacunam indicaui* 378 laeto *DTW* 379 sic cum *fort.* 382 occupit *D* 383 morti *DW* 384 care u. salutem *DTv* 385 facile *DTWv* certique *TW*, eritque *Dv* in *addidi* deflectere *v* 386 erata *DTW*, aerata *v* 387 uaga *DT*, uaca *W* quos] quo uos *W*, qua uos *T* procella *W*, procellas *DT* *fort.* post quae uagae n. uos uexauere procellas 388 flammina *D*, flumina *W* laeta *TW*, recta *Dv* ten**ete *W* 389 laeta *DTW* animus *W* 390 concreta *DTW*, correcta *v* prouoluatur *T* 391 comissa *DT* mala *v* nefandas *DTW*; *fort.* mentes a. nefandas 392 dn̄m *DW*[1] remendum *T* 394 quid seruare *TW*, quod seruare *D* iam iam *D*

Et seruate pias ueroque in nomine mentes.
Ac ueniam primis supplices rogate delictis.
Iam iam pura piis maturescant corda colonis,
Innocuasque manus precibus adtollite iustis
Laudibus et faciles diuinis reddite uoces.
Incipiantque bonis uerisque adsuescere mentes,
Diuinaeque magis celebrentur munera legis,
Et memorate bona simulque inuadite facta.
Sordida uilescant olim conmissa malorum,
Et meliora piis flagrabunt omnia uobis,
Horrendisque simul liberatur uita periclis
Adque aeterna suis ueniet ad praemia uotis.

395 et ... in *T in ras.* 396 supplicis *D* rogata *T* delectis *W* 400 incipiamque *TW*^{1} 402 morate *T* bona *om. W* 403 sordita *D* uilescant *W* 1 *ex* t, nitescant *DTv* cum commissa *T* 404 et *om. T* flagrabant *W* 405 periculis *T* 406 uenient *W*. — Explicit *D*, Cecilii Cypriani ad Flauium Felicem de resurrectione mortuorum explicit *T*, Explicit de resurrectione mortuorum Cecilii Cypriani ad Felicem *W*. —

I. INDEX SCRIPTORVM.

(A = Appendix.)

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

(A = Appendix, V = Vita Cypriani praefationi adiecta.)

III. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Praef. pag. IX, 9. *Codex unde Nolte libelli ad Donatum uersus paucos descripsit est Aurelianensis 169, olim S. Benedicti Floriacensis, codicum lacinias litteris uncialibus maximam partem exaratas complectens. Cypriani fragmentum non pari uetustate commendari, sed codicis saec. X esse uideri Noltii litteris nuper allatis didici.*

Praef. pag. XXI, *not. Infinitiui exempla aptiora in indice uerborum congessi p. 432; addere poteram Petronianum (Sat. 52):* meum intelligere nulla pecunia uendo

Praef. p. XXV, 27 *l.* certa *pro* certe

Praef. p. LXIV, 32 *l.* receptum *pro* receptam

pag. 15, 9 *l.* remissam *pro* remissa

p. 209, 3 *dele*.

p. 213, 1 *not. l.* atque rationem *V pro* atque originem *V*

p. 219, 17 *not. l.* uitae *WGV pro* uitae *MGV*

p. 231, 8 *not. l.* plebs una *VM pro* plebs una *VW*

p. 251, 21 *not. l.* Ez. *pro* Ex.

p. 279, 23 *not. l.* credentibus *SW pro* credentibus *SWG*

p. 304, 25 *l.* contemnunt, *pro* contemnunt

p. 384, 25 *not. l.* aera m. *pro* aeram.

p. 428, 14 *not. l. WDVM pro WDV*

p. 428, 15 *not. l. WBVM pro WBV*

p. 466, 1 *l.* Leuitae *pro* leuitae

p. 471, 20 *not. l.* et *BPQ pro* et *BQ*

p. 490, 8 *not. l.* in passione *CLR*, passione *NPQ pro* in passione *CLR*

p. 547, 4 *l.* honoris *pro* honores

p. 563, 17 *not. l.* ni *scripsi,* nisi *pro* nisi

p. 565, 21 *not. add. in calce:* Ad Romanos epistula prima expl̄ *Q*

p. 577, 22 *l.* deest et *pro* deest te

p. 594, 4 *l.* recesserunt *pro* recessererunt

p. 606, 2 *not. del. B*
p. 606, 5 *not. l.* Incipit (*om. L*) *pro* Incipit (*om. C*)
p. 613, 15 *not. l.* hic] his *μ pro* hic] his
p. 666, 13 *not. l.* a te *om. CRv; pro* te *om. CRv*
p. 696, 18 *not. del. F*
p. 725, 8 *l.*, ne *pro* ne
p. 731, 8 *l.* dum impia *pro* tum impia
p. 755, *tit. l.* LXVIIII *pro* LVIIII

PRAEFATIO.

Cum academia litterarum c. Vindobonensis nouum corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum qui ad optimorum et uetustissimorum codicum fidem redigerentur ante hos sex annos edere constituisset, Cypriani opera recensendi munus mihi obtulit: qua in re eximia eius liberalitate omnibus fere manuscriptis libris quorum in lectionum iudicio est aliqua auctoritas mihi uti licuit, ut si hanc editionem cum reliquis contuleris scriptoris uerba innumeris locis emendata et ad genuinam formam redacta inuenias. ex bibliothecarum uero scriniis tanta librorum multitudo quorum non exiguam partem nemo adhuc inspexerat praesto fuit, ut subsidiorum copia paene laborarem. nam non ea est horum operum condicio, id quod in profanis scriptoribus non ita raro occurrit, ut omnes codices ex uno codice archetypo ducti unius sint stirpis in paucas quasdam familias diuisae: quo enim frequentius et lectitabantur et describebantur Cypriani scripta, eo procliuior erat horum emendatio et interpolatio eoque plures exstiterunt codicum familiae neque intactam suorum archetyporum integritatem conseruabant apographa. deinde non eadem est singulorum operum condicio aut una eiusdem codicis per diuersas operum partes auctoritas; cum enim propter amplitudinem hoc corpus particulatim describeretur, sua est singularum partium e diuersis archetypis profectarum critica ratio, suum subsidiorum instrumentum. bene igitur singulari quodam casu euenit, ut nonnulli codices uetustissimi eidemque integerrimi hodie exstent, quorum auxilio difficilis

alioquin de codicum singulorum praestantia ac cognatione quaestio facilior fiat atque mendorum interpolationumque nube discussa certissima uia scriptoris uestigia et cognoscere possimus et persequi. est uero minor operum pars, libelli fere omnes priore fasciculo editi, qui uetustissimis illis codicibus exhibentur. quos ibi cum duces habeamus, hoc negotio supersedere iam possumus, ut reliquorum codicum, prout aut conspirant inter se aut discrepant, familias describamus; nam in iis locis, quales pauci sunt, ubi optimorum testium auxilio destituti ex reliquis codicibus uerba constituamus necesse est, nullus unus codex aut nulla una codicum familia sic prae ceteris excellit, ut in eligendis scripturis, quarum nulla non per se satis probabilis haberi possit, ea auctoritate iudicium regatur. epistulae autem cum paucae tantum in codicibus pari uetustate conmendatis exstent, priusquam tententur, codices qui e quibus archetypis per quas uicissitudines ducti sint accurate debent circumspici et ponderari. progredimur igitur ad primum huius disputationis caput, ut explorata singulorum codicum natura qua ratione ad emendandos libellos quos Cyprianus uocat tractatus uulgo appellatos eis sit utendum quaeramus.

Caput primum.

Codices. S Atque inter omnes codices primum locum et uetustate et integritate obtinet codex Seguierianus, nunc Parisiensis n. 10592 (= Suppl. Lat. 712) = S. hunc librum cum hic illic interpolatissimorum ut erat amator librorum Baluzius adhibuisset, ad libellos IV. V. VI. VII. discrepantes eius scripturas tanta neglegentia adscripsit Krabinger quanta eas diligentia ex codice Woelfflin descripserat, cuius rei in multa incidi exempla, cum collationem illam quam inter Krabingeri manu scripta bibliotheca Monacensis asseruat inspicerem. ipse a. 1866 et 1868 Parisiis commoratus cum ceteros Parisienses codices tum Seguierianum summa qua est dignus cura excussi. cuius libri litteris uncialibus

bipartitis foliis saec. VI. uel VII. exarati quae sit externa species, ex imaginibus illis nonnullarum paginarum, quas Montfaucon (*Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana* tom. I, p. 242), accuratius Benedictini (ad p. 145. Pl. XLII. IV) et Natalis de Wailly (*Éléments de Paléographie* tom. II Pl. II. nr. 2) aeri incidendas curauerunt, multo commodius quam longa uerborum enarratione perspicitur. praeter scriptoris primarii manum quae nonnullos errores in describendo admissos correxit conspiciuntur recentiores conplures quas in adnotatione signo S^2 uel S m. 2 conprehendi. ne quis uero qui post me codicem inspexerit meam incuriam deprehendisse sibi uideatur, sciendum est me alteram manum neglexisse quotienscumque ea primae manus euanescentes uetustate litterarum ductus nouo atramento renouauerat. sed in iis rebus error procliuis est et lucis commoditati oculorumque ualetudini non nihil condonandum. equidem grauiora iterum iterumque inspexi uel amicos ut inspicerent litteris rogaui. uidetur uero codex olim multo plura continuisse quam quae hodie et ne integra quidem in eo exstant; nam nonnulli libelli suo uel initio uel fine sunt truncati, folia etiam confusa et deperdita recenti admodum manu restituta uelut folia 1. 2. 3 ad supplenda ea quae initio quaternione auulsa perierant. incipit uetus scriptura fol. 4 *NVMQVAM TEMPORIB.* (= ed. pag. 9, l. 22), f. 9^a col. 1 *CAECILI CYPRIANI AD DONATVM EXPLICIT* ∻ *INCIPIT DE HABITV VIRGINVM FELICITER. DISCIPLINA* (= p. 187,2), f. 11^b c.^{2} lin. extr. *PLACEAT VXORI* (= p. 191,4), f. 12^a c.^{1} lin. prim. *NEC PARVA ET LEVIS* (= p. 202,17*), f. 13^b c.^{2} *DE HABITV VIRGINVM EXPLICIT INCIPIT DE LAPSIS FELICITER. PAX* (= p. 237,2), f. 31^b c.^{2} *CAECILI CYPRIANI DE LAPSIS EXPLICIT INCIPIT DE CATOLICA AECCLESIAE VNITATE. CVM* (= p. 209,2), f. 34^b c.^{2} l. extr. *SEPARATVR RAMOS* (= p. 214,12), f. 35 mutilato continetur nonnisi fragmentum c. 17 incipiens a *DOTES CHRISTI* (= p. 226,2), desinens in

*) Hic sequi debebant 2 quaterniones fol. 53^a c.^{1} — fol. 60^b c.^{2}

QVI TA (= p. 227,10), f. 36ª c.¹ *TE DEO TVMVLTVOSA* (= p. 269,5), f. 52ᵇ c.² l. extr. *ESSE ORANTIBVS* (= p. 293,21), f. 53ª c.¹ l. pr. *SIC ET MVLIER ET* (= p. 191,4), f. 60ᵇ c.² l. extr. *SAECVLI COGITATIO* (= p. 202,16), f. 61ª c.¹ l. pr. *DAMNVM POTEST* (= p. 293,22), f. 61ᵇ c.¹ *CAECILI CYPRIANI DE DOMINICA ORATIONE EXPLICIT DE MORTALITATE* (= p. 297,2), f. 74ª c.¹ *CAECILI CYPRIANI DE MORTALITATE EXPLICIT INCIPIT DE OPERE ET ELEMOSYNIS* (= p. 373,2), f. 82ᵇ c.² l. extr. *HIC CVSTODIE* (= p. 386,4), f. 83ª c.¹ l. pr. *QVI AD MALVM* (= p. 352,17), f. 90ᵇ c.² l. extr. *VT MEMORIAS TA* (= p. 363,8), f. 91ª c.¹ l. pr. *PLEVIT ET QVI* (= p. 401,6)*), f. 98ᵇ c.² l. extr. *VIDVIS LABORIOSAM* (= p. 412,4), f. 99 et 100 recenti manu exarata sunt ad supplendum initium libri *AD FORTVNATVM*, f. 101ª c.¹ *Q. FILIAS IPSI* (= p. 325,4), f. 116ª c.¹—c.² *CAECILI CYPRIANI AD FORTVNATVM EXPLICIT INCIPIT AD CAECILIVM CYPRIANVS CAECILIO FRATRI SALVTEM* (= p. 701,11), f. 126ᵇ c.² *CAECILI CYPRIANI AD CAECILIVM EXPLICIT INCIPIT DE HIS QVI IN LECTO CONSEQVVNTVR CYPRIANVS MAGNO SALVTEM* (= p. 749,4), f. 133ᵇ c.¹ *ECCLESIAM VENIVNT* (= p. 760,13) *CAECILI CYPRIANI AD MAGNVM DE NOVATIANO ET DE HIS QVI IN LECTO CONSEQVVNTVR EXPLICIT INCIPIT SENTENTIAE EPISCOPORVM NVMERO LXXXVI* (= p. 435,5), f. 142ᵇ c.² l. extr. *PECCATORI COMMV* (= p. 454,10), f. 143ª c.¹ l. pr. *SED ET ECCLESIAE VBI ECCLESIAE VBI ECCLESIA* (= p. 456,19), f. 145ᵇ c.² *SENTENTIAE EPISCOPORVM DE HAERETI-*

*) Falsa folii 91 et sqq. inscriptione *DE ZELO ET LIVORE* in errorem incidit Montfaucon qui omisso folio 91 de 92 et sqq. haec annotat (*Bibl. Coisl.* p. 241): *auulsis foliis deest principium sermonis De zelo et liuore. Quae supersunt, sic incipiunt: ... 'nis? palmis in faciem uerberaretur' ...* [cf. *De bono pat.* p. 402,14]. *In fine quaedam desiderantur auulsis foliis.*

CIS BAPTIZANDIS EXPLICIT INCIPIT AD ROGATIANVM ET CETEROS DE OBSERVANDA DISCIPLINA (= p. 504,12), f. 147^b c.^{2} l. extr. *FRATER KME* (= p. 509,2), f. 148^a c.^{1} l. pr. *SA SVFFERRE QVO* (= App. p. 39,3), f. 155^a c.^{2} *CAECILI CYPRIANI DE LAVDE MARTYRII EXP FELICITER.*

Hunc optimum librum ducem ita adhibui, ut nisi ratio repugnaret aut manifestis ille inquinaretur mendis, contra reliquos libros omnes huius scripturas in textum reciperem; summa enim eius auctoritas in eo uidetur quod non raro solus uera aut uerorum uestigia proxima aut mendorum formas primas, unde interpolatorum tentamina explicantur, seruauit, cuius rei cum singulae paginae optima suppeditent exempla, speciminis loco haec pono celeriter quaerenti occurrentia: p. 256,25 ubi reliqui quotquot exstant libri interpolata exhibent uerba *qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminauerunt, libellis tamen conscientiam polluerunt*, in solo S extat formula *conscientiam miscuerunt.* insolens quidem illa, sed quam maxime genuina; ea enim utitur qui totus Cyprianum imitandum sibi sumpserat libelli *de bono pudicitiae* auctor A. pag. 20,5 *pudicus uero iuuenis quia delicto conscientiam non miscuit,* et si recte uerba constitui, Caldonius de muliere a marito ad sacrificandum tracta Cypriano scripsit pag. 537,6 *conscientiam non commiscuit.* — pag. 304,14 in S uox occurrit rarissima *offendicula,* cuius in locum tritissimum *scandala* receperunt reliqui fere omnes ita legentes: *non sint tibi scandala ista sed proelia.* — p. 253,24 a uero proxime abest S: *an quisquam maior deo aut diuina ore clementior;* scripsit enim Cyprianus, id quod Vahleni acumen uidit, *aut diuino amore clementior* (in exitu linearum uirgulae ~ super *a u e* positae plerumque euanuerunt in S). reliqui libri omnes interpolatoris inuentum *diuina bonitate clementior* exhibent. cum igitur codicis uirtus tanta sit, iam non uituperabitur, quod etiam eis in locis, ubi reliquorum librorum scriptura nihil offensionis praeberet, sed tamen in Seguieriano singulare quiddam idque nonnumquam aperte uitiosum inesset, ex hoc diuinando

codicis S

aliquid extricare quam alteram scripturam propter ipsam simplicitatem suspectam recipere maluerim. quae ratio cum ex manifesta libri praestantia prorsus apta sit, tamen summa necesse est adhibeatur cautione. dolendum enim est codicem praestantissimum a librario indocto ita incuriose scriptum esse, ut nullo non mendorum genere ualde inquinetur. nam et in uerbis scribendis etiam facillimis fallente inprimis sermonis uulgaris pronuntiatione erratur et uocum terminationes frequentissime oculorum uel aurium errore deprauantur et uerba singula pluraue oculis ad proxima ductuum similitudine aberrantibus omittuntur*), hic illic transponuntur**), neque uero quo ceteri referti sunt codices genere mendorum, additamenta dico in scriptoris orationem recepta, hic prorsus caret***); sed ut uerba uitiose descripta nulla fallaci et artificiosa librarii interpolatione corriguntur, ita eadem librarii simplicitate quid postea additum sit facile

Mendorum genera.

*) Cf. 187,17; 188,20; 195,25; 203,5; 204,17. 18; 213,5; 248,16; 251,18; 252,21; 255,8; 269,14. 21; 274,6; 277,4. 15; 279,8; 281,5; 282,15; 285,6. 11; 286,13; 287,24; 292,27; 298,14. 18. 20; 300,17; 304,4. 20; 309,23; 310,7; 312,13. 17. 23; 326,12. 16; 327,21; 330,5; 333,11; 335,17; 336,12. 28; 343,1. 13; 379,16; 380,4; 382,4; 383,19. 22. 25; 385,21; 386,2; 403,3; 404,17; 407,2; 408,6. 27; 435,16; 437,17; 440,2. 8; 441,12; 442,18; 443,18; 449,3; 460,2 *etc.* — 194,1; 202,18; 246,12; 351,12. 16; 253,4. 7; 254,22; 255,21; 257,5; 259,20; 271,13; 273,3; 276,27; 284,7. 8. 21; 289,6; 290,11; 291,12; 292,5; 302,24; 306,18; 308,12; 309,1; 311,14; 314,5; 325,16; 327,20; 338,18; 339,24; 343,16; 344,22; 346,16; 381,9; 403,8. 23; 404,27; 405,2. 3; 406,10. 13; 407,27; 409,2. 7; 440,7. 17; 441,1; 442,16: 444,17. 20; 446,3; 449,9. 20; 457,8; 458,2. 19; 459,2; 460,16 etc.

**) Cf.: 403,12; 702,18; 243,5; 281,17; 286,26; 288,28; 310,8; 326,17; 332,8; 333,8; 339,23; 343,3; 346,12; 375,21; 439,7.

***) Exceptis uocabulis illis, quae ex proximis potius repetita quam extrinsecus sumpta uidentur uelut 197,11; 199,22; 258,10. 18; 308,13; 314,1; 343,21; 404,24; 408,1; 436,12; 444,5; 448,5; 449,8; 450,21; 454,3; 456,19; 459,9 etc., hic illic ab eadem uel altera manu deleta uelut 312,20; 325,15; 326,8 inueniuntur quae interpolationis suspicione non carent addita haec: *dei* 346,12; 437,16; 446,1, *domini* 378,11, *est* 345,8; 437,16; 446,1, *et* 273,15; 376,1; 334,13; 331,1, *etiam* 242,17, *ille* 339,17, *solla* 262,6, *non* 269,17; 451,1, *ad* 254.16. *uenire* 310,25, *dicens* 375,21, *carissimi* 244,16, *caelestis* 381,7. *pretio* 188,19, *quam uim* 247,4. cf. 195,4; 242,4; 441,9.

dignoscitur. cum ex codicis Seguieriani archetypo inter omnes quos scio libros nullus fluxerit, cuius lectionibus quid fraude uel errore in illum tam neglegenter descriptum inrepserit certius intellegatur. hic illic in diiudicanda lectione oscitanter haesi. nonnulla quae in textum recipere debebam reieci. quare occasione oblata grauiora liceat retractare: pag. 190,12 nescio an unicum obsoletioris formae exemplum S recte seruarit in his uerbis: *hi sunt qui secuntur agnum* q u o q u e *ierit*. nam cum Cyprianus et Itala quae dicitur uetus *quisque* pro *quisquis* ubique fere usurpent, in epistulis p. 737,11 *quique* pro *quicumque* (cf. App. p. 30,15; 55,10) et apud Cypriani imitatorem App. p. 14,7 *quaeque* pro *quaecumque* occurrat, uidetur etiam dici potuisse *quoque* pro *quocumque*: sed in tanta deprauationis procliuitate quanta est in uocabulo *QVOQVVQ*. nihil decerno. — pag. 190,15 genuinum est quod S exhibet: *in scripturis fere* p e r o m n i a (i. e. *ubique*, reliqui libri *omnibus*) *ad protoplastum deus loquitur*. sic enim dicit Cyprianus p. 276,24 *per omnia obsequi*. 477,15 *per omnia deo placere*, 644,3 *per omnia aequaliter iudicare*. cf. A. 14,11. — pag. 200,7, ut in transcursu moneam, rectius *illis* in *illic* mutatur quam cum uulgata *illi* legitur in uerbis: *quis illic in nuptiis locus est*. quod ne displiceat faciunt similia pag. 497,3 *illic apud clericos*, 515,17 *illic apud uos* 638,23 *istic in prouincia nostra*, 617,5 *illinc ab urbe*, 618,4 *illinc a uobis*, 364,18 *istinc de saeculo* etc. simili errore *illis* pro *illic* exhibet S pag. 756,18 et reliqui saepius. — pag. 203,22 et 271,16 non debebam ex S *dum* recipere: saepissime enim in eo *dum* et *cum* confunduntur uelut p. 290,2; 211,19; 262,8; 305,26; 411,6 — pag. 238,24 cum pari facilitate *istam stantium* in *istantium* (i. e. *stantium*) abire atque *istantium* in *istam stantium* corrigi potuerit, S scriptura praeferenda est quae proximo *hanc* commendatur. — pag. 256,9 in uerborum positione *et qui alius et ipse maculatus*, quae Manutius transposuit ut edidi *et alius qui*, iam non offendo, cum simile praesto sit 284,11 *et qui seruus*. — pag. 263,17 me piget raram formam *scibis*, cuius testimonia nonnulla Roensch in libro *Itala und Vulgata* inscripto pag. 292 congessit, uulgatae *scies*

postposuisse, nec pag. 334,28 *plangebitis* repudiandum erat, quod ut ex proximo *plorabitis* enatum sit uereor: nam codex Sangallensis qui saepius cum Seguieriano facit pag. 299,26 id confirmat. Cypriano ipsi formam *censeuimus* pag. 435,15 inculcare nolui, quae quomodo inrepserit Laureshamensis liber edocet. — pag. 290,15 quod S exhibet *mereri deum* recepissem, nisi simile exemplum quod est pag. 376,23 me fugeret, quorum iam alterum altero defenditur. in reliquis codicibus exstat tritissimum illud Cypriani *promereri* (cf. 223,26; 227,2; 260,13; 271,22; 290,15; 294,1; 303,5; 382,10; 384,16; 385,15; 394,20; 410,18). — pag. 382,27 uidetur explicari posse quod in S exstat *ut nobis amicos de terrestribus lucris propria ratione faceremus*. uillicum enim in euangelio Luc. 16,1 sqq. respicit qui domini debitoribus debiti partem quo sibi amicos faceret remissam quasi in suam sibi transscripsit rationem.

F Codici Seguieriano aetate fere par est fragmentum codicis 'membranaceum saec. VI. characteris italici nulla uerborum distinctione interposita', quod integrum *De opere et eleemosynis* libellum et epistulae 63 initium continet. discrepantes eius scripturas fragmentis codicis Bobiensis de quibus infra agam Peyron (*M. T. Ciceronis orationum fragmenta* 1824 p. 163) subiecit. quas reliquias cum codicis Bobiensis esse scriberem p. 372 et siglo F notarem, falsus eram et rectius altero siglo uti debebam. sexto iam p. Chr. n. saeculo summam illam Cyprianicorum codicum discrepantiam quam libri aetate inferiores ostendunt exstitisse hoc fragmento cum codice S comparato optime edocemur: nam diuersae prorsus recensionis testem esse et scripturae sacrae testimonia hic illic admodum discrepantia (cf. 379,6; 380,5; 381,7; 387,1; 388,13. 15; 389,1; 391,16 sq.; 392,9. 10 sq.) et lectiones nonnullae in eo solo exstantes (cf. 373,6; 377,15; 378,5. 12; 383,9; 384,19; 391,5) probant. uetustati non par est integritas; nam manifesta interpolationis uestigia eaque non pauca ut in his exiguis laciniis apparent (cf. 374,24; 378,17; 381,20; 382,8; 384,25; 386,17; 701,22. 23; 702,8. 13. 15. 20).

quibus rebus permotus pauca tantum eaque dubitanter inde recepi.

Huic Taurinensis bibliothecae fragmento adiungam duo quae uiri doctissimi Noltii liberalitati debeo: unum (O) quod in codice Aurelianensi 131 olim Floriacensi (cf. Haenel p. 273) qui saec. VII esse dicitur inuentum integrum *De mortalitate* libellum et partem epistulae 63 continet. in constituenda lectione nullius fere momenti erat magna nec laude nec uituperatione dignum. alterum quo pars libelli *Ad Donatum* seruatur ubi inuenerit Nolte nescio, sed litteris uncialibus exaratum esse affirmat. scripturas eius sero acceptas cum in adnotationem meam transscribere non possem, ne quid mea culpa esset omissum, hic subieci. incipit fragmentum a uerbis *ros in rebus* (= pag. 14.28 *sublimen*) pag. 15.1 *intra* ut edidi 8 *quod* om. spatio uacuo 5 litt. relicto 11 *ut* om. 14 *se incipi absc se credi* 20 *nulla esse cum poterit cum semel* 21 *saturauit* 27 *aut* om. 28 alterum *sunt* om. (fort. recte) p. 16.1 *iugi uiuido* 4 *nam et facilem bon... tatem* 5 *indu solid.. fidem tuam sala... ris auditus obl.* reliqu. desunt.

Fragm. Aurel. O

Inter uetustissimos Cypriani codices exstabat olim Veronensis, quem postquam Latinius ad adornandam editionem Manutianam, quae Romae prodiit a. 1563 adhibuit, quantis laudibus cumulari coeptus sit dici nequit. de codice Latinius haec scripsit in epist. ad Andr. Masium II p. 101: *Antiquissimum codicem unum ex Veronensi bibliotheca aduectum litteris maiusculis ante annos mille, ut puto, scriptum diligenter cum Io. Baptista Singhicello percurri: ex eo id inprimis factum est lucri, ut multa quae Cypriano tribuuntur nothu esse intelligeremus: nihil enim habet admixtum eorum, quae uiri docti ante nos falso Cypriano adscripta esse suspicati sunt uerius quam censuerunt. Ordo scriptorum paene idem in omnibus, unde non satis mirari possum, qua fronte totum inuerterit audacissimorum hominum uel imperitia uel leuitas. Nam, ut uides, in excusis omnia paene suo loco mota, omnia diuulsa, non tempora, non negotia, non per-*

V

sonae sedem suam agnoscere possunt. isdem fere uerbis Veronensis aetatem Latinius praedicat in *Bibliotheca sacra* uelut p. 176, 178: *Veronensem ego non ante nongentos annos sed ante mille scriptum esse contenderim,* item Latinii biographus p. 3. hunc codicem a canonicis Veronensibus cardinali Carolo Boromaeo dono datum et in eius bibliotheca asseruatum fuisse testis est Manutius in Orthographia s. u. *culcita.* quae fata deinde habuerit, ubi perierit nescimus (cf. Maffei *Opusc. eccles.* 106, Mabillon *Iter italicum* (1687) p. 23, Blume *Iter italicum* I p. 556, 257, 149). sed permultae eius adferuntur scripturae, quibus undique conlatis plenissima de natura ac uirtute libri efficitur cognitio. qua in re cum Cypriani editores neglegentius uersari uiderem, in fontes unde scripturae illae fluxerunt accuratius inquirendum decreui. atque longe maxima pars ex Latinii scriniis ipsis deprompta est, ex quibus eius *Obseruationes correctiones coniecturas in sacros et profanos scriptores* in librum qui Romae prodiit a. 1577 *Bibliotheca sacra et profana* inscriptum Dominicus Macrus congessit; sed tenuem in his libri Veronensis inuenies memoriam, quia non nisi quae Latinius secunda cura editioni Pamelianae (1568) notas adscripserat edendas ille curabat. autea uero cum iustam editionem adornaret, multos codices inter quos Veronensem Vaticanos Neapolitanum contulerat, quorum subsidio permultis locis scriptoris uerba castigabat, religiosius in eo negotio uersatus quam qui editionem in Manutii officina inprimendam curabant; de quorum libidine his uerbis queritur in epist. ad Masium II p. 109: *De Cypriano puto te nescio quid praeclarum exspectare, sed frustra; laboratum est a me diligenter ac summa fide, multa restituta sunt, additus etiam paene iustus epistolarum liber. Verumtamen mihi fieri satis non potest, quando quorundam hominum libidine non sat scio, an prudentia commissum est, ut contra scriptorum codicum fidem nonnulla retenta sint, aliqua etiam addita, plurima uero (quod tamen ad scripturarum citata passim testimonia pertinet) immutata, ut quam fieri minime posset a uulgata sacrorum Bibliorum editione discreparent. Quae res fecit, ut ne nomen*

Collatio Latinii.

quidem meum a Manutio paterer ullo modo adscribi: non enim, ut multi fortasse existimant, hoc apud me crimen umquam putabitur, aut ueritatem celasse aut omnino litterulam immutasse. Collegeram multis uigiliis et laboribus quaedam etiam ad illustranda loca aliquot obscuriora, parabam etiam breues quasdam annotatiunculas, in quibus post uarias codicum lectiones indicatas, quid maxime essem secutus ostenderem. Sed ab eo labore supersedi etc. has ipsas puto breues quas dicit annotatiunculas uel Latinius ipse uel alius in exemplar editionis Manutianae transscripsit, unde in alia migrarunt eiusdem editionis exemplaria, quale asseruatur in bibliotheca Acad. Gottingensi, quod a. 1737 Jacobi Soranzi et deinde Josephi Smith consulis Britanni apud Venetos fuisse inscriptione discitur. ne uero me hoc mera coniectura statuere credas Latinii ipsius adnotationes criticas Gottingensi exemplari seruari, paucas quasdam adferam. poteram addere plura: ad uerba huius editionis p. 542,14 adscribitur in libro Gottingensi '*quam uis V. quam uix Latinius*' (cf. p. 587,10), p. 351,14 ad uerba *et conuersi elidant uos* '*om. o* [i. e. omnes] *praeter V. 1. ï* [i. e. infra] *ad Quirinum l. 3 c. 5 habent omnes codices La*'[. margine resecta reliquae litterae *tinius* perierunt. p. 213,4 quae de insigni illa interpolatione ad Petri primatum spectante adnotantur Latinii esse optime confirmant eiusdem uerba quae sunt in *Bibliotheca sacra* p. 179 nec codicem Veronensem habuisse illa additamenta nec septem Vaticanos *praeterquam fragmentum quoddam operum Cypriani recentissime scriptum Bononiae, qui fuit Vianesii de Albergatis libellus, forma parua, continens tractatus tantum paucos Cypriani. Vidi quoque alterum exemplar Bononiae integrum, unde id fragmentum descriptum erat recenti scriptura exaratum, in quo eadem insertio marginalium summularum erat.**)

Edit. Manut. Gottingense exemplar Latinii collatione instructum

*) Antiquissimus codex qui eadem additamenta exhibet, scilicet p. 212,14 post *caelis: eidem post resurrectionem suam dicit 'pasce oues meas'*, post *ecclesiam* ibid.: *et illi pascendas oues mandat*, p. 213,1 *unitatis ... disposuit*] *unam cathedram constituit et unitatis originem atque rationem sua auctoritate disposuit*, p. 213,4 *ut ecclesia* ... p. 213,8 *unitatem*] *et*

in hoc Latinii apparatu praeter Veronensem laudantur cod. Vat. Neap. discrepantes scripturae, hic illic numeri 1. 2. 3. 4. adiciuntur, uelut '*Ver. Neap. 1.*', '*Vat. 3. Ver.*', '*Neapol. 4*', '*Ver. 2.*' '*Vat. 4*' etc. quibus numeris quid significari uoluerit dubium esse non potest, scilicet ubi '*Vat. 3*' uel '*Vat. 4*' ponit, tres uel quattuor Vaticanos inter septem quos habebat hanc lectionem exhibere, ubi '*Ver. 2*' uel '*Neap. 2*' exstat, in duobus praeter Veronensem uel Neapolitanum sic legi, ubi '*Ver. o*', et Veronensem et reliquos omnes testes adesse. inprimis igitur numeris illis Vaticanos designabat, non Veronensem et Neapolitanum, nominatim ubique eos adferens, quippe qui plurimum apud eum ualebant. similiter his numeris in altera illa adnotatione a Macro uulgata usus erat quod confirmat Macrus ipse *Bibl. sacra* p. 174: *ubi signum arithmeticum 1. inuenitur, indicat, quod ex tribus codicibus uetustis, quibus Marcellus Papa II. collationauerat, unus scilicet uariet: ubi uero signum 2. notatur, duorum codicum uariationem significat, quod Ego Carolus Macrus in prima Latinii correctione in Bibliotheca Brancatia extante manu eiusdem Correctoris notatum legi.* quae cum non intellegeret Krabinger, in praef. XIV. (edit. a. 1853) mira de codicibus Veronensibus et Neapolitanis, qui quidem nulli exstiterunt, hariolatus est. unus enim est Veronensis ille uetustissimus nec ullius praeter illum mentionem facit Latinius uel alius quisquam. Neapolitanus uero qui in libro Gottingensi uocatur a Rigaltio et Oxoniensibus Beneuentanus audit, id quod Krabingerum scripturarum omnium quae Neapolitani et Beneuentani feruntur consensus edocere poterat. ipse initio, cum Krabingeri tantum notis ex libro Gottingensi descriptis, quas Halmii beneuolentiae acceptas refero, uti liceret, ea opinione falsus hic illic Veronensis scripturas consulto omisi, quia inter duos uel tres

primatus Petro datur ut una Christi ecclesia et cathedra una monstratur (sic). *et pastores sunt omnes sed grex unus ostenditur qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur. hanc Petri unitatem,* p. 213,9 post *credit: qui cathedram Petri super quem fundata ecclesia est deserit in ecclesia se esse confidit,* est Vossianus lat. 7 saec. x. (h), quode infra agetur.

Veronenses quos mihi Krabingero auctore finxeram unum esset uetustissimus nesciebam: sed cum Gottingensem librum ab iis qui bibliothecae praesunt liberaliter Vindobonam transmissum inspicerem, continuo errorem intellexi. addidi infra scripturas quas omiseram omnes*). praeter Gottingense apographum alia editionis Manutianae exemplaria simili apparatu instructa exstiterunt. certe Baluzius tali libro usus est (cf. Baluzii notas ad epist. 6 c. 5, 10 c. 4, 22 c. 1, 28 c. 3, 30 c. 1, 40 c. 3. 5, 63 c. 1, 64 c. 2, 78 c. 2). qui utrum neglegentius fuerit exaratus an minore diligentia a Baluzio excussus non decerno; nam quae non exstent in Gottingensi noua ab eo adferuntur nulla, permulta uero quae ibi inueni se non inuenisse diserte affirmat uel ex eius uerbis licet suspicari, uelut ad epist. 18 *extorrentes* ait *etiam habuisse Veronensem hinc colligo quod in uariis lectionibus ex codice illo descriptis in margine exemplaris mei editionis Manutianae nulla uaria lectio apposita est ad hanc epistolam.* sed exstat in Gottingensi. uel in epist. 27 c. 1 (= p. 566,17) Rigaltium ex Veronensi libro *inuidiam* recepisse et in epist. 62 c. 2 (= p. 474,9. 11) eiusdem auctoritate quaedam sustulisse nescit. sed edocet Gottingensis. longum est adferre plura. quae cum ita sint atque Baluzius ad libellum III *Ad Quirinum*, in quo desinit adnotatio Gottingensis, nullas Veronensis scripturas adferat, Latinii apparatum cuius locupletiorem memoriam Gottingense asseruat exemplar decurtatum exstitisse in Baluziano crediderim. Baluzii igitur adnotationes ad restituendam libri deperditi memoriam nullius sunt momenti. sed idem apparatus multo integrior Rigaltio praesto fuisse censendus est: de quo in *Observationum* praefatione haec scribit: *Ad Epistolas et Tractatus ostendi*

Baluzianum exemplar.

Rigaltianum exemplar

*) p. 190,6 *nati sunt sic* Ver. 1 (ut edidi) 191,12 *integrae et pudicae* Ver. 1 193,6 *sunt* om. Ver. 2 195,22 *atqui* Ver. 1 201,3 *uiderint* Ver. 1 217,11 *editur* Ver. 1 222,15 *nec* om. etiam Ver. 3 224,20 *in dicto audientes* Ver. 3 228,15 *iam* om. Ver. 3 249,26 de] a Ver. 1 261,16 *placuerunt* Ver. 3 262,25 *et in cilicio* Ver. 1 271,1 *dimittimus* Ver. 1 272,3 prius *et* om. Ver. 1 274,6 *ut* Ver. 1 (ut edidi) 274,20 *pretio* om. Ver. 2 278,7 *esset implere* om. Ver. 1.

praecipua ueteris scripturae liniamenta, ab ipsius Auctoris stilo seruata fideliter in optimis exemplaribus, Veronensi et Beneuentano, collatis olim a Marcello PP. et Antonio Augustino Episcopo tunc Allifano: quae in Cypriani uolumine, manu illustrissimi et reuerendissimi Tolosatum Archiepiscopi Caroli Monchalli . . . summa diligentia, summa fide descripta, perpetuo nobis usui fuere (cf. *Obs.* p. 144). his uerbis cauendum est ne conicias alteram Veronensis libri et Beneuentani collationem fuisse qua Rigaltius utebatur. ipse enim in *Addendis* p. 234 retractat quae in *Obseruationibus* docuerat: *Paulo post mandatam typis Obseruationem, dum scidia mea forte excuterem curiosius, deprehendi factam a Marcello Papa trium codicum Vaticanorum collationem, cum adhuc esset ac diceretur Marcellus Ceruinus Cardinalis: collationem uero exemplaris Veronensis a Latino Latinio: Beneuentani ab Ant. Augustino, tunc episcopo Allifano.* fallitur de hac Rigaltii supellectile critica Baluzius, cum eandem fere atque ipse habebat illum habuisse dicat (ad epist. 10, c. 4). nam Vaticanorum nulla est apud Rigaltium mentio. magis etiam fallitur, cum ad epist. 16 Rigaltium quandoque librum Veronensem pro editione Manutiana laudare opinetur; nam ex conlatione sibi de scripturis eius cum Manutiana consentientibus constare ipse saepius asseuerat uelut in obseru. ad epist. 52. inde iam apparebit ad libri deperditi scripturas colligendas praeter Gottingense exemplar Rigaltii notas maximi esse momenti, praesertim cum in proferendis testimoniis summa fide uersatus quae minus certe sibi uiderentur accurate significauerit. ad hos fontes accedit editio Oxoniensis. episcopo enim Oxoniensi *collationes aliquot codicum Vaticanorum, Veronensis itidem atque Beneuentani nec non Regis Galliae, studio amicissimi uiri domini Roberti Rigby* perlatae praesto fuerunt. Veronensis scripturas quae in hoc apparatu occurrunt summa cautione adhibui, nonnullas ubi error erat manifestus reieci, conplures ut suspiciosas addito *test. Oxon.* citaui.

Ex his igitur fontibus quos descripsi diligenter excussis tot potui codicis testimonia proponere ut deperditus paene repertus

uideatur atque de auctoritate eius et uirtute accuratius quam antea possit iudicari. qua de re paullo prolixius iam agendum est, quia permultae codicis Veronensis scripturae speciosiores quam ueriores quae in textu retinerentur non uidebantur indignae: redundabit etiam non nihil ad codices duos perantiquos C et R recte aestimandos, de quibus in altera quaestione disputabitur. atque ut quid mihi uideatur ingenue fatear, Veronensis liber correctoris manum non indocti eiusque audacissimi expertus est: quaecumque inelegantius dicta uel obscurius prolata ipsi uidebantur, explicauit deleuit correxit, singulares formulas ad analogiae regulam reuocauit, uitiose descripta quae inueniebat traditae scripturae uestigiis non anxie pressis emendauit. exempla haec subieci. Veronensis auctoritas.

	lectio uera rell. codd.	coniecturae Veronensis.
p. 25,5	*nostra uoce et oratione*	*non nostra uoce sed operatione*
p. 31,6	*magistro et deo*	*non magistro sed deo*
p. 230,8	*atque hoc ipso ampliorem consequuntur fidei suae laudem quod ab eorum perfidia segregati qui iuncti confessionis consortio fuerunt a contagio criminis recesserunt*	*atque hoc ipso maiorem consequuntur fidei suae laudem immo ampliorem q. a. e. p. segregati quibus iuncti* etc.
p. 231,8	*plebs una in solidam corporis unitatem concordiae glutino copulata*	*plebs una in solidam corporis firmitatem c. g. c.*
p. 653,5	*de his iudicat occultorum scrutator et cognitor cito uenturus et de arcanis cordis adque abditis iudicaturus*	*dominus autem occultorum scrutator et cognitor est cito uenturus et de arcanis* etc.
p. 660,4	*sufficit ad testimonium martyrii sui testis ille*	*sufficit ad testimonium martyrii sui ille*
p. 665,22	*dei desertores aut contra deum rebelles.* cf. 751,1	*dei desertores aut contra Christum rebelles.* cf. 658,27

	lectio uera rell. cod.	coniecturae Veronensis.
p. 303,5	*sed magis deum patientia maiore promeruit.* cf. de *magis* = *potius* indicem	*sed magis dominum patientia promeruit*
p. 357,25	*quasi magis per ipsa peccata placeatur*	*quasi per ipsa peccata placeatur*
p. 398,13	*(philosophos) sibi multum placentes et hoc ipso quod sibi placeant deo displicentes*	... *sibi tantum placentes* etc.
p. 249,23	*et hoc accedat ad crimen*	*et hoc accedat ad criminis cumulum.* cf. p. 243,9 *ne quid deesset ad criminis cumulum*
p. 254,5	*putas .. dominum posse placari*	*putas .. dominum cito posse placari.* cf. p. 262,20 *deum cito posse placari*
p. 283,2	*Danieli ... prandium diuinitus procuratur*	*D. ... p. d. apparatur.* cf. p. 382,9 *p. d. apparatur*
p. 227,24	*quosdam ad ista procedere*	*q. a. i. prosilire.* cf. p. 411,11; 423,11; 573,3; 621,13; 633,5; 627,22
p. 477,2	*esse ad fideles seruos dei coepit*	*esse apud fideles seruos dei coepit*
p. 252,13	*si negantes ... non erunt, nec confitentes ... accipiunt*	*si negantes ... non sunt, nec confitentes ... accipiunt*
p. 515,4	*tunc ... tractetur*	*tunc ... tractabitur*
p. 523,19	*quod tempus infirmitatibus adsiduis et grauibus infestat*	*q. t. i. a. e. g. infestatur*
p. 248,11	*quaecumque manducauerit ex carne.* cf. Leu. 7,20 ἀπὸ τῶν κρεῶν	*quaecumque manducauerit carnem*
p. 249,26	*qui spem habet in hominem.* cf. Hier. 17,5 τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ᾽ ἄνθρωπον	*qui spem suam ponit in hominem*
p. 270,12	*decimas do omnium*	*decimas do de omnibus*
p. 612,15	*praeuaricationem de die euacuari.* cf. de *de die* = *in dies* indicem	*praeuaricationem frequenter per dies euacuari*

	lectio uera rell. codd.	coniecturae Veronensis.
p. 473,1	*quae cum semel statum suum continenter et firmiter tenere decreuerint*	*quae cum in statu suo esse et continentiam firmiter t. d.* cf. 622,9
p. 648,14	*a gradu gloriae ad quam plena fidei uirtute tendebant*	*a gradu gloriae ad quem plena fidei uirtute peruenerant*
p. 477,15	*nec sacerdotes dei ** aut per ecclesiam scandalo se et fratribus offerant*	*nec sacerdotes dei scandalo suae prauitatis offendant*).*

pro uerbis simplicibus qualia amat Cyprianus composita substituit corrector, uelut p. 489,8 *consequentium* pro *sequentium*. 492,7 *accipere* pro *capere*, 494,6 *prouocauerit* pro *uocauerit*, 498,11 *sustinens* pro *tenens*, 664,26 *reseruetur* pro *seruetur*. 674,11 *dereliquerint* pro *reliquerint* etc. iam uero mirus homo sic coniecturis indulsit, ut grammaticum deprehendisse tibi uidearis uariandi artificia pueros docentem; nam nulla excogitari potest causa probabilis, cur p. 221,5 *pacificis* maluerit quam *pacatis*, 228,1 *nefaria* quam *nefanda*, 252,25 *non factum* quam *infectum*, 256,7 *inquinatis* quam *inmundis*, 218,14 *misissem* quam *darem*. 545,20 *fecistis* quam *misistis*, 219,4 *instruentes* quam *insinuantes*. 369,20 *tempus est* quam *licet*, 475,3 *uiolari* quam *corrumpi*, 616,10 *expugnandum* quam *inpugnandum*. 616,17 *exerrare* quam *oberrare*. 652,25 *repellat* quam *auertat* et *obrepserit* quam *fefellerit*, 666,18 *prohibitum* quam *pulsum*, 671,4 *ostende* quam *demonstra*, 684,2 *inuolutam* quam *uinctam* et similia sexcenta. magis quid additamentis passim aspersis

*) Correctionis uestigia manifestiora etiam in his conspiciuntur: 203,23; 211,1; 221,18 cf. 649,23; 225,8; 232,24; 270,8; 294,12; 308,4; 339,23; 373,6; 377,13; 378,8; 383,20; 387,15; 400,4; 414,12; 415,13; 422,24; 437,21; 465,9; 469,11; 474,16; 477,13; 483,2; 485,2; 494,19; 500,5; 503,17; 508,2; 513,10. 17; 515,2; 518,18; 523,14; 528,3. 11; 538,10; 539,5; 540,10; 542,3; 548,5. 7; 549,8; 560,22; 561,20; 563.8; 566,16; 577,1. 19; 581,8; 586,4; 592,12; 599,5; 600,10. 17; 607,15; 609,7. 8; 614,8; 622,9; 633,16; 655,14; 661,1. 25; 662,24; 664,11; 665,22. 25; 668,9; 674,7; 676,17; 677,20; 681,5 etc.

assequi uoluerit perspicitur, nempe asyndete posita artius erat coniuncturus enuntiatorumque nexum explicaturus; hac de causa addit *et* p. 200,14; 203,24; 218,10; 271,24; 283,3; 501,1; 665,11, *que* 228,1; 610,12; 680,16, *at* 203,24, *scilicet* 227,1, *enim* 290,21; 369,16; 622,10, *iam* 583,12, *tunc* 214,24; 519,9, *postmodum* 364,18, *ita* 222,17; 225,5, 363,1, *ut* 522,22, *inquit* 197,5. explicationi inseruiunt praepositiones adiectae uelut 225,18; 287,4; 341,15; 508,8; 518,8; 546,1; 562,18, 643,23; 675,13, uel pronomina inserta 224,1; 243,14; 414,5; 511,21, uel alia artificia 585,16; 586,3. 4. 5, ubi uocibus *paene propemodum uix* additis narrationem probabiliorem reddere conatus est. haec omnia quae notaui et quibus grauiora nonnulla infra adieci*) ita sunt comparata, ut grammaticum tibi fingas necesse sit commentariolis supra lineas adpictis scriptoris uerba explanantem. nec tamen in his additamentis ita pusillis substitit correctoris audacia. non dico scripturae sacrae loca auctius prolata uelut p. 222,21; 228,11; 330,23 (89,16); panni undique collati assuuntur Cypriano: p. 22,5 ex Minucii uerbis nonnulla deprompsit, p. 21,11 Romanorum deorum catalogum ex Tert. *ad Nat.* II 15 auctiorem reddidit, p. 414,28 sat magnum locum interpolauit. codex igitur Veronensis, quem ceteri editores tantis laudibus extulerunt, ad historiam textus accuratius cognoscendam maximi est momenti, in crisi nihil ualet, nisi in eo utilitatem quandam eius constare concedas, quod 230 fere locis quos priore uolumine numeraui cum optimis codicibus omnibus pluribusue faciens scripturas quas recepi confirmat. ubi uero eum solum secutus sum, quod perraro factum est, me meras coniecturas recepisse non nescio, sed recepi, quia meliora quae substituerem non habebam.

*) p. 25,14; 218,20; 223,15. 25; 225,22; 226,16; 229,15. 18; 230,1 (409,5); 232,5 (623,18); 233,8; 251,12. 16; 252,1 (325,3); 260,19; 262,7; 271,10; 280,12; 285,18; 294,12; 330,11; 333,4. 22; 336,24; 345,19. 22; 364,18; 381,19; 382,7; 386,9; 392,2; 397,17 (398,10); 414,19; 444,4; 446,19; 448,3; 489,20; 500,23; 518,18; 542,14; 599,5; 600,10; 610,5; 611,14. 16; 612,13; 622,18; 623,8. 9. 15; 640,5; 659,10; 675,17; 687,19 etc.

Codices quos praeter descriptos uestustate insignes contuli et in auxilium uocaui ita sunt comparati, ut quamuis uirtute et pretio sint dissimiles nullus tamen adeo prae ceteris integritate excellat quem his neglectis unum securus in locis dubiis sequaris. nam ea est inter hos saec. IX—XI libros discrepantia, ut ante saeculum nonum insignem mutationem non ex librariorum incuria repetendam sed ex grammaticorum emendatione profectam, cuius testem Veronensem deprehendimus, in Cypriani exemplaria passim inrepsisse statuendum sit. de his rebus accuratius poterit tunc demum iudicari, cum Hieronymi et Augustini opera iusta annotatione critica instructa prodierint. id certo constat et ipsos diuersae recensionis exemplaria Cypriani eaque interpolata usurpasse. sed cum secundarii codices non ex illo quo S sed ex diuersae prorsus recensionis archetypo nec eodem quidem omnes propagati sint, ad Seguieriani libri uel menda tollenda uel insolentiores scripturas magis confirmandas non nihil ualent; ubi uero S codicis foliis deperditis his iam solis uerba emendanda erant, non tam eorum diuersa dignitas et auctoritas, quam aliae rationes diligenter circumspectae et ponderatae iudicium meum regebant. nolui igitur pluribus codicibus exscriptis adnotationem criticam nimis augere, sed paucis eisque ut in hac mediocritate melioribus contentus fui. inter quos principem locum obtinet Wirceburgensis theol. 145 (W) omnium Cypriani codicum, qui in Germaniae bibliothecis asseruantur, uetustissimus saec. VIII—IX charactere longobardico exaratus diuersis manibus. initio eius truncato incipit fol. 1ª: *etur et in nouum* (= p. 49,18), f. 7ª l. 2 ab extr.: *de deo est. qui medio uestrum stat* (omittit *qui autem* p. 73,16 — *in aqua* p. 87,4). f. 38ᵇ *AD QVIRINVM LIBER III EXPLICIT INCIPIT AD FELICEM VERSVS DE RESVRRECTIONE MORTVORVM Qui mihi ruricolas obtauit* etc., f. 43ª *EXPLICIT DE RESVRRECTIONE MORTVORVM CECILI CYPRIANI AD FELICEM.* ab alio deinde librario descripti sequuntur libelli *Ad Donatum* f. 48ᵇ—55ᵇ, *De labsis* f. 55ᵇ—67ª, *De catholice aeclesiae unitatae* f. 67—76ª, *De dominica oratione* f. 76ᵇ—87ª, *De mortalitate* f. 87ᵇ—

Codices recentiores.

W

93^{b}, *De opere et elymosinis* f. 93^{b}—102^{b}, *Ad Demetrianum* f. 102^{b}—112^{a}, *De patia* f. 112^{a}—121^{a}, *De zelo et liuore* f. 121^{a}—126^{b}, *Ad Fortunatum* f. 126^{b}—136^{b}. in calce addita est breuis ex martyrio Cypriani notitia*). hunc codicem quem uir doctissimus Ant. Ruland eximia liberalitate Vindobonam transmisit post Krabingerum iterum diligentissime contuli, ut quotienscumque alia atque Krabinger testatus sum, mei erroris quaeuis suspicio sit procul habendā, quod etiam de B et M libris dictum uolo. **Codicis W apographa.** ex Wirceburgensi codice, priusquam correctoris manum (W^{2} uel W m. 2) expertus est, saec. IX undecim descripti sunt libelli, I. IV. VI. V. VII. VIII. XI. X. XII. XIII. IX., asseruati hodie in codice Monacensi lat. 4597 fol. 65—164, quod Krabingerum quomodo fugere potuerit non intellego; ex Monacensi 4597 idem eodem ordine in alium Monacensem quondam Tegernseensem 174 fol. 215 sq. migrarunt (cf. Krabinger *Cypr. auserlesene Schriften aus dem Lat. übersetzt,* Aug. Vind. 1848 p. XII). equidem Monacensem 4597 ad correctorum manus in W certius dinoscendas non sine magno commodo adhibui. **Eius auctoritas.** Wirceburgensem Krabinger cum inter omnes quos habebat ex Germaniae bibliothecis congestos optimum iure haberet, melioribus inuentis hanc auctoritatem is iam deposuit. sane in eo uerba singula pluraue rarius quam in S omittuntur, non ita saepe uulgaris sermonis pronuntiatione uel librarii neglegentia deprauantur; sed plurima insunt uel fallaci interpolatione correcta**) uel explicandi causa addita***). uerum haec uitia secundi ordinis codices habent plus

*) *Aput cartaginẽ die XVIII. kl. octobris inducto Cypriano eadem inter cetera Galerius uc. proconš. affricae ei dixit: tu es Tascius Cyprianus. respondit. ego. Maximus uc. dixit. tu te papatem sacrilega mente hominibus exhibuisti. Cyprianus respondit. ego. tunc proconsul elocutus cum consilio sententiam uix et aegre uerbis huiusmodi dixit: diu sacrilega mente uixisti et plurimos tibi nefariae conspirationis homines congregasti et inimicum te constituisti diis Romanis et religionibus sacris.*

*) Cf.: p. 189,5; 190,10; 191,1. 17; 192,17; 195,22; 196,16; 197,28; 204,19; 257,23; 277,25; 287,22.

***) Cf.: p. 195,6; 198,20: 223,1: 238,13; 239,17; 243,10. 21; 251,11; 253,14; 254,14; 257,10; 270,1. 24; 275,7; 286,20; 307,24; 312,18; 422,12. 15.

minus communia, inter eos W singulari integritate non raro excellit; quare optimum eum in hoc numero praedicare non dubito.*)

*) Langen cum huius editionis nuper censuram ageret (cf. *Theologisches Literaturblatt* 1870 p. 258 sq.), de locis nonnullis optime disputans, paucos quos ad Wirceburgensis auctoritatem exegeram attentare conatus est. sic p. 3, 10 *(ac ne loqui nostrum arbiter profanus impediat aut clamor intemperans familiae strepentis obtundat, petamus hanc sedem)* ubi ex codicibus W V *loqui* recepi pro interpolata reliquorum scriptura *eloquium* uel *colloquium*, hanc dicendi rationem exemplis destitutam esse arbitratus *loqui nos interdum arbiter* legendum proposuit. id propter *interdum* ferri nequit; sed in illo *loqui nostrum* non est quod offendas. liberioris infinitiui cum praepositionibus coniuncti exempla uel apud optimos scriptores non desunt (Cic. *de fin.* II 13 5, uid. Madvig p. 217; Senec. *de benef.* V 10 2; Hor. *Sat.* II 5 69). infinitiuo tamquam substantiuo *ipsum* additur a Cicerone *(ad fam.* XV 5 *ut ipsum uinci contemnerent)* et aliis (uid. Haasii adnotationes ad Reisig. p. 783). poetae eiusmodi adminicula non curant uelut Luc. IV 280 *perdant uelle mori.* audentior uero quam Cypriani qui in hac scriptiuncula poetae similior apparet est Valerii Maximi oratio VII 3 7: *Fabius Maximus cuius non dimicare uincere fuit.* — p. 6,2 *(desperatione meliorum malis meis uelut iam propriis et uernaculis et fauebam) et fauebam* quod solus W habet genuinum corruptela reliquorum *effauebam* confirmari putabam; nam quod in P legitur *fauebam* manifesta emendatio est, nec ea praua. deprauatio autem est quae apud Augustinum occurrit *affauebam* a Langeno probata. nam affauendi uerbum non rarum est, sed nullum. praeterea illud *et* Cypriano est familiarissimum; cf. p. 9,9. 12. 13; 10,23. 28; 193,16; 194,6; 203,21; 214,24. — contra p. 233,12 auctoritas codicis Wirceburgensis mihi non tanta uidebatur, ut superfluum illud *et* inde reciperem (recipiendum esse putat Langen), cuius origo geminatae proximi *euigilet* syllabae finali debetur. — simili de causa p. 213,5 *etiam* quod post *ecclesiam* Seguierianus omittit (quo mendorum genere nihil in eo frequentius, cf. p. VI) retinui et contra Langeni sententiam etiam nunc retinendum esse censeo. — idem p. 211,26 *(uelut ministros iustitiae adserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei) adserentes* in *adferentes* mutauit. uereor ne eandem medellam omnibus locis adhibere addubitet. *adserere* enim pro *affirmare* uel *defendere* apud Cyprianum saepissime occurrit p. 337,5; 597,16; 605,1; 661,11; 671,8; 682,7; 758,23 etc. (uid. indicem) — p. 225,8 *(adimplentur quaecumque praedicta sunt et adpropinquante iam saeculi fine hominum pariter ac temporum probatione uenerunt)* lenissima Langeni coniectura est in quam ipse incideram *euenerunt* pro *uenerunt* scribentis, sed inutilis. sic enim loquitur Cyprianus: p. 253,2 *nisi si haec deo ignorante gesta sunt aut non permittente ipso omnia ista uenerunt,* 364,20 *quicquid . . . uenerit pari sorte perpetiamur.*

G Codex Sangallensis G saec. IX continet libellos *De dominica oratione, De patientia, De opere et elimosinis, De XII abusiuis saeculi, De mortalitate, de ecclesiae unitate* (cf. Halm *Verzeichniss der ältesten Handschriften lat. Kirchenväter in den Bibliotheken der Schweiz, p. 29*). hic codex cum unus inter reliquos cum uetustissimis illis testibus *S**) *F***) *V****) saepius faciat, speciosiores formas nulla corruptione oblitteratas hic illic exhibeat, non nullius est pretii atque in lectionibus aestimandis eo maioris momenti, quia propter continuam cum W discrepantiam ex diuerso fonte fluxisse censendus est. cum uero subtilioris interpolationis uestigia non desint****), diligenti cautione opus est; sed tamen nonnulla in eo emendatius lecta inuenisse mihi uideor uelut p. 267,5; 300,5; 310,1; 375,2; 382,8, quae utrum coniecturae debeantur an ex integriori archetypo seruata sint, non definio: nam uel in deterrimos interdum codices, qualis non est Sangallensis, casu quodam optimas scripturas irrepsisse quis nesciat? sed licet sint coniecturae, omnes ueritatis numeros in se habere non est diffitendum.

D D codex Parisiensis 13047 (olim Sangermanensis 841) ex diuersis non eiusdem aetatis quaternionibus conflatus Cypriani libellos *De mortalitate* fol. 125[a], *De zelo et libore* f. 135[b], *De aleatoribus* f. 144[a], *De habitu uirginum* f. 149[b] continet, et hi quidem ex alterius familiae archetypo, ex quo M Q T aliosque deriuatos esse infra docebo, deprompti saeculo nono exarati uidentur; carmen uero *Ad Fortunatum de resurrectione mortuorum* f. 109[a]—112[b], quod operum index codici praemissus Cypriano ascribit, litteris uncialibus scriptum saeculo VII uidetur assignandum (cf. L. Delisle *Inventaire de manuscrits de Saint-Germain-des-Près.* Paris 1868 p. 86). quem librum

*) Cf.: p. 298,10. 13; 304,7; 313,16 sq.; 375,1 (377,19): 380,4; 381,7; 384,14; 385,7. 20; 404,10; 409,7; 411,10.

**) Cf.: 374,7. 24; 378,1; 380,5.

***) Cf.: 229,17; 272,3 (cf. 276,14; 278,17; 279,8); 273,2; 274,14; 283,16.

****) Cf.: 269,22; 273,23; 275,1; 276,20; 281,14; 283,16; 284,25; 285,11; 287,9; 289,16; 290,23; 292,13; 293,17; 308,10; 313,7; 373,20; 387,1. 18 etc.

cum reliquis alterius familiae testibus integriorem et permultis locis contra W facere uiderem, ad emendandos libelles IV et XIII adhibui, quo magis accedente alterius codicis diuersae stirpis auctoritate receptae lectiones confirmarentur.

Reliquos codices quorum uariantem lectionem degustaui, dico Bambergensem (B) theol. 476 saec. XI, Parisiensem (C) 12126 BC
saec. IX, Vindobonensem (L) 962 saec. IX, Monacensem (M) 208 LM
saec. IX, Parisiensem (P) 1647 A saec. IX, Reginensem (R) 116 PR
saec. IX, Reginensem (T) 118 saec. X, altero huius disputationis T
capite in tres diuersae auctoritatis familias diuidi accurate demonstrabo. in libellorum emendatione iuxta Seguierianum secundarias partes et ipsi agunt. quibus cum solis libellus II *Quod idola dii non sint* inscriptus exhibeatur, eius emendatio eadem atque epistularum lege continetur.

Peculiaris est condicio libelli III *AD QVIRINVM*, qui uberrimis sacrorum librorum fragmentis consistit. Libri tres Ad Quirinum. cuius uetustioribus codicibus cum locupletissimam memoriam interpretationis Italae quam dicunt ueteris seruari uiderem, genuinam eius interpretationis formam, quem primarium sermonis uulgaris fontem esse inter uiros doctos constat, accuratius quam adhuc factum est enucleare diuersarumque recensionum testes integriores excutere studui. sed diorthosis multis difficultatibus erat implicata, ut quae uellem perficere non possem. nam pluresne fuerint ante Hieronymum sacrorum librorum ueteres latinae interpretationes an una posteriorum cura pluribus recensionibus emendata, ubi ea eiusue recensiones factae sint, quae a quibus scriptoribus usurpatae, adhuc ignoratur, quamuis post Sabaterii amplissimum opus, qui primus uersionis antiquae reliquias tum cognitas omnes collegit (*Bibliorum sacrorum Latinae uersiones antiquae seu uetus Italica* Remis 1742), in lucem prolatis sanctorum librorum codicibus qui diu neglecti iacebant noua materia hodie accreuerit*), qua quaestiones illae certius et rectius quam a Sabaterio

*) Cf. Blanchini *Euangeliarium quadruplex Latinae uersionis antiquae seu ueteris Italae* Romae 1749, Blanchini *Vindiciae canonicarum scripturarum Vulgatae Latinae editionis* Romae 1740 — Griesbachii *Symbolae crit-*

factum est possint pertractari. deinde codices qui uulgati sunt quorum in libris ueteris testamenti summa conspicitur penuria comparare immensi laboris est. nam qui has reliquias ediderunt plerique splendidissima uolumina inhumano pretio exposita denegari magis quam communicari doctis hominibus uoluisse uidentur. quare dolendum est Sabaterium, cuius collectio uel hodie maximo usui est, cum patrum ecclesiasticorum testimonia congereret rarius quam debebat adnotationes criticas excussisse; in castigandis enim scripturae sacrae testimoniis editores plerumque interpolatiores codices quam qui horridioris sermonis rubiginem fidelius seruarunt uetustiores sequi maluerunt. accedit ad has difficultates Cyprianicorum codicum condicio, in quibus eadem lectionum deprehenditur diuersitas, quae singulorum locorum uel a scriptoribus citatorum uel codicibus exhibitorum apud Sabaterium occurrit, quique adeo non concordant, ut idem in isdem uerbis pluries adhibitis scripturas ostendant contrarias. quae cum ita sint, frustra meam operam fore intellexi, si lectio-

cae p. I. Hal. 1785 — Kipling *Cod. Euangeliorum et Actorum Cantabrig.* 1793 — Rettig *Cod. Euangeliorum Sangall.* Tur. 1836 — C. Tischendorf *Euang. Palatinum ineditum siue reliquiae textus euang. latini ante Hieronymum uersi ex cod. Palatino purpureo quarti uel quinti p. Chr. saeculi* Lips. 1847 — F. Haase *Euangel. quattuor uetus lat. interpret. ex cod. Rehdigerano* (ind. lect. uniu. Vratisl. a. 1865 et 1866). — Th. Hearnius *Acta apost. graeco-latina ... e cod. Laudiano characteribus uncialibus exarato* Oxonii 1715 — C. Tischendorf *Cod. Claromontanus siue epistolae Pauli gr. et lat. ex cod. Parisiensi celeberrimo ... sexti ut uidetur p. Chr. saeculi* Lips. 1852 — Fr. Münter *Fragm. Prophet. Jerem. Ezech. ... e cod. Wirceburgensi* Hafniae 1819 — Volkmar *Esdra prophet. ex duob. mss. Italae* Tubing. 1863 — O. F. Fritzsche *Fragm. libri Iud.* Turic. 1867. *Specimen edit. crit. interpret. uet. lat. N. T.* Turic. 1867 — Jos. Cozza *Sacrorum bibliorum uetustissima fragmenta Graeca et Latina e palimpsestis codicibus bibliothecae Cryptoferratensis* Romae 1867 — *Librorum Leuitici et Numerorum uersio antiqua Itala e codice perantiquo in bibliotheca Ashburnhamiense conseruato nunc primum typis edita* 1868. (cf. Reusch *theolog. Quartalschrift* 1870 p. 32 et *Revue critique* 1870 p. 341 sq.) — Ern. Ranke *Fragmenta uersionis sacrarum scripturarum latinae antehieronymianae* Vindobonae 1868. uir doctissimus de his rebus non uno nomine optime meritus quid singuli in restituenda illa uersione praestiterint accuratius p. 5 sq. enarrat.

nes modo ex hoc modo ex illo uetustiore libro depromptas in textum reciperem nouam effingens recensionem quae nusquam exstitit, uel inter codices et aetate et auctoritate pares unum prae ceteris sequi uellem quasi uersionem a Cypriano usurpatam repraesentaret. permultos igitur huius libelli codices inspexi, ut unum inuenirem qui testimoniorum textum ad certam quandam ueteris interpretationis recensionem castigatum exhiberi firmis indiciis sponderet. est uero ita conparatus codex bibliothecae Sessorianae LVIII, saec. VIII—IX (cf. Reifferscheid *Bibliotheca* A
patr. lat. ital. p. 129), qui Augustini quod fertur *Speculum* ab Angelo Maio in *Patr. nou. bibl.* I 2 ex eo descriptum et Cypriani tres libros *Ad Quirinum* qui *de sacramentis Christi* inscribuntur continet. nam ex constanti utriusque libri in grauioribus rebus consensu quin textus ad certam quandam ueteris interpretationis recensionem castigatus sit dubitari nequit. quem codicem cum primarium ducem eligerem, eius auxilio interpretationis Cypriani exemplar genuinum restitui posse non putaui, sed ut id facilius fieri aliquando posset, si quis uir strenuus et acutus quaestiones illas quas indicaui Sabaterii exemplo susceptas pertractauerit, lectiones codicum B L M W quos diuersarum recensionum testes esse ex grauissimis multorum locorum discrepantiis apparet, in adnotationem criticam recepi. in constituenda uero ueteris interpretis oratione legentium commoditati nonnihil condonandum esse ratus non totam prouincialis latinitatis deformitatem admisi: neque enim hac in re explorata sunt omnia. multum scire interest num uetus illa interpretatio Africana latinitate conscripta fuerit, et si eius rei certe insunt indicia, quaenam sint quibusque notis Afrorum Hispanorum Gallorum propria distinguantur. Wisemanus (*Two letters on some parts of the controversy concerning 1. Joh. 5, 7 etc.* in *Catholic Magazine* a. 1832. 1833) in ea Afrorum sermonem deprehendisse sibi uisus est, contra argumenta a Wisemano prolata nihil ualere Gams (*Die Kirchengeschichte von Spanien* 1862 I p. 86 sq.) demonstrare studuit. de prouincialis latinitatis generibus nullus quaestionem instituit. nam qui nuper de uulgari sermone scripserunt locupletissimam rerum

grammaticarum materiam proponentes Schuchardt (*Der Vokalismus des Vulgärlateins* Lips. 1867. 1868) et Rönsch (*Itala und Vulgata* Marburgi 1869), hanc quaestionem non attigerunt. quare in recipiendis scripturis incertiora quaedam cautius in medio relinquenda quam audentius corruptissima quaeque et insolentissima maxime genuina habenda esse putaui.

Caput alterum.

Epistularum codices.

Libri manuscripti qua ratione ad epistulas castigandas sint adhibendi, non potest una lege quae in omnes cadat constitui, nam quod de toto Cypriani corpore dixi propter amplitudinem particulatim esse descriptum, id de hac parte quam maxime ualet. omnium uero epistularum quas Cyprianus partim scripsit partim accepit uel quas aliorum suis litteris subiecit, nullam umquam exstitisse integram collectionem cum ex librorum condicione quotquot hodie in bibliothecis asseruantur, quorum nullus omnes, pauci easdem immutato ordine, hic ille singulas epistulas bis contineant, tum inde quod Augustinum (*De baptismo contra Donatistas* VI, 16, 25) in sua sylloge epistulam 72, quae quidem in re ab illo tractata non nullius est momenti, non inuenisse ex silentio eius constat, sat certo colligitur. fortuito epistulae prout artiore uel personarum uel rerum uel temporum uinculo erant conexae in singula congerebantur corpora, quae deinde sensim in ampliores collectiones abierunt. cum uero eorum qui eas instituebant iudicium rerum singulis epistulis tractatarum uel cohaerentia uel grauitate potissimum regeretur, inde iam factum est, ut multae leuioris argumenti neglectae in paucis tantum codicibus nec aetate nec integritate insignibus, quibus inuestigandis multum laboris et temporis consumpsi, latitarent, itaque paullatim alio codice post alium reperto uniuersus epistularum numerus editionibus publicaretur. quae cum ita sint, rei criticae factitandae ratio est maxime inpedita nec una disputatio sed tot quot discerni possunt epistularum partes ex

diuersis fontibus uarie petitae quaestiones instituantur necesse est, nisi quod maiorem epistularum numerum trium familiarum codicibus contineri apparet.

Quae priusquam describantur, honoris causa de eo codice F dicturus sum qui inter epistularum codices et integritate et uetustate primum locum obtinet. est uero Bobiensis (F) Seguieriano aetate fere par et exteriore forma ita similis, ut iure gemelli dicantur, cuius disiecta membra partim Peyron *(M. T. Ciceronis orationum fragmenta 1824)* in bibliotheca Taurinensi inuenit, partim Reifferscheid ex codice Ambrosiano D 519 nuper deprompta beneuole mecum communicauit. fragmenta Taurinensia teste Peyronio p. 156 sq. saec. VI exarata sunt 'characteris italici, nulla uerborum interposita distinctione foliorum 24 folio paruo'. continent haec: fol. 1^{a} *OBTEMPERANTES IVDICII* = epist. 4 p. 476,19; f. 2^{a} *AD STEPHANVM EXP̃L INCĨP AD LVCIVM DE EXILIO REVERSVM* (*XLIII* add. m. rec.) = epist. 61; f. 2^{b} l. extr. *IGNIS EXIMERET* = p. 696,9 (deest deinde folium); f. 3^{a} *OCVLIS ADHAERIVNTIVM* = p. 697,13; f. 3^{b} *AD LVCIVM DE EXILIO REVERSVM EXP̃ INCĨP DE VICTORE QVI FAVSTINVM P̃R TVTOREM NOMINAVIT XLIIII* = epist. 1 p. 465; f. 5^{b} *AD CLERVM ET PLEBEM DE VICTORE QVI FAVSTINVM P̃R TVTOREM NOMINAVIT EXP̃ INC̃P AD MAXIMV̄ ET NICOSTRATV̄ XLV* = epist. 46; f. 7^{a} *AD MAXIMVM ET NICOSTRATVM EXP̃ INC̃ AD FORTVNATVM ET CETEROS DE HIS QVI PER TORMENTA SVPERANTVR XLVIII* = epist. 56; f. 8^{b} l. extr. *AD FORTVNATVM ET CETEROS DE HIS QVI PER TORMENTA SVPERANTVR EXPLICIT INC̃P AD MAXIMV̄ P̃R* (folium deinde intercidit); f. 9^{a} *DIGNITAS VIDEBATVR QVANDO* = epist. 54 p. 622,12; f. 10^{a} *AD MAXIMVM P̃R ET VRBANVM ET SIDONIVM EXP̃ INCĨP AD CLERVM ROMAE XLVIII* = epist. 20; f. 12^{b} *AD CLERVM ROMAE EXP̃ INC̃P CYPRIANO PAPAE P̃PR̃R ET DIACONI ROMAE CONSISTENTES XLVIII* = epist. 30; f. 19^{a} *CYPRIANO PAPAE*

PPRR ET DD ROMAE CONSISTENTES EXP INCP CYPRIANO PAPAE MOYSES ET MAXIMVS PR ET NICOSTRATVS ET RVFINVS ET CETERI QVI CVM EIS CONFESSORES SALVTEM = epist. 31; f. 24[b] *CYPRIANO PAPAE MOSES ET MAXIMVS PR EXP INCP PPRR ET DIACONIBVS FRATRIBVS.* fragmenta Ambrosiana*) partem extremam epistulae 57 inde a uerbis *DNO VEL INPORTVNAE CENSVRAE* = p. 655,15, epistulam 52, 47 numero *XXXVII*, 45 numero *XXXVIII* et 41 numero *XXXVIIII* recenti saec. XV manu insignitas, deinde partem epistulae 44 usque ad uerba *PROBATIONIS ADVER* = p. 598,3 continent.

Codicis F auctoritas. iusto iniquius de his uetustissimis fragmentis Peyron p. 163 iudicat, qui nonnullas uariantes natiuum Cypriani textum repraesentare dicat plerasque uero librarium litterarum latinarum imperitum induxisse. sane si cum Seguieriano libro Bobiensem comparaueris, eius integritate tam inferior est, quam reliqui epistularum codices libellorum plebeculam uirtute superant. sed menda libri ita non sunt comparata, ut eius auctoritatem minuant: lacunis, quo mendorum genere scatet Seguierianus, ipse est fere immunis, saepius omittens singulas uoces exiguas, raro ductuum similitudine fallente plures**), illoque idem parcius additamenta in orationem recepta exhibet***); correctionis

*) De his fragmentis scripsit mihi Reifferscheid: '*Sie finden sich in dem Ambrosianus D 519 Inf. (fol. 2 col. foliorum 218 saec. XI in.), welcher Cassiodorius de psalmis CI—CL enthält und aus Bobbio stammt. Vorn und hinten finden sich je zwei Blätter der alten Handschrift angeheftet, und zwar so, dass die Blätter, ursprünglich einem Codex in Quart angehörend, nicht wie früher in der Mitte durchgebrochen, sondern auseinandergefaltet und quergelegt dem Folioformat des Cassiodorius entsprechen. Unten und oben (nach ihrer jetzigen Lage) sind die Blätter meist stark beschnitten und die Columnen dadurch beschädigt. Die Handschrift ist in 2 Columnen geschrieben. — Die auf diese Weise erhaltenen Blätter gehören zusammen und bilden einen (16?) Quaternio.*'

**) Cf.: p. 466,2; 527,22; 549,13; 552,13; 553,16; 597,16; 600,10. 15; 604,9; 616,7; 617,12; 619,7; 649,12. 16. — 478,2; 553,16; 604,6. 10; 618,4; 620,2; 623,22.

***) 560,14 *inquit*, 600,13 *nostris*, 605,5 *possimus*, 623,7 *uentitabrum* (i. e. *uentilabrum*) et *putet*.

suspicionem mouent pauca*). quae uero mendose scripta in eo insunt, ea communia habet cum omnibus eius aetatis libris manuscriptis nec ea laude carent, ut in iis hic illic non ueri uestigia quamuis tenuissima eluceant**). scripturae denique quas exhibet eo se commendant, quod maximam partem cum codicibus optimarum quas describam familiarum primae et alterius faciunt, non paucae illas integritate quae decet uetustiorem superant, quod triginta fere locis uidisse mihi uideor, qui receptarum lectionum numerus in tanta reliquiarum exiguitate non nihil ualet. ceterum propinqua eius cognatio cum codice parente, ex quo primae alteriusque familiae archetypi propagati sunt, inde cognoscitur, quod cum his in scripturis etiam peculiari errore aperte uitiosis non raro consentit***).

Scriptorum Cyprianicorum maxima pars in eisque grauioris argumenti epistulae omnes codicibus quos in commentario critico siglis LNP MQT CR notaui seruantur uel omnibus uel conpluribus. eorum uero tres distingui possunt familiae. primae (LNP) et alterius (MQT) familiae archetypi saeculo VII uel VIII litteris uncialibus exarati fuisse uidentur, tertiae familiae (CR) archetypus epistulas ab altera puto familia acceptas insigni grammatici cuiusdam recensione ostendit emendatas. in crisi factitanda principem locum obtinet familia prima, cuius praestantia non tam librarii religiosa cura aut antiquitate quam interpolationum simplicitate atque etiam mendorum prima forma cernitur, quamquam et ipsa errando et interpolando grauissima uitia traxit. quae ad tollenda altera familia plurimum ualet. summa cautione adhibenda est sublestae fidei tertia, ita ut primae alteriusque consensus maximam habeat auctoritatem, quae tota ad alteram redit in eis epistulis quae non nisi ipsius et tertiae codicibus continentur. praeter epistulas ex archetypis

Codices in tres familias diuisi.

*) Cf. p. 466,16; 467,3; 549,5; 600,3; 604,13; 649.24; 655,21.

**) Cf. p. 476,14; 555,13; 558,4; 564,9; 598,2.

***) Cf. p. 605,19 *eidem] idem* FLPQ; 618,17; 648,9; 649,12. 15. 16 etc. — 624,2 *remeastis* QT, *remeabunt* FL; 527,13; 601,7. 13; 604,7. 14; 617,3 etc. — 618,1 *fax] pax* FQ, *pacem* LP; 467,8; 601,20; 602,2; 605,1. 25; 616,13 etc.

propagatas singuli codices paucas aliunde receperunt, quarum emendatio quibus legibus regatur suo loco breuiter dicetur. accuratius de singulis trium familiarum codicibus agendum est, quorum comparatione ad cognoscendas deperditorum archetyporum scripturas peruenitur.

Codices primae familiae.

Primam igitur familiam constituunt codices LNP. L signaui codicem Laureshamensem nunc Vindobonensem 962 saec. IX (cf. Laure sh. bibliothecae catalogum in *Spicileg. Rom.* tom V p. 188 ab Angelo Maio publicatum: XLII, 2 *item Caecilii Cypriani epistulae numero XLIII in alio codice*), N Casinatem 204 saec. X, P Parisiensem 1647 A saec. IX, quem alii qui antea usurparunt Thuani uel Nic. Fabri uel uetustissimum Colbertinum uocant. eos artissimo affinitatis uinculo conecti cum scriptorum ordo his tribus communis tum lectionum concentus demonstrat. quot libellos epistulasque huius familiae archetypus continuerit, cum quae apographa peculiaria habeant utrum ex archetypo seruata sint an extrinsecus recepta non liqueat, certo definiri nequit. communia autem exiguis discrepantiis exhibent haec: libros tres *Ad Quirinum* = libellum III*), deinde epistulas 63. 6**). 55. 10 (10 omittit hoc loco NP). 28. 37 (om. hoc loco P). 11. 38 (38 om. hoc loco P). 39. 58 (58 om. LN). 60***). 76. 73****). 71. 70. *Sentent. episc.* (= lib. XIV). 74. 69. 67. 64. 2. 13., libellum *De*

*) Breuitati studens hic et postea libellos litteris Romanis, epistulas Arabicis signaui; numeri ipsi ad hanc editionem redacti sunt.

**) Finis huius epistulae et initium proximae deest in P, qui media columna 512 (columnae numerantur codicis bipartitis paginis scripti) exhibet *animam et cor* † *sacrificatis in exitu* (= pag. 482,10 et 636,8) annotante recenti admodum manu: † *ad signum supra positum deest de superiori epistola unum folium in fine, Et de subsequenti epistola in principio fere quattuor folia.*

***) Medio folio 62^b lin. 8 L omittit uerba *diter deum* p. 692,13 — *confessione nomi* p. 694,14 eaque inserta inueniuntur fol. 63^a l. 16 post uerba *fastigium cla* epistulae 76 p. 828,15.

****) Fol. 65^b praemittit L epistulae 73 inscriptionem *Incipit ad Iuuaianum de hereticis baptizandis epistulas numero tres* (similem T: *Incipit ad Vrbanum de hereticis baptizandis epistola III*). epistulam 73 excipit 71 *Ad Quintum,* quam sequitur epistula 70, cuius subscriptio est *Ad Iubaianum de hereticis baptizandis epistola n. III.* inscriptio eius in L non apparet, in P est: *Incipit ad Iuuaianum liber secundus.*

laude martyrii (om. hoc loco P). 43. 65. 52. 1. 56. 3. 47. 45. 48. 44. 61. 46. 57. 59. II. 66 (inuerso ordine 66. II. P, omittit utrumque hoc loco N). 40.; postea adduntur in L epistolae 4. 72. 51. 54. 32. 20. 12. 30.; in N 4. 72. (71?). 7. 5. 14. 49. 51. 54. 20. 12. 30. II. 66. *Cena Cypriani* et *Oratio* II; in P nihil praeter libellum *De laude martyrii*. praemittitur uero iis quae communia sunt his tribus, in L nihil, in N epistula 10 *Ad Siluanum et Regianum martyres in metallo constitutos* inscripta et libellus *Ad Fortunatum* (IX). in P uero folia 147 praecedunt quibus continentur libelli I. X. IX.; deinde epistulis 37. 38. 10 interiectis libelli V. VII. VIII. XI. XII. XIII. IIII*). VI. haec opera maximam partem ex uno eodemque archetypo deriuatos esse ut credamus, praeter eundem ordinem seruatum scripturae permultae faciunt tribus codicibus eisque solis propriae et omnibus apicibus ita similes, ut nisi eas ex communi fonte inrepsisse statueris, explicari non possint. speciminis loco haec pono:

Lectio uera.	Lectio codicum LNP.
p. 507,3 *ut deprehensus*	*inde prehensus*
p. 528,21 *iudicatus*	*iudicaturus*
p. 591,12 *immo et*	*minuet*
p. 592,25 *rebelletur*	*reueretur*
p. 594,2 *qui abiciunt*	*quia dicunt*
p. 594,21 *a domini uiis*	*a dominicis*

*) Medio libello col. 346 desinit uetus manus in uerba *et colorare lanas docuit* (= p. 197,18), incipit iterum eadem col. 347 a uerbis *ulterinis coloribus* (= p. 198,1); quae desunt recens saec. XIV manus suppleuit in calce adiciens: *transi quatuor folia ad hoc signum*)—(. quattuor haec folia uacua relicta eadem manu exarata continent haec. fol. 1 col. 1 *Qualiter sanctorum martyrum cypriani sperati / Pantaleonis reliquiae lugdunum adepte* (sic) *sint / Rector magnificus piusque princeps / Augusto Karolus decore fultus / Sceptrum nobile* etc. — fol. 2 col. 2 desinit carmen in haec uerba: *Sit nobis triplici o fauens pcatu / Pollens unica trinitas per euum INCIPIT PASSIO SCI CYPRIANI EPISCOPI. Punica terra tulit quo splendeat / omne quicquid usquam est / Inde domo cyprianum sed decus / orbis et magistrum* etc. — fol. 4, col. 2 desinit carmen in hos uersus: *Doctor denique huius est idem / quoque martyr in supernis / Instruit hic hominis illinc / pia dona dat patronus.* haec typis describenda curauit Morelius in sua editione.

lectio uera.	lectio codicum LNP.
p. 595,25 *matri*	*macri*
p. 579,1 *eius—factioni*	*eris — pactionis (pactioni N)*
p. 648,13 *ui*	*septies* *)
p. 733,15 *respexeris*	*resipueris.*

sed hi tres archetypi integritatem non pari fide seruarunt. proxime ab eo abest L, longius deflectunt NP, ut coniuncta demum duorum L et P aut L et N uel adeo trium LNP auctoritate quid in illo fuerit certius constet. atque L, quem nemo adhuc excusserat, certiorem reliquis duobus testem habeo, quia nec additamenta**) uel lectiones ex aliis codicibus petitae***) saepius in eo apparent nec fallacioris interpolationis uestigia plura (cf. 470,3; 601,12; 717,19; 773,1) inueniuntur, immo leuiora archetypi menda tentata simplicitatem potius quam callidam fraudem librarii arguunt, lacunae denique frequentes quibus NP rarius hiant ex libro nondum ad alia exemplaria emendato L descriptum esse docent. praeter librarium qui totum exarauit emendatrices manus duae possunt discerni, quarum uetustior permultos quos primarius scriptor admiserat errores correxit, conplures lacunas suppleuit, utrumque ut uidetur ad librum ex quo descriptus erat; nescio an eidem correctori debeantur, quibus totus codex interpunctus est, signa .˙. . . △****) rubricata omnibus fere locis adpicta qui ab aliis codicibus uarie exhibentur. altera manu correctiones reliquas recentiore tempore factas conprehendi uolui.

L

N Paullo longius ab archetypi integritate recedit N, cuius magnam partem, epistulas exceptis 4 et 49 omnes quae in LN

*) Quod quomodo ortum sit, codicis Bambergensis scriptura $\overset{\cdot\cdot}{\text{uii}}$ docet, gradus igitur degenerationis sunt *ui* — *uii* — *septem* — *septies*. — loca similia supra adlatis sunt: p. 470,9. 12; 471,9. 24; 505,2; 506,1; 507,8; 585,14; 586,15; 592,12; 595,9; 596,6. 20; 597,10. 18 (608,3); 599,14; 602,12. 20; 603,13; 604,5; 606,17; 607,5; 616,11; 618,1. 22; 619,7. 18 etc.

**) Cf.: p. 472,5; 596,24; 604,9; 647,13; 650,2; 670,3; 697,9; 730,4.

***) Cf.: p. 501,17; 577,15; 592,12; 625,5; 636,19; 690,20.

****) Idem signum in Parisino Sorb. 500 occurrens διορθωτέον interpretandum esse censet M. Haupt (*Hermes* I 231).

solis habentur diligentissime excussit C. Aldenhoven*). leuiores calami lapsus plures quos ex archetypo seruant L et P emendauit, lacunas suppleuit, lectiones alterius familiae substituit, non raro suo Marte aliquid tentauit**). sed modestiam huius correctoris collaudes necesse est, si cum callida grammatici arte quae in P apparet comparaueris: qui non solum ad alia exemplaria suum exemplar plerisque locis emendauit***), sed nouandi cupiditate abreptus longe plurima coniecturis hic illic peringeniosis uexauit****), unde factum est ut multae eius scripturae speciosiores quam ueriores ab editoribus reciperentur. sed cauendum est ne eandem auctoritatem ad omnes epistulas quas codices LNP continent pertinere credas. nonnullae enim non ex primae familiae archetypo propagatae sed aliunde transscriptae sunt. id cadit in epistulas 10. 37. 38 quas libellis insertas P exhibet ex interpolato fonte petitas; ex libro melioris notae idem epistulam 58, ex libro tertiae familiae alteram epistulae 69 partem recepit. nec LN in epistulis 4. 12. 20. 30. 51. 54. 72 uel N in 5. 7. 14 et L in 32, quas in calce habent ex eodem omnes libro alterius familiae simillimo deriuatas, huius familiae codicibus (MQT) integritate praestant, immo compluriens cedunt. denique tacendum non est artiorem primae et alterius familiae cognationem

P

Codicum singulorum epistulae peculiares.

*) Tituli rubricati et subscriptiones hic illic desunt, saepius manu recenti adiecti sunt. fol. 5 in simili lacuna legitur epistolium hoc: *Io. Maria Genuensis, lectori. Cum uiderem candide lector in hoc libro diui C. Cypriani, tum titulum, tum principium desiderari, Longobardis nihilominus figuris depicto, tamen quia saepius euenit ut de inemendatis inemendata nonnumquam emendata corrigantur, ne liber ἀκέφαλος esset, titulum et principium ex Eorasmiana correctione impressis exemplaribus* [illegible].


**) Cf.: p. 480,14; 499,1; 505,12; 591,10; 592,26; 595,25; 648,11 — 496,13; 497,3; 545,5; 582,25; 583,7; 591,4. 20; 593,20 — 466,14; 498,25; 508,19; 574,2. 3; 479,17; 590,15; 591,6. 14; 594,3; 729,1 etc.

***) Cf.: p. 465,5; 466,5; 508,8; 546,1; 581,20; 582,6; 583,9; 602,6; 603,11. 15; 617,20; 618,21. 23; 620,4; 637,4. 6; 641,5; 648,16; 657,8. 21; 668,11; 674,20; 675,13; 682,22; 685,23.

****) Cf.: p. 468,19; 470,6. 23; 495,13; 501,6; 604,9; 607,21; 646,22; 655,19; 547,6; 594,9; 599,1; 595,21; 603,11. 12; 605,17; 607,21; 617,2; 618,1. 8; 619,9. 10. 11; 638,10; 657,12; 667,21; 668,5; 670,8. 9; 688,11.

ex uno scilicet codice parente descendentem (cf. p. XXIX) inprimis in epistulis 70. 71. 73. 74 uideri.

Codices alterius familiae. Alterius familiae codices uetustiores qui sint et quomodo eorum cognatio in unum archetypum conuergat, hac descriptione explicatur:



Eorum archetypus. exstitit igitur saeculo octauo codex litteris uncialibus scriptura continua exaratus, quo Cypriani scripta continebantur haec: libelli I. IV. VI. VII. V. X. VIII. XI. XII. XIII. IX. III, epistulae 55. 63. 6. 58. 10. 28. 37. 11. 38. 39, libelli subditicii *Aduersus Iudaeos qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum, De aleatoribus, De laude martyrii*, epistulae 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 13. 43. 65. 1. 61. 46. 54. 32. 20. 12. 78. *Sentent. episcoporum* (= lib. XIV). 69 (in duas epistulas diuisa). 67. 64. 2. 3. 72. 12. [71. 73. 74. 66. 40. 77. 79. 31. 36.]*) 75. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56. 7. 76. 70, *Quod idola*

*) Index scriptorum codice Monacensi (M) seruatus has epistulas inter parenthesis notam inclusas, quae ex archetypo prius interciderunt quam Monacensis et Trecensis (Q) codex parens ⟨X⟩ descriptus est, ita adfert: *LVI Ad Quintum. LVII Ad Iuuaianum. LVIII Ad Pompeium contra epistolam Stephani. LVIIII Ad Florentium quem et Puppianum. LX De Numidico confessore. LXI Nemesianus Datiuus Felix Victor ad Cyprianum. LXII Felix cum suis ad Cyprianum. LXIII Moyses et Maximus prbros et conf ad Cyprianum. LXIV prbri et diac urbis roman ad Cyprianum.*

dii non sint. 4. *De duobus montibus, Hymnus de Pascha, Orat.* (= App. 146,6). *Caena. Passio.* ex hoc codice qui deperditus est fluxit apographum ⟨X⟩ nec ipsum hodie superstes. quod qui confecit et additamentis receptis et scripturae sacrae locis passim castigatis archetypi integritatem permultis locis corrupit. ex hoc apographo duo libri descripti sunt qui adhuc exstant. quorum unus est Pithoeanus (Q) saec. VIII—VIIII (cf. *Catalogue général de manuscrits des bibliothèques publiques des départements* Paris. II p. 249), qui ex Oratorianorum bibliotheca in Trecensem migrauit. ubi eum n. 581 insignitum anno demum 1868, cum editionis huius fasciculus prior in publicum prodisset, diligenter excussi: alter est Monacensis (M) 208 saec. IX. qui ubi conspirant, quod locis longe plurimis obseruatur, utriusque scripturam deperditi libri ⟨X⟩ memoriam testantem uno signo Q conprehendi uolui; ubi uero discrepant uel correcturis prima alterius utrius manus oblitterata est, quid uterque exhibeat accurate indicatur. iam uero cauendum est, ne quis his discrepantiis obiter inspectis alterum codicem ex altero fluxisse statuat. sane permultae scripturae ita sunt conparatae, ut siue Monacensem ex Trecensi siue Trecensem ex Monacensi propagatum putas, commode possint explicari. immo non desunt, quibus Monacensem Trecensis apographum esse haud absurde conicias, uelut p. 505,4 *quos*] *ut* [quos] Q, *quos* M: p. 680,15 *parricidalia*] *parricida lia* Q. *parricida alia* M: p. 762,9 *clinicos*] κλεινικωϲ [clinicos] Q, *clinicos* κλεινικωϲ M. controuersiam dirimunt meamque sententiam confirmant lacunae utriusque codicis propriae: sic Q omittit p. 518,4 *in*, 527,8 *et*, 546,1 *conatur*, 581,17 *fratribus*. 594,18 *de*. 596,6 *nos*, 625,22 *quodam*, 629,3 *qui*, 635,17 *nostram*, 636,14 *peccatoris*, 643,6 *sustineamus*, 721,8 *de ope* etc.: in M deest p. 469,19 *que*, 490,3 *patre*. 508,8 *a*, 513,7 *ac*, 520,13 *me*, 615,15 *gratulationis*, 620,2 *derelictus*. 653,19 *in illa hora*. 681,5 *prosecuntur a quibus*, 743,8. 9 *non — digni* etc. inueniuntur etiam in utroque libro ita deprauata, quae in eo ex quo descripti sunt scripturam continuam quibusdam conpendiis inter-

Codices MQ ex eodem libro descripti.

textam fuisse ostendant, quam cum pro suo captu discernerent uel interpretarentur librarii, modo in hoc modo in illo nascebantur errores, qui tamen originis communionem testantur. speciminis loco pono haec:

	Arch.	Q	M
p. 495.10	*PPBB ET DD* (cf. 525,2)	*prbris et dilectissimis*	*ppbb et dd*
p. 597,10	*DD*	*diaconus*	*diaconis*
p. 715,22	*Ñ* (cf. 602,15)	*nostri*	*non*
p. 639,6	*EPVS*	*episcopatus* (cf. 730,10)	*episcopus*
p. 621,2	*PR*	*presbyterum*	*presb.*
p. 599,15	*VRVM*	*uestrum*	*uestrorum*
p. 590,11	*F. K.*	*fratres karissimi*	*frater karissime*
p. 628,9	*ÃTE* (uirgula euanuerat)	*ad te*	*ate* (n supra)
p. 627,7	*ET* (linea transuersa litterae *T* euanuerat)	*enim*	*etiam*
p. 565,16	*QVOQVOMODO*	*quo quomodo*	*quomodo*
p. 579,9	*ROBVSTÃOLE*	*robusta mole*	*robustam olim.*

M Monacensis codex ab inerudito librario mendose scriptus archetypi lectiones nulla arte oblitteratas simpliciter seruat. quae simplicitas quanta sit inde perspicitur, quod epistularum numeros in archetypo singulis scriptis adpictos, quamuis nouem epistulis 71—36 amissis iam non in reliquas quadrarent, non tentauit, ita ut epistula 12 fol. 220[a] numerum *LV*, epistula 75 quae proxima sequitur numerum *LXV* prae se ferat. solus operum indicem qualis in archetypo exstabat recepit, quo non quot ipse contineat, sed quot ille continuerit doceamur. initium libri *Ad Donatum,* a quo codex incipit, duplici apographo exhibetur, quorum prius in uerba *secunda reparauit* (= p. 6,6) desinit. Trecen-

Q sis maiore cura exaratus neque indicem recepit et grauioribus hodie lacunis hiat. nam foliis nonnullis perditis extrema libelli *De laude martyrii* pars inde a uerbis *ornarit* (= Append. 51,20) et initium proximae epistulae 60 usque ad uerba *et ipso dolore* (= p. 693,14) interciderunt; deinde epistula 10 desinit in uerba *dñi protectione* (= p. 526,3), proximum folium omissis epistulis 26. 25. 9. 29. 56. 7. 76 incipit a *legimus litteras,* quae sunt

epistulae 70 p. 666,15. denique in calce *Oratio Passio Caena* desiderantur. totum codicem partim ex primae tertiaeue familiae libris partim ex coniectura altera manus emendauit, qua in re tanta diligentia uersata est, ut quae prima manus exarauerat permultis locis radendo expungendo suprascribendo prorsus delerentur. id uero saeculo decimo uel antea factum esse inde constat quod eo tempore liber Compendiensis E nunc Parisiensis 17349 ex Trecensi tum integro nec ullis lacunis foedato descriptus est, quem cum alios editores tum Baluzium adhibuisse, et nota multis epistulis in fronte addita *Impressa* (a Morelio eam adscriptam esse suspicor) et subscriptio solita (cf. Jaffé *Bibl. Rer. Germ.* II. p. 2 n. 1) *Absolui prid. Kal. Ian. MDCXLVI Stephanus Baluzius* testantur. Compendiensis uero non omnia ab initio quae Q offerebat scripta recepit sed alteram tantum epistularum partem inde ab epistula 60 integram. quia uolumen quamuis amplum spatiosis litteris bipartitis foliis exaratum angustioribus finibus premebatur. neque aliud prioris partis apographum ex Q uel M factum exstare uel exstitisse, dum altera illa fecunda progenie librorum et manu scriptorum et impressorum propagatur, inde licet colligere quod insignem illam libelli V interpolationem p. 212,13, quade accuratius continuo agam, praeter Q et M nullum codicem habere ex editorum silentio sat certo constat. ex Compendiensi 68 (E) alter Compendiensis 15 (quo numero nunc in imperiali bibliotheca insignitus sit nescio) saeculo XIII descriptus est; qui cum proprii boni nihil habeat, prorsus neglegi debet. nec maiore laude digni sunt Parisienses 1656 (*ω*)*) et 14461 olim Victoricus 101 (I)**),

[Margin: Codicis Q apographa: E]

[Margin: ω I]

*) Codex 1656 nitidissimus incipit fol. 1a a uerbis *care iam coeperant* quae sunt epist. 20 (= p. 528,10), deinde continet epistulas 32. 47. 54. 78. 75. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29, libellum *De montibus Syna et Sion* — fol. 21v. huius folii pagina altera et proximo toto uacuis relictis secuntur libelli I. IV. VI. V. VII. XI. X. XII. XIII. IX. III — fol. 134 nullis inscriptionibus subscriptionibusue instructi. [Margin: Codex ω]

**) Codex 14461 continet libellos VII. I (*Ad Donatum de erroribus mundi et contemptu eius*). X. XIII. XII. VIII, *De duodecim abusionibus saeculi, De duobus montibus. Quod idola dii non sint, Cena, Hymnus de* [Margin: Codex I]

saeculo XII exarati, qui paucis scripturis aliunde adscitis uel coniectura inuentis ex E uel codice gemello epistularum magnam partem, inter eas rariores omnes deprompserunt. totus uero ab eo

o pendet Parisiensis 17350 olim Orator. 9 saec. XII (o)*), nisi quod epistulas 69. 72. 12. 70 et partem epistulae 75 nescio quo casu omisit, epistulas 14. 48. 49. 50. 68. 69 ex codice tertiae familiae transscripsit, priorem uero scriptorum partem inde ab libello I usque ad epistulam 6 immutato ordine, item epistulas 6. 28. 39. 55. 58. 63 ex codice primae familiae P recepit**).

Horum codicum interpolatio. Haec codicum propagatio qualis sit et quomodo sensim ab origine degenerauerit, uno explicabo exemplo. adnotatio critica ad epistulas 7. 9. 12. 17. 18. 19. 25. 26. 29. 53. 72. 75 potest suppeditare plurima. cum Cyprianus p. 521,14 sic scripsisset *potens est diuina misericordia medellam dare. properandum tamen non puto nec incaute aliquid et festinanter gerendum,* ex archetypi scriptura *PROPERĀDVM* facillimo errore in MQT factum est *properam dum,* quod ut structuram efficeret Q² mutauit in *medellam dare properam, dum tamen non putem.* quae coniectura quid sibi uellet cum E nesciret, in describendo puto ex *properam* fecit *properamus* sententia structuraue nulla

Pascha dñi, deinde capitulis epistolarum interiectis epistulas 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 69. 70. 72. 75. *Sentent.* 64. 2. 4. 13. 3. 67. 65. 1. 43. 46. 53. 54. 32. 20. 12 (quae inscriptionem prae se fert *Exemplar epistolarum tredecim quas misit Cyprianus Romanis quarum prima est Cypriani ad clerum quod non posset temere Cartaginem uenire et ut his confessoribus qui in carcere sunt constituti humanitas omnis prebeatur*). 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56. 7. 76. 61. 78, *Oratio Cypriani (Agios Agios), Oratio Cypriani quam sub die passionis suae dixit, Passio Cypriani.* epistulae 60 .... 51 et 16 .... 76 ex codice E uel eius simillimo fluxerunt. reliquae uelut ep. 75 ex alio libro haustae uidentur.

Codex O *) Codex 17350 continet libellos I. X. IX., epistulas 37. 38. 10. libellos V. VII. VIII. XI. XII. IV. VI, epistulas 30. 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 13. 43. 65. 1. 60. 46. 54. 32. 20. 12. 78. 67. 64. 2. 3. 14. 49. 50. 68. 75 (initium tantum usque ad uerba *longe positis* = p. 811,17). 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56. 7. 76, *Quod ydola dii non sint,* 4, *De duobus montibus.* 6. 55. 28. 39. 58. 69 (inde a uerbis *quaesisti etiam* = p. 760,14). 48. 66. 40. 63.

**) De codicibus i ϱ et aliis ex parte a familia II pendentibus infra agam.

idque in ω inrepsit. E² i. e. corrector in coniectando nec timidus nec imperitus fortiore medella usus scripsit *dare, dum tamen non putent propere nec,* quam infelicem coniecturam secutus o exhibet *dare non putent propere tamen*. sic emendationis conatus ab altera manu Trecensis uel Compendiensis facti in reliquis omnes fere apparent interpolatione plerumque longius serpente, uelut p. 521,16 *ne si* quod supra *dum* Q² scripserat, in reliquos Eω migrauit. p. 522,12 cum frequenti mendo in MQT eorumque codice parente *quod magis* pro *quo magis* scriptum fuisset idque ab E receptum, E² a traditis longius deflectens coniecit *quanto magis,* quod in o i ϱ et editiones inrepsit, ω uero *quod* in *hoc* mutauit.

T Ex eodem familiae alterius archetypo, sed nouem illis epistulis nondum truncato factum est alterum apographum ⟨Y⟩, quod et ipsum interiit: sed quaecumque continebat in ampliorem recepta sunt collectionem scriptorum quae seruatur codice Reginensi (T) 118. saec. X, in Reifferscheidii *Bibliotheca patr. lat. it.* p. 337 descripto; ea continentur haec: libelli I. IV. VI. V. VII. XI. VIII. X. XII. XIII. IX. III, epistulae 63. 6. 55. 10. 28. 37. 11. 38. 39. 58. 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 13. 43. 65. 1. 61. 46. 66. 54. 76. 73. 71. 70, *Sentent. episcoporum,* 74. 69. 67. 64. 2. 32. 20. 12. *De laude martyrii,* 40. 78. 79. 76. 77. *Quod idola dii non sint,* 30. 31. 70. 5. 7. 14. 4. 56. 3. 72. 12. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 27. 23. 24. 21. 22. 8. 35. 36. 33. 49. 50. 34. 41. 42. 80, *Aduersus Iudaeos qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum, De aleatoribus, De duobus montibus. Ad Vigilium episcopum de iudaica incredulitate, Caecilii Cypriani uita per Pontium diaconum (Incipit uita Cypriani antestis di* cod.). *Ad Flauiam Felicem de resurrectione mortuorum, Caena, Oratio, Oratio quam dixit sub die passionis suae, Passio Cypriani.* ex Reginensi libro codex olim Baluzianus nunc Parisinus 1658 (t) saec. XIII nitidissime descriptus est, praeter epistulam 12 omnes [illegible] *Pontianum* libellum. *Expositionem* [illegible] ordine scripta [illegible] Codicis T apographum

uel nonnullos Reginensis errores correctos nouasque scripturas deprehenderis receptas, ne in aliam opinionem inducaris, cauendum est. nam is cui rubricarum cura relicta erat inscriptiones partim ex aliis codicibus deprompsit partim quae fusius enarrabantur in T, ut singularum epistularum argumenta continuo cognoscerentur, breuibus conprehendens ex suo ingenio confecit*). librarius uero locos corruptos uel quos habebat ubi in T inuenit, spatium uacuum reliquit, quo nisi forte postea oblitus est, aliunde meliora recepit, cuius rei conplura exstant exempla in adnotatione critica ad Cypriani Vitam et libellum subditicium Appendicis VIII, quorum ad emendationem eum adhibui. ex eodem
h codice T Vossianus lat. 7 saec. X (h) quas exhibet epistulas recepit. continet uero haec: libellos I. IV. VI. V. VII. XI. VIII. X. XII. III., epistulas 6. 10. 28. 37. 11. 38. 39. 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 61. 46. 78. 13. 43. 76. 77 et partem libelli II**). de aliis scriptorum collectionibus quarum partes certe a Reginensi pendent paullo post agam. hic iam accuratius in ea inquirendum est quae alterius familiae archetypo debentur. hunc enim uel
Scriptorum collectio in T codicem potius ex eo ortum ⟨Y⟩ is qui collectionem qualis in T est composuit inprimis expilauit: nam praeter epistulam 75***)

*) Cf. inscriptiones epist. 5: *Incipit ad clerum sicut supra* T, *Incipit ·II· ad clerum de cu. pau.* t — epist. 8: *Incipit rescribens Celerino Luciano* T, *Incipit epistola rescripta ad Cyprianum a clero Rome* t — epist. 21: *Incipit epistola Celerini ad Lucianum petens pro nomine Numeriae et Candidae ut eas in mentem haberet quae Numeria ut dicit premium dedit ne sacrificarent* T, *Incipit epistola Celerini ad Lucianum* — epist. 24: *Incipit epistola Caldonii Cypriano et clero de eis qui sacrificia et postea exhorrentes facti sunt et pacem postulauerunt* T, *Incipit epistola Caldonii ad Cyprianum et clerum missa* t.

**) Libellos ex aliis fontibus petisse uidetur, fortasse nonnulla ex G uel eius archetypo cum quo saepissime facit. quam uero ii sint interpolati, ex uno uidere licet exemplo quod supra p. XI n. apposui.

Epist. 75. ***) In constituenda huius epistulae lectione animaduertendum est eam ad uerbum de graeco expressam esse. itaque nonnulla explicantur frustra ab editoribus tentata, quae alioquin locum non haberent. uelut p. 815.20 *nisi si his episcopis qui nunc minor fuit Paulus* (= τοῖς νῦν, cf. Luc. 7,32 *ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις* = *infantibus qui in foro sedentibus*; uid. Rönsch p. 443), p. 818.17 *apud quos sine dubio idem error*,

Romanis theologis etiam posteriore tempore ita odiosam quam Latinius ‘hominis petulantiam detestatus’ (cf. *Bibl. sacr*. p. 177) exstirparet imperfectamque codicis o librarius relinqueret (cf. p. XXXVIII) et *Hymnum de Pascha* qui postea demum in codice ⟨X⟩ additus esse potest. nihil exstat in T. quin in MQ reperiatur. sed nouem illae epistulae 71. 73. 74. 66. 40. 77. 79. 31. 36, quae in MQ non apparent. quas uero in archetypo fuisse ex indice codicis M constat, in hoc solo inueniuntur. ordo uero scriptorum mire conturbatur. nisi quod primi duodecim libelli proximaeque epistulae uiginti sex uno fere tenore descripti sunt et in reliquis uelut epistulis (69. 67. 64. 2) (32. 20. 12) (3. 72. 12) (53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29) sese excipientibus pristini ordinis uestigia conspiciuntur. qua in re casum magis quam consilium regnasse id quoque probat quod nec quae bis archetypo ferebatur epistula 12 semel et quae semel in illo occurrit 70 bis descripta est. in unum uero archetypum conuergere MQ et T archetypi errores uel leuissimi summa constantia his solis seruati optime confirmant. uelut p. 485.11 *propria*] *propia* MT. 503.11 *fuerunt*] *fuerant* MQT, 503.13 *terminus*] *terminos* MQT. 504.4 *relinquerunt* MQT. 513.13 *quidem*] *quid* MQT. 514,10 *factam*] *facitam* MQT. 515,16 *pati oro*] *patior* MQT. 517.5 *adrupta* MQT, 521.14 *properandum*] *properam dum* MQT. 522.9 *inspecta uita*] *inspectauit* MQT, 524.10 *ut a*] *una* MQT. 525.5 *deposita*] *disposita* MQT. 526.14 *largiente*] *largienter* MQT. 547.16 *me misisse*] *meminisse* MT, 622.2 *necteretur*] *necteneretur* MQ. *nectenerentur* T, quibus addi possunt similia sexcenta. [illegible] MQT [illegible]

[illegible] p. 822.2 [illegible] cf. 821.9 [illegible] 811.17 [illegible] 446 [illegible] 811.8: 813.11: 819.16.

discrepantiae uero quae in leuioribus rebus obseruantur quandam in archetypo labem uel scripturae conpendia quaedam fuisse arguunt, uelut p. 469,13 *qua*] *quia* MQ, *quas* T; 471,23 *praeposito*] *praeposo* Q[1], *praetioso* M, *p̃tio* T; 503,13 *martyrii*] *martyriis* MQ, *martyria* T; 516,10 *accepit*] *aceopit* MQ, *acoipit* T, 517,15 *salute*] *salutem* MQ, *salutate* T; 540,7 *salutate*] *salutate* M, *salutem* T (fuit enim in archetypo *SAL ṼT̃*, cf. p. 565,21; 620,7).

Codd. MQ interpolationes. Cum uero ex uno archetypo MQ et T ortos esse his argumentis sit certissimum, quamcumque habent lectionum diuersitatem (ea uero non exigua est) extra archetypum i. e. in codicibus ⟨X⟩ et ⟨Y⟩ eam natam esse statuamus necesse est. neque latet qua ratione horum uterque interpolatus sit. MQ uel eorum codex parens summam audaciam ostendit in scripturae sacrae testimoniis castigatis, quae ad certam quandam latinae interpretationis recensionem corrector constantius exegit ut, id quod in integrioribus libris hic illic obseruare licet atque ab auctore ipso uidetur profectum, eadem uerba pluribus locis adhibita grauius discrepare rarius deprehendas; uelut 470,25 *principem plebis tuae non maledices* T et reliqui exhibent, *principem populi tui non maledices* MQ; 671,18 *principi tuae plebis non maledices* LPCR, *principem populi tui n. m.* MQ; 481,9 *iustorum* CLNRPT, *sanctorum* MQ (itemque 129,6; 344,16; 481,9; 492,2; 831,14); 483,14 *uerbo* CLNPRT, *sermone* MQ (cf. 121,13; contra 660,15); App. 49,7 *qui in agone currunt multi certantur* LST, *qui in stadio currunt multi currunt* MQ (ita enim est p. 141,4; 329,22; 493,1)*). qua in re diligens correctoris cura quanta sit uno uolo probari exemplo: p. 471,5 ubi reliqui codices exhibent *offer donum,* in MQ est *offers,* optima illa uulgaris sermonis forma (cf. Rönsch *Itala* p. 294) ex libro scilicet antiquo petita. nullum uero interpolationis genus frequentius est in MQ quam quod additamentis continetur. quae cum eadem pleraque simi-

*) Cf. 675,4 = 750,10 = 172,14 = 218,11; 715,13 = 743,1 = 169,14; 716,10 = 426,20; 736,24 = 723,18 etc.

haue recepta inueniantur similibus locis, ea non tam casui uel subitario legentium studio quam homini certo consilio totum opus pertractanti deberi credendum est. sic propter asyndeton adicitur *et* 430,15; 620,6; 222,24; 225,14 similique consilio *ut* in *et* mutatur 578,23, inseruntur *inquit* 210,14; 221,13; 225,19; 227,8; 228,17; 230,23; 232,19, *dicit* 225,21; 323,27, *quoque* 214,2. 15; 223,20; 227,15, *enim* 221,3; 223,19; 661,26, *autem* 220,20; 232,26, *domini* 476,16; 623,14; 658,29; 704,7; 709,6, *mundi* 321,11; 482,1, *suus* 214,13; 482,11; 527,18; 597,17; 640,24, *in* 476,12; 499,24; 580,8; 594,3; 707,16 et sexcenta alia. num pro *et — et* simplex *et* consulto scriptum sit (210,24; 216,21; 223,17; 483,19; 527,5; 624,17; 657,5; 743,18) non definio, quamuis in eisdem formulis frequens consensus correctionis suspicionem moueat: contra geminata uox *et* (547,7; 605,6; 707,17) fortuita uidetur. sed modestis his interpretamentis non contentus longe maiora admisit. uerba enim libelli *de catholicae ecclesiae unitate* p. 212,8 sq.: *loquitur Dominus ad Petrum: ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus — quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis. super unum aedificat ecclesiam, et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: sicut misit me pater — si cuius tenueritis, tenebuntur, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una monstretur. quam unam ecclesiam etiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona domini designat et dicit: una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae. hanc ecclesiae unitatem qui non tenet tenere se fidem credit? qui ecclesiae renititur et resistit in ecclesia se esse confidit?* quae sic a Cypriano conscripta esse optimorum uetustissimorumque codicum consensu constat. theologus puto Romanus praeuius ille primatus infallibilitatisque in hunc modum foedissime interpolauit: *loquitur* Interpolatio de primatu Papae.

Dominus ad Petrum: ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus — quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis. et idem post resurrectionem suam dicit: pasce oues meas. super unum aedificat ecclesiam et illi pascendas oues mandat suas, et quamuis apostolis omnibus parem tribuat potestatem, unam tamen cathedram constituit et unitatis originem atque rationem sua (sic est legendum, *adque orationis suae* M¹Q¹ sed *atque* deleuit M²Q²) *auctoritate disposuit. hoc erant utique et ceteri quod Petrus, sed primatus Petro datur ut* (*et* M¹Q¹) *una ecclesia et cathedra una monstretur. et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur. hanc et Pauli unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui cathedram Petri super quam fundata ecclesia est deserit, in ecclesia se esse confidit?* en manifestum alterius recensionis exemplum, quam qui confinxit in locum genuinae sententiae reponi uoluisse censendus est; nam non poterat non expungere quae interpolationem proderent, immo ipsius doctrinae repugnarent. sed ille qui codicem ex quo M et Q orti sunt additamentis instruxit, alteram recensionem integram post scriptoris uerba *super unum aedificat ecclesiam* recepit in calce uerbis isdem *super unum aedificat ecclesiam* adiectis, quibus interpolata et genuina consarcinarentur. alterum additamentum maius in ipso initio codicis reperitur. epistulae enim *Ad Donatum* M et Q praemittunt epistolium illud ficticium *Donati ad Cyprianum* quod epistulis spuriis in Appendice huius editionis (p. 272,3) adieci. sed haec correctoris manus quae in addendis uocibus manifesta apparet, nescio an eadem in omittendis agnoscatur, uelut p. 475,2; 516,11; 632,25; 638,24; 673,15. neque uero coniecturis ea prorsus abstinuit, sed conatus plerique rudem admodum artem produnt (cf. 214,24; 224,2; 226,5; 227,11 sqq.; 477,17; 496,4; 500,5; 508,19; 518,7 = 668,6; 519,2; 627,16; 630,19; 702,13; 705,7). omnia uero id genus longe frequentiora in libellis obseruantur quam in epistulis, quare in eorum crisi cum testes integerrimos haberem, iure me M et Q neglexisse arbitror. nisi coniectura audacior

esset, huius correctoris memoriam trium epistularum subscriptione testatam seruari putarem. in calce enim epistulae 28 et 37 legitur in MQ *EMENDAVIT IVSTINVS ROMAE* idemque occurrit nisi quod uox *ROMAE* desideratur post epistulam 39, quae coniunctarum in plerisque codicibus octo epistularum (63. 6. 10. 28. 37. 11. 38. 39) agmen claudit. sed utrum Iustini cura his paucis epistulis se continuerit an plura uel omnia conplexa sit, utrum memoria eius ex alterius familiae archetypo propagata sit an extra eum in codice demum Monacensis et Trecensis parente Iustinus quidam Romae artem criticam factitauerit, nescimus. Codd. MQ subscriptiones.

Codex Reginensis (T) in permultis rebus stirpis originem integrius quam M et Q seruauit, in quo nec scripturae sacrae testimonia castigata nec tot interpretamenta recepta sint. sed lectiones ille ex aliis codicibus adscitas saepius admisit nec coniecturis*) prorsus liber est, quod in codice non mirandum, qui a Monacensis et Trecensis aetate uno, ab archetypi communis aetate saeculis fortasse tribus superetur. in epistulis uero 7. 9. 12. 17. 18. 19. 25. 26. 29. 32. 53 quae ex alterius familiae archetypo solo propagantur nec ad alia exemplaria emendari poterant, summa eius perspicitur praestantia; in aliis uelut 30. 31 cum uetustissimis Bobiensis codicis fragmentis (F) et in ueris lectionibus et in erratis ita consentit, ut artissimo uinculo eum cum F cohaerere appareat. quare ubicumque in his inter T et MQ auctoritatem eligendum fuit, T maximam fidem haberi uolui eiusque uestigia premens coniecturis hic illic archetypi scripturam assequi conatus sum, quod etiam p. 523,1 facere debebam, ubi ex corruptis T litteris *peritori sartam* genuina *perito resartam* lectio elicitur. in reliquis uero epistulis quae trium familiarum codicibus continentur tribus 6. 38. 60 exceptis nolui adnotationem Reginensis etiam scripturis nimis augere, cum de alterius familiae arche- Codicis T auctoritas.

*) Qui emendationis conatus quam ab archetypi mendis MQ seruatis pendeant duobus licet uidere exemplis. p. 515,22 *inlicitae negotiationis nundinas*] *inlicite cogitationes nundinas* MQ, *in illicite cogitationes mundanas* T, p. 614,10 *uitietur*] *uitetur* LMQ, *uioletur* T.

typo ex Monacensi et Treuensi, qui in quibus rebus cautius sint adhibendi iam non latet, satis constare putarem. in epistulis uero et his quae in primae tertiaeue familiae codicibus non exstabant et illis quae ex alterius familiae archetypo in MQ interciderant omnibus Reginensis scripturas accurate adscripsi C. Aldenhoveni diligentia in meum usum enotatas.

Codicis T opera peculiaria. Inueniuntur uero in T nonnulla Cypriani scripta, quae extra eum in recentissimis codicibus et quidem paucis exstant, quorum in crisi a nullo adhuc adhibitus editore maximi est momenti. is enim qui Reginensis libri collectionem fecit cum omnia Cypriani scripta congerere studeret, quod adeo feliciter successit ut epistulis 48. 62. 68 exceptis (nam epistulam 75 consulto eum omisisse dixi, subditicia uero pleraque tum temporis non adscribebantur Cypriano) omnia nancisceretur, praeter primarium fontem i. e. archetypum alterius familiae alios quoque adiit libros atque ex uno eorum ut uidetur perantiquo eoque hodie deperdito epistulas 8. 21. 22. 23. 24. 27. 33. 34. 35. 36. 41. 42, item nonnullos tractatus Cypriano adscriptos et Pontii uitam deprompsit.

Inde receperunt codices Z μ ex T uero per plura apographa in recentiores, quorum nullus saeculum quartum decimum superat aetate, transierunt. sunt uero hi: codex Parisiensis 1658 olim Fuxensis saec. XIV—XV (Z)*), Monacensis 18203 saec. XV (μ)**), Remensis 218, 311 saec. XV

Codex Z *) Codex Par. 1658 continet haec: libellos I. IV. XI. X. VIII. V. XII. XIII. VI. VII, epistulam 58. libellos IX. II. III, epistulas 63. 6. 10. 28. 37. 11. 38. 39. 14. 76. 71. 70. 16. 69. 40. 64. 2. 57. 59. 47. 45. 44. 49. 50. 54. 48. 51. 13. 43. 1. 61. 46. 66. 41. 25. 27. 80. 81. 5. 17, *De duobus montibus,* 7. 12. 20. 18. 26. 4. 73. 71. 70. 29. 34. 72. 9. 35. 56. 55, epistulam *Ad plebem Cartaginis* (uid. App. 273.1) fol. 197b, 57, *De spectaculis,* 32. 27. 33. 67. *Sentent. episcoporum,* 68. 74, epistulam *Ad Turasium presbyterum* (uid. App. 274,19) fol. 220a, *Ad Vigilium episcopum de Iudaica incredulitate. De pudicitia,* epistulas 81. 36. 14. 16. 15. 18. 29. 34. 43 — fol. 236b; in calce adicitur index scriptorum. hic codex eo insignis est quod saepissime cum Veronensi (V) consentit.

Codex μ **) Codex Monacensis 18203 continet haec: libellos I. IV. VI. V. VII. VIII. XI. X. XII. XIII. IX. III, epistulas 63. 55. 6, *De laude martyrii.* 10. 28. 37. 11. 38. 39. 58. 76. 73. 71. 70, *Sentent. episcoporum,* 74. 69. 40. 67. 64. 2. 60. 57. 59. 52. 45. 47. 44. 51. 13. 43. 65. 78. 79. 77. 1. 61. 46. 66.

(r)*), Vindobonensis 798 saec. XV (w)**), Vaticanus 199 saec. XV (φ)***). quibus in libris si quis scripturarum diuersitatem uiderit, uereor ne meam sententiam audaciorem quam ueriorem esse iudicet. sed totam hanc diuersitatem in recentiores libros non ex aliis codicibus uetustioribus hodie deperditis sed coniecturis et interpolationibus inrepsisse quouis pignore contenderim. neque uero codicem codicis T gemellum, unde in recentissimos libros illa scripta propagata essent umquam extitisse puto. equidum nullum locum inueni, ubi genuina scriptura uel genuinae scripturae in T oblitteratae uestigia sic emergant in ceteris, ut r w φ


54. 32. 12. 20. 30. 31. 4, *Quod idola dii non sint*, 56. 3. 72. 49. 50. 48. 62. *De spectaculis, Ad Turassium* (App. 274,19), 9. 27. 35. 41. 25. 5. 14. 17. 18. 26. 33. 80. 81. 12. 16. 15. 29. 31. 77. 78. 79. 23. 24. 22. 8, *Passionem beatissimi Cypriani martyris* (i. e. Cypriani uitam per Pontium) fol. 195[b], *De duobus montibus, Ad Vigilium episcopum de iudaica incredulitate, Versiculos dni Ioannis de cena sci Cypriani* fol. 207[a], *Caenam Cypriani* fol. 107[b]; in calce uersiculi nonnulli adiecti sunt. hic codex quam a T pendeat scriptorum ordo passim seruatus demonstrat.

*) Codex Remensis quem a. 1869 Remis contuli haec continet: libellos I. IV. VII. VIII, epist. 13, lib. XIII. XI. XII, epist. 63. 30, lib. V *(Aduersus Nouatianum scismaticum de ecclesiae unitate)*. VI. X, epist. 37. 46. 12. 76. 78. 77. 32. 20. 52. 47. 57, *Orat.* (App. 144) 55. 6, *In laudem martyrii*, 10. 28. 11. 38. 39. 58. 73. 71. 70, *Conuentus episcoporum numero LXXXVII*, 74. 69. 40. 67. 64. 2. 60. 59, 45. 44. 51. 43. 79. 1. 61. 66. 54. 31. 4, *Quod idola dii non sint*, 56. 3. 72. 49. 50. 48 62, *Cyprianus plebi in euangelio stanti salutem. Vt me satis* (= *De spectaculis*), *Cyprianus bndicto dulcissimo parenti Turasio in dno eternam salutem* (uid. App. 274,19), 9. 27. 35. 41. 25. 5. 14. 17. 18. 26. 33. 80. 81. 16. 15. 29. 53. 24, *Probatio capitulorum* (= *De duobus montibus*), 19. 7, *Cyprianus Quirino filio salutem* (= p. 35,5 — 36,23). Codex r

**) Codex Vindobonensis 798 continet nonnisi epistulas rariores has: 9. 10. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 24. 22. 16. 30. 27. 28. 82 et lib. *Aduersus aleatores, De duobus montibus, Breuis descriptio uitae beatissimi et doctissimi Cypriani epi et martyris* fol. 36[b] — f. 49 l. 19, *Passio Cypriani* f. 49—50[b], epistulas 50 20. 21. 2. 29. 38. 39; ex hoc codice alter Vindobonensis 770 saec. XV easdem rariores epistulas et uitam Cypriani deprompsit inter reliqua eas Cypriani scripta exhibens. cum nullius pretii sit, nolui quae contineat enarrare. Codex W

***) Vaticanus liber quae contineat nescio. C. Aldenhoven uariantes lectiones ad epistulas 8. 21. 22. 23. 24. 27. 33. 34. 35. 36. 41. 42. in meum usum exscripsit. Codex φ

ex uetustiore codice non omnibus isdemue mendis atque T laboranti seruata esse putandum sit. emendationis autem conatus a Reginensis corruptelis proficiscuntur, nisi quod etiam uerae scripturae coniecturis temerariis tentatae sunt. qua in re si menda nonnulla parua scilicet et facilia recte emendata sunt, hoc nihil habet momenti. horum codicum coniunctionem stirpisque propagationem quamuis accuratius intellegi nihil intersit, hoc artificio explicaui:



Epistulae quinque uulgari sermone conscriptae.

inter epistulas uero illas quinque sunt 8. 21. 22. 23. 24, de quibus hic paucis agendum est, quia eas non ita edidi, ut edendas esse bene intellexi. non sunt Cypriani nec a uiris eruditis conscriptae, sed ab hominibus qui linguam latinam non illam litteris usurpatam et perpolitam, sed qua uulgus tum in Africa utebatur nouissent. atque sermonis uulgaris tota deformitas apparet in T, in ceteris uariis coniecturis obscurata est. sic legitur in eo p. 488,12 *excubat pro omnes* (*omnibus* φwμ), 530,19 *pro cuius facta* (*facto* φw, rectius *factis* v), 531,2 *pro quarum peccatum* (*peccato* φw), 531,10 *pro nomen illius* (*nomine* φw), 532,9 *pro eas* (*eis* φw), 530,22 *per te uel per eis dominis meis* (*eos dominos meos* φw), 531,1 *cum omnes* (*omnibus* w), 533,10 *cum timorem* (*timore* φμ, *amore* w), 533,15 *inter martyribus* (*martyres* φwμ), 534,3 *circa nobis* (*nos* φμ, *uos* w), 534,5 *coram christum* (*christo* φwμ), 534,10 *ante hac tribulatione* (*hanc tribulationem* φwμ), 487,1 *a plures a nobis ad uos uenientes* (*pluribus* φwμ — *uenientibus* φw, *conueniente* μ) incertioribus id genus neglectis. indeque corrigendum est 486,3 *cum seruos suos* (*seruo suo* T, *seruis suis* φwμ), 531,1 *pro sorores nostras* (*sorore nostra* T, *sororibus nostris* φw) *quas et tu bene nosti Numeriam et Candidam.* ubi falsus sum cum corruptiora ea putarem. similiter sunt nominum genera confusa 488,4 *grandis periculis imminet* (*grande*

periculum φwμ), 531,17 *talem peccatum* (*tale* φw), 536,14 *priorem delictum* (*prius* φwμv T²), 534,12 *in duobus celles* (*duabus cellis* φw, *duamus et in illis* μ), nec ceterae obseruatae grammaticae leges in declinationibus coniugationibusue p. 486,10 *lactem* (*lac* φw, *lactantem* μ), 599,12 *penes magistratos* (*magistratus* φw), 487,19 *infirmitati* (*affirmitati* φ, *infirmitate* w), 487,8 *terrori* Tμ (*terrore* w), 530,6 *anti cruori* (*ante cruore* φw), 531,4 *operas* (*opera* w, sed totus hic locus sic emendandus est: *credo enim Christum secundum illarum paenitentiam et operas suas* (*quas* Tφ, *quae* wv) *penes collegas nostros, facti* (*facit* T cf. 537,4, *fecerunt* φwv) *extorrentes* (*extorres* φwv) *qui a uobis iuerunt* (*uiderunt* T, *uenerunt* φwv), *a quibus ipsis de operibus eorum audies, iam Christum eis uobis martyribus suis petentibus indulturum credo*), 529,12 *tenitum* (*tentum* φw), 530,12 *complectamus* (*amplectemur* φ, *complectemur* wv), 531,3 *excubere* (*excubare* wv), 532,1 *fidemus* (*fidimus* wv), 487,11 *poterint* Tμ (*petierint* w, *poterunt* φv), nec in formandis uocibus, uelut p. 488,2 *caticumini* (*cathecumini* φμw); 531,5; 536,13. 537,4 *extorrentes*. 531,12 *antestites*. et haec quidem prorsus fere recentiorum codicum correctionibus deleta sunt. sed quae delere non poterant quamuis insigni audacia usi (structuras dico inauditas passim occurrentes et operosum scribentium laborem, quo quae dicturi essent non tam clare pronuntiarent quam titubantes semisomno sopore ambiguis sententiis prolata aliis intellegenda relinquerent), ea meam de his epistulis coniecturam optime confirmant. quis enim quaeso has non ita ut in T leguntur ab Afris hominibus conscripta fuisse sed postea demum describentium incuria hac fuligine aspersas esse sibi persuadebit? uel si tamen, quomodo factum sit demonstret necesse est ut quas Cyprianus scripsit (27. 33. 34. 35. 41) uel presbyteri et diaconi Romae consistentes Cypriano miserunt (36), omnes his codicibus solis seruatas, uulgaris sermonis uestigiis immunes deprehendamus.

Tertiae codicum familiae duos testes habemus, unum integriorem codicem Reginensem (R) 116 saec. IX qui Petri Danielis Aurelianensis fuit (cf. fol. 115ᵃ) in Reifferscheidii bibliotheca Codices familiae tertiae R

C descriptum, alterum initio truncatum Corbeiensem (C) 720 nunc Parisiensem 12126 saec. IX. continent uero communia haec: libellum II. III, epistulas 63. 6. 10. 28. 37. 11. 38. 39. 14. 76. 70. 16. 15. 40. 64. 2. 57. 59. 60 (52 addit R). 47. 45. 44. 49. 50. 13. 55. 69 (hanc non ut in reliquis libris in duas epistulas diuisam). 65. 67; his praemittuntur in R: libelli I. IV. XIII. XI. VI, epistula 58, libelli V. VII. VIII. XII. X. IX; utrique additur appendix, Corbeiensi: *Sententiae episcoporum,* epistulae 68. 74. 73. 71. 70. 1, Reginensi: epistula 4, *Versus beati Cypriani martyris Christi ad quendam senatorem ex Christiana religione ad idolorum seruitutem conuersum, Passio.* et ex constanti in grauissimis rebus leuissimisque corruptelis consensu et ex scriptorum ordine eodem duos codices ex uno archetypo deriuatos esse constat. sed dispari fide eius memoriam seruarunt. Corbeiensis cum ex corrupto libro corruptius descriptus esset, librarius quae ipse peccauerat uel deprauata inuenerat suo Marte audacissime correxit, quem alii secuti sunt, qui addendo suprascribendo radendo expungendo ita interpolarunt uetustum exemplar, ut quid prima manu quid reliquis correctum sit difficillimum sit distinguere. equidem summa cura primam manum perspicere studui et adnotaui, posteriores non item. Reginensem quem non uidi meum in usum C. Aldenhoven exscripsit. cum uterque interpolationibus et correctionibus a stirpis origine degenerauerit, nonnisi consentiente utroque de archetypi scripturis satis constat. qui utrum a principio haec tantum quae Corbeiensi et Reginensi feruntur an quae in alterius familiae archetypo extabant omnia continuerit nescimus. certe ea quae sunt in C et R cognationis quodam uinculo cum altera familia cohaerere et scriptorum ordo fere idem et lectionum communio*) tam uerarum quam fortuito errore deprauatarum probat. deinde nonnullae eorum coniecturae ab ea

Eorum archetypus.

*) Cf.: p. 477,3. 17. 19; 481,12; 497,17; 498,18; 501,7; 508,3. 14; 513,5; 519,14. 18; 576,6; 598,9. 12; 601,7; 616,18; 617,12; 628,13. 15. 23; 632,8. 10. 12; 633,12. 15; 634,16; 635,2; 637,4. 15; 638,1. 6. 21; 641,9. 22; 643,4; 644,9. 19; 650,18; 651,1. 13; **652,19**; 655,1; 671,2; 673,3. 20. 21; 687,19; 690,10; **694,3. 16**; 705,10. 21 etc.

mendorum forma quae in MQT apparet pendent, uelut quae Cyprianus p. 598,14 sic scripsit *ut collegae nostri . . . conprobati uentilari ultra honorem maledica aemulantium uoce pateremur* et deprauata exhibentur a MQT *ut collegae nostri . . . conprobatio* (idem mendum est in C) *uentilari ultra ore maledici mutulantium uoce pateremur,* hunc in modum restituere conati sunt C et R: *ut collegae nostri . . . conprobati uentilari ultra famam ore maledico et aemulantium uoce pateremur.* p. 687,20 (*an ad hoc deponenda est catholicae ecclesiae dignitas . . ., ut iudicare uelle se dicant de ecclesiae praeposito extra ecclesiam constituti* [*haeretici*], *de sano saucii* etc.) cum antiquitus interpolatio inrepsisset *haeretici,* quae iam in primae familiae archetypo exstabat, ab altera familia correctum est nescio quo consilio *de haereticis;* id uero audacioris quae in CR est coniecturae *de episcopo haeretici* causam fuisse liquido apparet. idem uel in exiguis rebus obseruatur, e. c. in uerbis p. 693,11 *tota simul castra prodisse,* ubi in alterius familiae archetypo facillimo errore *tota simel* exstat, in C et R factum est *semel tota castra prodisse;* 689,6 *nihil interest aut a quo aut quando pereamus,* ubi ex corrupto *pereamur* quod MQT exhibent in CR *perimamur* enatum est. sed hic codicum utriusque familiae consensus prae numero discrepantium scripturarum fere euanescit. neque uero unde earum pars maxima adscita sit obscurum est.

Archetypi cognatio cum V

inuenimus enim Corbeiensem et Reginensem uel alterutrum cum Veronensi libro deperdito conspirare locis plerisque*), ubi eius scripturas testatas habemus; quod cum in epistulis rarius, ut supra dixi, quam in libellis factum sit, etiam ubi ex Veronensi nihil adnotatur, eius lectiones C et R propagari conicere licet. qua de causa quin tertiae familiae archetypus contra legente

*) Cf.: 477,2. 13. 16; 480,12. 19; 481,18; 494,6; 508,2. 4; 518,8; 577,1. 19; 603,4; 610,3; 633,16; 640,5; 643,23; 644,7; 645,5; 668,10; 676,17; 677,9; 679,13; 681,5; 682,1; 683,14; 684,2; 687,19; 690,17; 694,3; 722,11; 723,5; 725,9. 16; 735,13; 736,8 etc. — contra CR cum V non concordant uelut 481,19; 483,2; 492,7; 494,19; 498,11; 499,10. 19; 500,5. 23; 501,1. 17; 508,8; 510,23; 511,16. 21; 513,10. 17; 514,12 etc.

quodam magistro ex Veronensi exemplari uel eius prorsus gemello totus sic emendatus fuerit, ut lectiones supra lineas adscriberentur, unde modo in C modo in R, saepius in utrumque transirent, equidem nullus dubito. tu uero hanc opinationem siue probaueris siue reieceris, id concedas necesse est eandem rationem criticam, eandem coniecturarum farraginem, eandem interpolandi audaciam atque Veronensis esse demonstratum est, in hoc libro conspici. nam et ipse obscura explanauit, corrupta uel quae uidebantur longe a genuina mendorum forma deflectens correxit, durius dicta perpoliuit, rariora uulgaribus permutauit, ut fallaci specie decepti permultas lectiones inde petitas mordicus tenerent editores. non multis exemplis hoc confirmare opus est, cum lectiones interpolationis notis plurimae insignitae sint, e. c. haec ponantur: in *loquendi* uerbo quod cum accusatiuo coniunctum saepius auctor usurpauit uelut 255,8 *facinus puella commissum tam loqui et indicare non potuit, quam nec intellegere prius potuit et arcere,* 255,25 *ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit aetatem,* 398,21 *non loquimur magna sed uiuimus,* 603,13 *ordinationem et rationem rei gestae loquantur*, 576,7 *cum caritatem circa me uestram dulciter ac saepe loqueretur,* postremo loco haesit ille et scripsit *cum de caritate circa me uestra*, idem quod P (cf. p. XXXIII) et ipse meliorum acerrimus defensor et uindex p. 603,13 tentauit. — pronomen *suus* si idem sit ac *proprius* seuerioribus legibus adstrictum nullis teneri optimorum scriptorum exemplis constat et apud Cyprianum saepissime occurrit (cf. indicem). non intactum reliquit ille 598,21 *catholicae ecclesiae corpus suum* (*corpus unum* C, *unum corpus* R, *corpus* P) *scindere ac laniare nituntur,* 765,20 *baptismo ecclesiastico maiestas sua* (*eius* R) *et sanctitas derogatur,* 693,10 *quale in conspectu Christi eius ecclesiae suae* (*suae* omittit CR) *gaudium.* — *alius* et *alter* promiscue habentur uelut 197,9 *quis non id exsecretur et fugiat quod alii fuerit exitio? quis id adpetat et adsumat quod ad necem alterius pro gladio fuerit et telo.* in C et R *alium* mutatum est in *alterum* 645,21 *alium pro altero reum fieri.* sane pronum erat sic scribere, quia l. 14 praecesserat

Eius interpolationes et coniecturae.

peccato alterius inquinari alterum. — *inde* pro *ex hac re* uel *ex hac causa* quod quamuis raro etiam ueteres dixerunt (cf. Hand *Turs.* II 364) apud Cyprianum non inusitatum est optimisque codicibus traditur 468,18: *ceterum quantum uult inde* (i. e. *ex sua arte*) *quaerat. qualis quaestus est qui de conuiuio Abraham et Isaac et Iacob homines rapit,* ubi C et R scribunt: *ceterum quantum uelit adquirat. qualis quaestus est* (indicatiuus uero in coniunctiuum a C et R mutatus simili loco p. 829,23 firmatur: *quantum uult hic uel inuida crudelitas . . . uinculis teneat, cito a terris et poenis istis ad caelorum regna uenietis*); eadem causa in uerbis 667,20: *non tamen idcirco cedendum est quia minantur, aut inde aduersarius et inimicus maior est Christo quia tantum sibi uindicat et adsumit in saeculo,* C et R pro *inde* maluerunt *ideo.* sed etiam ubi *inde* nihil offensionis praebere uidetur. exstirpatum est in uerbis 602,10: *necessarium duximus ut scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma et solida auctoritas pararetur,* quae ita correxerunt: *ut scribentium de nobis collegarum nostrorum firma et solida auctoritate pararentur.* nisi forte *inde* ante *nobis* positum praecedente *m* syllaba priore truncatum est. — *offocari* quod duobus tantum locis exstare lexicographi docent, quinquies Rönsch (*Itala* p. 195) inuenit quodque 632,18 optimis libris confirmatur, in *soffocari* (i. e. *suffocari*) mutarunt. — *supersedere* idem atque '*manere perseuerare quasi in uoluntate et consilio sistere*' ualere Nonius Marcellus (p. 40 ed. Merc.) tradit nec exemplis hic usus probatur (quae grammaticus adfert inepta sunt) nisi uno Cypriani 603,1 *obstinatione sua uel furore supersederunt et ad nos redire noluerunt,* ubi si erratum est, lenissima coniectura *supersedere* res conficitur. paulo longius a uerbis traditis deflectentes C et R coniecerunt: *obstinatione* (*in obstinatione* C) *uel furore suo perseuerauerunt et ad nos redire noluerunt.* correctoris manus manifesta est nec explicatio desideratur in his:

	lectio uera.	lectio codicum CR.
p. 692,23	*acceptor columbam*	*columbam accipiter*
p. 706,15	*potaros*	*potaturos*

	lectio uera.	lectio codicum CR.
p. 609,18	*adfirmarunt*	*adfirmauerunt*
p. 678,9	*cooptarunt*	*cooptauerunt*
p. 684,3	*nuper grauitate damnarunt*	*grauitate nuper damnauerunt*
p. 505,1	*cum ... oportet*	*cum ... oporteat*
p. 668,9	*cum deus tradi permittit*	*cum deus tradi permittat*
p. 582,15	*decem nouem dies*	*decem et nouem dies*
p. 678,18	*uiginti quinque*	*uiginti et quinque*
p. 493,10	*hostiam se ... futurum*	*hostiam se ... futuram*
p. 546,7	*docete gentes omnes tinguentes eos*	*docete gentes omnes tinguentes eas*
p. 495,5	*accipiant coronas uel de opere candidas*	*accipiant coronas uel de operibus candidas*
p. 653,4	*faciem singulorum uidemus*	*facies singulorum uidemus*
p. 693,6	*cum occidere innocentibus nec nocentem liceat*	*cum occidere innocentibus nec nocentes liceat*
p. 578,11	*spectaculum deo uestris uirtutibus exhibetis*	*spectaculum deo de uestris uirtutibus exhibetis*
p. 492,3	*accepit coronam dei consummatione uirtutis*	*accepit coronam de consummatione uirtutis*
p. 505,20	*quamdiu in uiis domini non ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere non potuerunt*	*quam diu in uiis domini ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere potuerunt*
p. 600,23	*ponderantes quod ... et legi debeat et audiri*	*ponderantes quod ... nec legi debeant nec audiri*
p. 764,22	*si scorpii ... in aquam praecipitati praeualere possunt ..., possunt et spiritus nequam ... permanere ultra in hominis corpore*	*si scorpii ... in aquam praecipitati praeualere non possunt ..., sic et spiritus nequam ... permanere ultra non possunt in hominis corpore* (C).

uerba simplicia ut in V ita in CR compositis permutantur uelut 494,17 *peruenerunt,* 510,4 *delimare,* 597,11 *referebant,* 678,11 *cognoscere,* 680,23 *praecluditur;* ubi contrarium occurrit interpolationis suspicio non abest uelut 599,15 *niterentur quantum*

possent et laborarent, 675,20 *id enitimur et laboramus.* (nam his locis reliqui codices et similibus 415,13; 680,15; 699,7; 725,6; 527,22 omnes composita tuentur), 693,24 *crudescit* (praecedit *crescit*). scripturae sacrae locos 497,16; 640,14; 671,4; 679,3 consulto omisi, ubi et haec et multo grauiora ex alia interpretationis ueteris recensione inuecta uidentur. apertius etiam interpolatoris manus perspicitur in additamentis. non dico exiguas uoces ut praepositiones et particulas passim explicationis gratia adiectos (id multo frequentius in MQ occurrit), sed adduntur ampliora uelut 480,2 *iuniori,* 481,19 *fulgebunt iusti et tamquam scintillae in harundineto discurrent,* 493,8 *omnis autem qui agonizatur in omnibus continens est,* 515,20 *non facile tribuantur* (quibus lacuna qua proxima hiant suppleatur), 584,24 *fraternitate,* 625,4 *robustam,* 632,11 *a nobis,* 646,20 *nullam uindemiam premes,* 668,23 *et moneat scriptura diuina,* 714,23 *quotienscumque enim ederitis — quodadusque ueniat,* 713,20 (cum Cyprianus scripsisset: *nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis ueretur, ne per saporem uini redoleat sanguinem Christi*) ... *ueretur ne uinum offerat, ne per saporem uini odore fragrante* (*fraglantia* R, *flagrantem* C) *ab infideli conscientia* (*ab infideli conscientia* omittit R) *odor uini horis* (*umbris* C) *matutinis fuerit agnitus et cognoscatur esse christianus. dum nos sanguinem* (*sanguine* C) *Christi in uini oblatione* (*in uini oblatione* omittit C) *confundimur.* ex his quae de codicum CR condicione exposui quam caute in crisi adhibendi sint apparet; equidem paucas eorum scripturas recepi (cf. 507,3; 582,10; 585,15 sq., 599,6; 678,7; 683,7), saepius meis inuentis quam eorum interpolationibus acquiescere malui.

His codicibus inter tres familias diuisis adiungam nonnullos quos paucarum epistularum in crisi adhibui, mixtum genus utrimque, in quibus et scripta singula ex codicibus modo huius modo illius familiae deprompta sint et scripturae singulis familiis propriae uarie confundantur accedente etiam mira interpolatione coniecturarumque farragine. primo nominandus est codex Bam- Codices interpolati recentiores.

B bergensis (B) 476 saec. XI, quo continentur haec*): libelli I. IV. VI. V. VIII. X. XIII. XI. XII. VII. IX. III, epistulae 63. 30. 6. 28. 37, *Item ad eosdem de laude martyrii,* 10. 11. 58. 46. 12. 76, 79. 78. 77. 32. 20. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 60. 57. 55. 38. 39. 40. 67. 43. 65. 73. 71. 70, *Sententiae episc.,* 72. 74. 69. 64. 2. 1. 61. 54. 66. 4, *De eo quod idola dii non sint, Aduersus Iudaeos,* 56. 3, *Caena Cypriani, Oratio.* scriptorum maximam partem ab alterius familiae codice pendere loci permulti possunt probare, ubi uel in leuioribus mendis ita cum MQ uel cum T uel adeo cum MQT conspirat**), ut ea ex communi origine seruata esse credamus necesse sit. ad alia exemplaria singula scripta non pari cura nec ad eadem omnes emendata sunt. sic in libello *Quod idola dii non sint* ex Veronensi multae scripturae petitae sunt, quod in reliquis parcius factum est, ubi primae familiae codices non nihil suppeditarunt. codicem Halmio benigne intercedente Vindobonam transmissum post Krabingerum denuo contuli. similes
H sunt codices Parisiensis 15282 (H) olim Sorbonicus 207***) saec.

*) Imagini Cypriani pagina prima depictae subiecti sunt *Versus secundi Alexandri papae ab ipso editi*

Martyris et sacri Cypriani praesulis archi
Alexander ego Romanae papa supremo
Non propriis meritis residens in culmine sedis
Haec sacra describi feci dictamina libri
Hilario sancto quem nunc pro munere mando,
Quis fuit et quantae clarescat ut hic Cyprianus.
Doctor erat sanctus uita meritisque probatus,
Virtutis magnae, praesul Kartaginis altae,
Totius Lybiae, quae pars est tertia terrae,
Theologus rector, clarissimus utique rhetor.

his adiungitur breuis descriptio uitae epistularumque capitulatio.

**) Cf.: 469,7; 470,2. 9; 471,14; 565,4; 586,5; 594,3; 615,21; 621,6; 622,8; 656,20; 661,26; 726,8; 727,8; 729,21 etc.

Codex Paris. 1655. ***) Ex hoc codice deprompta sunt quae inueniuntur in Parisiensi 1655 saec. XII—XIII: epistulae 63. 55. 6. 28. 37. 10. 11. 38. 39. 58. 76. 73. 71. 70, *Sententiae episc.,* 74. 69. 67. 64. 2. 60. 57. 59. 47. 45. 44. 43. 65. 1. 61. 46. 4, *Quod idola dii non sint,* 56. 3, *Cena* (fol. 47^b); partim ex eodem
Codex g partim ex Compendiensi (E) uel simili quae exstant in Parisiensi 1650 (g) olim Baluziano saec. XIV: libelli I. IV. VI. V. VII. VIII. XI. XII. XIII. X. II *(tractatus de uno uero deo et de idolis gentium).* III. IX, *De laude*

XI—XII et qui ex eo ortus uidetur*) Trecensis 442 (β) olim β Dionysianus saec. XIII, quibus continentur haec: libelli I. IV. VI. V. VII. XI. VIII. X. XII. XIII. (VIII. XI. XII. XIII. X Trecensis). IX (inserit *De laude martyrii* Trec.). III, epistulae 55. 6. 28. 37. 11. 38. 39. 58. 73. 71. 70. 63. 76. 74. 69. 40. 67. 64. 2. 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 13. 43. 65. 66. 4. 3. 72. 61. 1. 46. 56. 54. 20. 30. 31. 12. 77. 78. 79. 32. 51. his adiciuntur in H: *Ydola non deos esse sed diabulos et zabulos* (= lib. II), epist. 10, *De duobus montibus, Aduersus Iudaeos,* epist. 80, *Cena* (fol. 205^{b} in calce legitur *Contuli absolui VIII. Kal. Jul. MDCXCVIII Steph. Baluzius*): in β: epistula subditicia *Cornelii pape ad S. Cyprianum* (= App. 272,7), *Quod idola dii non sint,* epist. 80. 10. 81 (cf. *Catalogue général* II p. 196). codicem H ideo non prorsus neglegendum esse putaui, quia et in quibusdam scripturis et in scriptorum ordine uelut in epistulis 57. 59. 52. 47. 45. 44 et 61. 1. 46. 56. 54. 20. 30. 31 sese excipientibus artior eius quam reliquorum ullius cum fragmentis Bobiensibus (F) coniunctio conspicitur. eiusdem denique generis sunt codices Parisienses 1659 (ϱ) saec. XII—XIII, ex quo edi- ϱ tiones typis descriptae originem ducunt, 1654 saec. XII—XIII, 14460 (i) olim Victoricus 77, qui haec continent: epistulas 60. i 57. 59. 67. 13. 69. 65. 43. 1. 2. 4. 70. 72 (in calce huius epistulae fol. 35^{a} legitur in ϱ: *Cecili Cypriani ad Cornelium papā liber primus explicit eiusdem ad Donatum secundus incipit*), lib. I. X. XI. IX. XIII. XII. VIII. IV, epist. 63. 37. 38. 10 (10 omittit i), lib. V. VI. VII, epistulas 30. 52 (*eiusdem quarta* inscribitur in ϱ). 47 (*Ad Cornelium papam quinta* ϱ). 45 (*Ad Cornelium papam sexta* ϱ). 44 (*Ad Cornelium papam septima* ϱ). 51 (*Ad Cornelium papam octaua* ϱ). 61. 46. 54. 32. 20. 12. 78. 64. 3. 14. 49. 50. 68. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56

martyrii. epistulae 4. 63. 64. 66. 2. 3. 1. 67. 19 (inde a uerbis *significastis in* — p. 525,12). 26. 25. 56. 9. 29. 7. 40. 38. 39. 28. 37. 31. 20. 38. 32. 43. 44. 45. 47. 46. 52. 51. 54. 59. 57.

*) Cf.: 557,16; 558,4; 559,2. 11. 17; 560,18; 561,9. 10. 17; 562,3. 7. 13; 563,5. 6. 14.

(56 omittit codex 14460). 7. 76, *Quod idola dii non sint, De singularitate clericorum, De duobus montibus,* epist. 6. 55. 28. 11. 39. 58. 69 (dimidiam inde a *quaesisti* = p. 760,14). 48. 66. 40, *Ad Quirinum* librum I et II et *Reuelationem capitis beati Ioannis baptistae* (deest haec narratio in codice 1654, cuius loco *Sermones de Maria* adduntur)*). hi tres codices interpolatissimi operum longe maximam partem inde ab epistula 37 usque ad 40 exceptis libellis *De singularitate clericorum* et *De duobus montibus* immutato ordine ex codice Oratoriano (o), de quo p. XXXVIII egi, receperunt; reliqua unde nacti sint, nescio, sed proprii nihil habent nisi interpolationes maximas. codices praeter eos quos nominaui in bibliothecis Galliae Germaniae Italiae inueni permultos; nulla enim amplior bibliotheca exstat, in qua non Cypriani libri asseruentur. sed uulgatissima tantum scripta eaque interpolatissima exhibent, quare eos describere operae pretium non est. binas denique epistulas rariores 4 et 80 Wirceburgensi
W G 56 (W) saec. IX (?), 80 et 81 Sangallensi 454 (G) saec. IX debeo.

Caput tertium.

Appendix. Cypriani operibus genuinis Appendicem adieci scripta eius suppositicia non quae editionibus feruntur omnia, sed selecta conprehendentem. neglexi uero ea quae quibus auctoribus adscribenda sint hodie sat certo constat, uelut Rufini *Expositionem in Symbolum apostolorum* et Arnoldi Carnotensis abbatis Bonae Vallis opusculum *De cardinalibus Christi operibus* amplissimum, quod cum reliquis eiusdem auctoris scriptis Fellus in editione Oxon. emendatius edidit, deinde ea in quibus argu-

*) fol. 183b in calce cod. 1654 legitur: *hic est liber sci Petri sollatensis beatiq. Mauri abbatis. siquis eum ab eadem ecclesia fraude aliqua sub-*
Codex Paris. 1922. *traxerit, sit anathema nisi restituerit.* — epistulas eodem ordine atque illi tres inde ab epistula 57 usque ad 63 exhibet codex Parisiensis 1922 saec. XIII; deinde adduntur: epistula 56, *Mihi quidem fidelissime papa Laurenti (= Expositio Rufini in symbolum apostolorum), Ad Quirinum* liber I et II et aliorum scripta.

menti futilitas nec scriptoris uetustate nec sermonis proprietate compensetur, uelut *Confessionem Cypriani, Reuelationem capitis beati Ioannis baptistae,* quae narratio quo casu in editiones inrepserit infra demonstrabitur, et *Cenam* uel *Cenae disputationem**). reliqua quae recepi cum in editionibus tanta deprauatione laborarent ut pleraque intellegi non possent, ad uetustissima exemplaria maximam partem adhuc ignorata quantum fieri potuit accurate castigaui. in singulis emendandis qua ratione ars critica factitanda sit, paucis potest tractari. partim enim codicibus alterius familiae et primae, de quorum auctoritate satis dictum uidetur, seruantur, partim emendatio codicum paucitate et antiquitate id est interpolandi errandique causa minus multiplicata adiuuatur.

I ***De spectaculis.*** hoc opusculum quod ex codice μ uel prorsus gemello editio Manutiana in lucem protulit perraro in mss. libris apparet. Baluzius duos habebat Fuxensem (Z) et Remensem (r), reliqui editores nullum. libris Baluzianis diligentius a me excussis addidi tertium Monacensem (μ). qui quomodo inter se cohaereant supra indicatum est p. XLVIII: ex uno scilicet fluxerunt archetypo, quem codices μr integrius repraesentant ita inter se conexi, ut unius instar habeant libri, a quo summa interpolatione Z degenerauit. hac ratione textum corruptissimum permultis locis rectius constitui, sed conplura emendanda aliis reliqui in opusculo non indigno, in quod uiri docti operam suam conuertant. — II ***De bono pudicitiae.*** hunc tractatum quem Erasmus primus edidisse creditur editionem Dauentriensem

*) Hoc libello ineptissimo nullus frequentius describebatur. uersibus latinis *Caenam* reddidit Azelinus monachus Remensis *ad Henricum imperatorem imitatus Cyprianum Carthaginiensem* (cf. Salmasii not. ad Flauium Vopiscum p. 396). in codice Monacensi (μ) fol. 207ª uersiculi praemittuntur *dñi Ioannis de caena scī Cypriani martyris,* quibus Carolum imperatorem alloquitur, eiusque fit mentio in calce fol. 212 *Vnde gaudens letabatur impr̄ Carolus Cum Francigenis poetis, cum gallis bibentibus* etc. Maurus quidam eandem *Caenam* germanis uersibus conditam Lothario regi Francorum filio Ludouici IV dedicauit (cf. Leibnitzii epistulam in Oudini *Comment. de script. eccles.* I 275 sq.).

ante Erasmum edidisse infra narrabo. ex Dauentriensi Erasmus in suam recepit emendatione accedente fere nulla. nec quicquam in corrigendis mendis reliqui praestiterunt. sunt enim codices K eius rarissimi. praeter uetustissimum Vossianum lat. 40 saec. X (K)*), quem uir illustrissimus Du Rieu qua est insignis liberalitate Vindobonam misit, Parisiensem (Z) cuius saepius denotaui interpolationem adhibui. exstat uero tertius, Vossianus lat. 108 saec. XIII, isque fuit fortasse unde editio princeps petita est. certe quin ea ex codice Vossiano quam Parisiensi similiori fluxerit propter lacunarum aliquot mendorumque communionem dubitari nequit. quondam exstiterunt conplures: ex codice insigni et uetusto Carthusiae Coloniensis Grauius scripturas quasdam protulit, codices Ludouici Carrionis et S. Pantaleonis Coloniae Pamelius laudat. — III ***De laude martyrii.*** hunc libellum Cypriani aetate conscriptum editores ad corruptissimum alterius familiae exemplar exegerunt uel potius cum Erasmus primus ex codice eius generis Gemblacensi edidisset, inemendatum reliquerunt. praeter codices MQT, quorum comparatione ad alterius familiae archetypum cognoscendum peruenitur, libris LNP usus sum, quos in unum codicem parentem conuergere supra demonstratum est; cuius praestantia quanta sit nusquam melius cognoscitur. eum uero Seguieriano (S) cedere par erat in altera libelli parte inde a uerbis *sa sufferre* (= App. 39,3) in eo exstante. his praesidiis in hac demum recensione permulta quae antea intellegi non poterant rectius constituta sunt, plura restant adhuc obscura et restabunt. nam utrum ea contorto genere dicendi quo scriptor utitur explicanda sint an librariorum erroribus debeantur uix potest decerni. — IV ***Ad Nouatianum.*** hunc tractatum ab episcopo cum Cypriano aduersus Stephanum (cf. A. 55,4) et Felicissimi schisma (cf. A. 54,12) stante paullo post Decianam persecutionem (cf. 57,25) conscriptum postquam editio Dauentriensis Cypriani operibus adiecit, editores cum ad res de quibus

*) Continet libellos IV, *De bono pudicitiae* (fol. 8^b—13^a). VI. V. XII. XIII. VIII. X. IX, epist. 11, tractatum *Ad Nouatianum* (= App. p. 52,8) et lib. XI.

Cyprianus maxime agit explicandas non nihil conferre uiderent, retinuerunt, sed praeter Grauium et Pamelium, qui codices Carthusiae et S. Pantaleonis laudant, subsidiis nouis nullus usus est. codices enim huius libri sunt rarissimi, quem unius Vossiani (K) fide emendaui. cum in editione (p. 52,9) Erasmi editionem principem dicerem erraui; nondum uideram Dauentriensem, ex qua Erasmus tractatum ad uerbum fere repetiuit locis paucis coniectura mutatis; non inutile esse putaui lectiones Dauentriensis ab hac recensione discrepantes subicere:

Collatio editionis Dauentriensis.

p. 52,19 *prospicit* p. 53,3 *sit* post *separatus add.* 6 *foris* 15 *excussa* ut K 16 *domo* om. 17 *quod* ut K 21 *te* om. 25 *quisquis* p. 54,4 *chortem*] *ouile* 8 *ordinationem*] *ordinem* 12 *isti* om. *ı̃felicissime* 13 *furoris* om. 15 *dum*] *aut̃* 21 *intelliguntur parum et si non interpoliantur* 24 *Ysaias* p. 55,3 *archa cum hijs* 4 *in qua et cetera quae in ea inuenta* 8 *amplius*] *ultra* 11 *poterint* 19 *caelestis* 22 *spiritualem olim* 25 *permissum* om. p. 56,3 *t'nitas* 7 *proruperint* 9 *exercebant* 10 *redundare* 14 *reptili* 15 *cathaclismi* 17 *ediximus* 20 *supereffusa est* 21 *significabantur* 23 *aque* 24 *illa* om. 26 *audacter* 27 *dominus ruinam* p. 57,5 *sic* et *et* om. 16 *uos* ut K *igitur*] *ergo* 20 *recepti medelis* 23 *olee* 22 *hi ipsi*] *hij* p. 57,1 *non metuerunt*] *meruerunt* 2 *tradere et* 3 *insane mentis* 6 *lapsos seu adhucusque* 9 *in caelis est* 10 *statuta*] *praecepta* 11 *exemplum diaboli secuta nunc exercere conetur* 14 *et* om. 15 *intelligant interpretentur* 21 *nomine tuo* 23 *tunc*] *tñ* p. 59,2 *nominis mutastis uelum* 4 *hic esset* 8 *illam* 11 *paenitentiam* . . . l. 13 *dicentem et* om., add. Grauius 16 *et conuertimini* 18 *adeo*] *ideo* (sic etiam Erasmus) p. 60,5 *nomen sanctum*, item l. 8 10 *sanctificatus fuero* 13 *tabescimus* 15 *sicut*] *sed* 18 *sic per Ysaiam* 20 *Iheremias* 23 *dicit* 28 *qui*] *quod* 29 *quodque* p. 61,5 *infixis ille* 9 *Petre*] *Simon*, item l. 14. 21 10 *erant* 11 *ei* om. 14 *illorum dilig'et* 16 *intraui* 23 *ecce delicta donantem* om. 28 *qua* p. 62,1 *allofilis* 2 *domini*] *hominibus* 3 *dedignatur* 4 *quando*] *quondam* 5 *et fratri eius* om. 11 *cum* 13 *amica* 17 *iudicium et iustitiam* 22 *ab*] *a* 23 *cum facit* 25 *resistit* 26 *exaltat* p. 63,1 *perdit* 6 *exeaecarunt* 7 *sceleratus et* 12 *caninam* 16 *penderet* 20 *sit uana* 24 *quoque* p. 64,7 *fuerit secutus*] *fecerit* 17 *nephanda persona* 22 *tradidit* p. 65,5 *remisistis* 8 *de manibus eorum* om. 12 *de*] *in* 13 *dispersi* 15 *custodiam* 19 *perijt* 21 *congratulamini* 23 *super uno peccatore penitentiam agente* 26 *ex denariis unum nonne* p. 66,1 *suas* om. 12 *inquit* om. 13 et 18 *peribitis* 24 *et* om. p. 67,3 *esse* om. 14 *factis . . . omnibus* om. 18 *eius*

21 *ei* 23 alterum *de* om. 25 *factus est sol* 27 *ceciderit* *quomodo*] *quo* p. 68,5 *et abscondite uos* om. 18 *deacipiat* 32 *commorabor.*

V ***De rebaptismate.*** libellus contra Cyprianum a Stephani amico conscriptus a. 1648 primum a Rigaltio editus est. edidit uero ad apographum quod ex codice S. Remigii Remensis Sirmondus confecerat non ea qua unicum codicem excutere debebat diligentia atque cura. nonnullos huius apographi errores Baluzius qui post Sirmondum codicem iterum contulit correxit. sed dolendum est eum non diligenter adnotasse, utrum quae diuersa exhibuit sic in codice exstitissent an coniectura essent inuecta. has discrepantias legenti diiudicandas in adnotatione proposui. codicem ipsum frustra a me Remis quaesitum cum uetustissimis illius bibliothecae libris incendio deletum esse puto. — VI ***De aleatoribus.*** huius libri codices quotquot exstant ex uno alterius familiae archetypo interpolatione ab origine degenerante propagati sunt. nam quin codex Parisiensis 13047 (D), quem conplura scripta inde transscripsisse supra p. XXII dixi, et ipse ad hanc originem redeat, in tanto uerorum falsorumque consensu dubium non est. in emendatione id inprimis animaduertendum est, quod editores omnes fugisse mireris, libellum sermone uulgari conscriptum esse, cuius uestigia oblitterata in recentioribus codicibus manifestissima modo in hoc modo in illo antiquiori apparent, uelut A 99,6 *duplicem ac geminum crimen admittunt,* 101,18 *ad nocentiorem studium* (cf. 97,8), 100,10 *a dei seruos longe sit scientes* (cf. 103,17; 99,18; 102,2), 99,2 *sub ossuorum multiformi numero,* 101,14 *se deuouunt, parentorum originem dehonorant* (cf. 98,14; 100,9; 94,10; 97,13). — VII ***De duobus montibus (Sina et Sion).*** hic tractatus et duo proximi nulla alia de causa in alterius familiae collectionem operum Cyprianicorum recepti esse uidentur, quam quia celeberrimi exstabant Cypriani *Ad Quirinum* libri uulgo *Aduersus Iudaeos* inscripti. archetypi integritatem etiam in his codex T optime seruauit; quare eum imprimis sequendum esse statui. ea uero integritas in tractatu *De duobus montibus* cabbalistarum delira-

mentis imbuto non regularum grammaticarum obseruatione sed earum neglectione cernitur mendorumque ubertate. uberrimum enim in hoc codice uulgaris sermonis fontem aperuisse mihi uideor. praeter casus praepositionum confusos A 111,24 *inter quibus*, 107,6 *per angelo* (= 110,17. 18; 113,17), 107,12 *de tempus et factum* (= 111,8; 112,3), 112,8 *cum imperatorem et regem suum* (= 113,21), 108,21 *in caelis ascendit* (= 109,11) occurrunt etiam insolentiora, uelut 106,17 *huius mundi conuersus* (= 117,2; 118,8), 114,22 *mortiferare* i. e. *interficere* (= 115,3), 113,19 *inpulita mente*. 112,7 *uiuebunt*. 105,9 *uero* i. e. *uerum* (= 106,21; 110,16; 117,8. 14), et casuum significatione prorsus delitescente accusatiui pro ablatiuis positi 105,21 *totus mundus facta mala a diabolo . . maculatus* (cf. 111,22; 109,23). eum qui hos aduersus Iudaeos tractatus collegerit ne uoluisse quidem Cypriani eos putari opusculum VIII ***Ad Vigilium episcopum de Iudaica incredulitate*** demonstrat, cuius in calce A 132,16 auctoris *Celsi* nomen exstat quod recentiores demum libri in *Caecilium* mutauerunt. est uero epistula nuncupatoria episcopo Vigilio scripta, cui Iasonis et Papisci dialogum de religione quem ex Graeco in Latinum uerterat Celsus dedicabat. eum natione Graecum fuisse frequentes graecismi arguunt (cf. A 127,4 *eius non nisi ad diuina mens pateat et ad caelum ac superna oculos cordis attollens Christi lumen partae iam salutis* (i. e. *parta iam salute*) *aspiciat*; cf. 126,15; 128,20; 230,7. codices quos praeter T adhibui Zμt, quia ex eo ipso fluxerunt, nullius fere sunt auctoritatis, nisi quod in t, quem nullo alio intercedente ex T descriptum esse p. XXXIX monui, diuersae recensionis uestigia apparent, quae quomodo explicanda essent ibidem dictum est. insignes scripturarum discrepantias Prudentius Maranus in editione Baluziana ex Remigiano codice uetustissimo, quem nolim propter uerba mea App. p. 119,10 cum recentiori r confundas, seruauit. in emendatione libelli IX ***Aduersus Iudaeos (qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum)*** praeter codices MQT eiusdem familiae quartum B (cf. p. LVI) non neglegendum esse putaui. ceterum hic tractatus nullius est pretii.

quod etiam in proximas duas (X et XI) ***Orationes*** cadit, quarum
priorem ad codicem T, alteram ad uetustissimum Veronensem X,
Y 8. saec. VIII (Y), qui inter Augustini scripta eam fol. 151 sq.
exhibet (cf. Reifferscheidii *Bibl.* p. 21), exegi. — XII ***De duodecim abusiuis saeculi*** tractatus Cypriano Augustino Ori-
geni in codicibus, Erardo cuidam propter marginalem libri mss.
inscriptionem a Pamelio, S. Patricio Hibernorum apostolo quia in
linguam Anglorum ueterem translatus Homiliarum Saxonicarum
exemplari asseruatur ab Anglis adscriptus nullas antiquitatis
notas prae se fert. ex innumeris eius codicibus tres elegi uetustio-
G res Sangallensem 89 saec. IX (G), Parisiensem 18095 (olim Notre
X V Dame 228) saec. X (X), Vindobonensem 1010 saec. XI (V). G^1
et X diuersas recensiones, G^2 et V ex utraque mixtam, qualis in
recentioribus libris est frequentissima, ostendunt. ad G^1 textum
constitui. — XIII ***De singularitate clericorum*** opuscu-
lum ad codicem Parisiensem 13331 olim Sangermanensem 839
C saec. IX (C), qui a scriptoris aetate non multum distare uidetur,
emendaui. ceterum Parisienses iϱ et Vindobonensem 1064 saec.
XIII, in quo fol. 42^a Origeni adsignatur, inspexi. sed operae pre-
tium non uidebatur discrepantes lectiones eorum, qui prae
Parisiensi nullam obtinent auctoritatem, adicere. — tractatum
XIV ***De duplici martyrio*** ‘in uetustissima bibliotheca
repertum’ Erasmus Cypriani operibus a. 1530 adiecit, non a per-
sonato quodam Isidoro eum profectum esse arbitratus, sed
a Cypriano ipso. indicia uero Pseudocypriani, qui persecutionum
Diocletiani et Maximini (231,26), Caesaris Turcarumque (238,29)
mentionem faciat, cum manifestiora sint quam quae Erasmum
fugere potuerint, nescio annon iure Grauius et alii ipsum libelli
subiectorem esse sint suspicati. certe nemini post Erasmum
librum mss. uidere contigit. — XV ***Paschae Computum***
cum nouis praesidiis nullis emendare possem, ex Oxoniensi edi-
tione ad uerbum fere in hanc receptam esse nemo uituperabit.
hic liber codice Remensi (b) Cypriano falso adscriptus (cf. Tille-
mont *Hist. Eccl. S. Cyprien art.* LXV t. IV p. 193) Gordiani
anno quinto Arriano et Papo consulibus a. a Christo n. 243 editus

est (p. 268.19). quantum ad Hippolytei canonis artificium explicandum conferat, uir doctissimus De Rossi (*Inscript. Christ.* uol. I p. LXXX) his uerbis docet: *Hippolytei canonis artificium omnes, opinor, statim intellexissent, si librum quemdam de paschali computo Cypriano adscriptum uel leuiter adtendissent. Confectus enim est anno 243, uix uiginti circiter post editum Hippolyti canonem annis; et tabulam continet illi ipsi canoni paene geminam, quae toto eo libello luculenter explicatur et declaratur. quare nequeo satis mirari tam insigne monumentum, quod libri ab Hippolyto conscripti iacturam magna certe ex parte compensat, ab Hippolytei cycli interpretibus altissimo premi silentio uel potius plane ignorari.* textum libri ad duos codices, quorum lectiones Wallisius in editione Oxon. accurate enotauit, unum scilicet hodie deperditum bibliothecae S. Remigii Remensis olim LXXI b tum uero 133 saec. IX (b), cuius apographum Mabilion confecerat, alterum bibliothecae Cottonianae 'sub finem noni a Christo saeculi' exaratum (c), qui Londini hodie asseruatur, recognoui, c meliorem quam Remensis offert recensionem potissimum secutus. ex eodem tabula repetita est, cuius materiam confusam et male digestam in ordinem redigere non meum esse putaui. ceterum De Rossi eam a se restitutam in commentario ad Hippolyti canonem euulgatum iri promisit (l. c. p. LXXXI). explicationi seruiet pinax a Wallisio ad auctoris mentem confectus quem ad calcem libelli adieci. — XVI ***Epistulae.*** epistolium primum Donati ad Cyprianum Pamelius ex codice Cambronensi protulit, mihi codices MQ suppeditarunt. alteram epistulam Cornelii ad Cyprianum nonnisi in uno Trecensi 412 (β) inueni, Baluzius in duobus; in nullo uera inscriptione instructa est. nam quin eius auctor deperditas Stephani papae litteras, in quibus Cyprianum pseudochristum et pseudoapostolum et dolosum operarium appellauerat (cf. epist. 75 p. 827.5), refecturus fuerit dubitari nequit. epistulam tertiam ad codicem Fuxensem (Z) unde eam Baluzius deprompsit accuratius exegi. ad quartam praeter Baluzianos duos Fuxensem (Z) et Remensem (r) tertius Monacensis (μ) praesto fuit. eorum propinqua cognatio et Fuxensis insignis interpolatio

etiam hic conspicitur. ceterum nonnulla rectius apud Hieronymum (h) leguntur, cuius inter opera (ed. Martin. V p. 405, ed. Vallars. XI 2 p. 357) epistula iam diu ante Baluzium ferebatur, quod ipse non ignorabat. — XVII ***Carmina*** Cypriano Tertulliano aliis adscripta ex hac suppositiciorum operum farragine nolui relegare, cum noua quaedam praesidia ad eorum emendationem haberem, quibus post editiones principes diu neglecta ad pristinum, qualiscumque ille est, nitorem restitui posse sperabam. ***Genesis*** carmen una cum *Sodoma* Morelius ex codice bibliothecae S. Victoris primus edidit. ego eundem Victorinum 380
R (R) nunc Parisiensem saec. XIII diligentius excussi altero non inuento, cuius auxilio unici codicis menda grauissima tollerentur. carmina ***Sodoma*** et proximum *De Iona* eiusdem auctoris esse L. Mueller (*Mus. Rhen.* 1867 p. 329) primus intellexit idque
H codicis Parisiensis 2772 saec. X (H) inscriptione *Opusculum Tertulliani de excidio Sodomae et Niniue* confirmatur. duorum Parisiensium H R lectionibus in emendando non multum pro-
A ficeremus, nisi accessisset optimus codex Vossianus l. Q 86 (A) 'ineunte potius quam exeunte saec. IX' iudice Geelio scriptus (cf. Schneidewin *Martial.* p. 680 et Alex. Riese *Anthol. lat.* I p. XXXVIII), cuius scripturas L. Mueller in Museo Rhen. publicauit. codex qui olim in bibliotheca monasterii Laureshamensis exstabat, ex quo hoc carmen Io. Sicchardum editurum esse Rhenanus in praefatione ad Tertulliani opera (ed. 1528) dicebat, perisse uidetur. hoc carmine recepto non poteram non addere alterum eiusdem poetae ***De Iona*** inscriptum, quod ex codice Pithoeano Iuretus (*Bibl. patr.* tom. VIII) uulgauit. aderat praeter Vossia-
Δ num (A) Vindobonensis 16 saec. IX (Δ) lectu difficillimus, cuius collatione minus accurata Oehler (*Tertull.* tom. II p. 769) usus est. hos duos libros ex eodem optimo libro fluxisse constanti lectionum consensu apparet. carmen quartum ***Ad senatorem*** a Morelio primum editum ad uetustiores quos inueni Parisiensem
F 2832 saec. IX (F) et 2772 (H), quintum ***De Pascha,*** cuius editio princeps Aldo (*Poet. Christ. opera* a. 1501) debetur, ad codices EM, quorum de cognatione supra dictum est p. XXXV et

XXXVII, emendaui. sextum ***De resurrectione mortuorum*** uetustissimis codicibus Sangermanensi (D) saec. VII (cf. p. XXII), Wirceburgensi (W) saec. VIII—IX (cf. p. XIX), Reginensi (T cf. p. XXXIX) traditur. exemplar uetustate pari insigne, cuius Laureshamensis bibliothecae catalogus ab Angelo Maio (*Spicil. Rom.* tom. V p. 188) et Augusto Wilmanns (*Mus. Rhen.* 1868 p. 392) publicatus mentionem facit *Metrum Tertulliani de resurrectione* (cod. fol. 31ª l. 21) adferens, nusquam potuit reperiri. quod si haberemus, certius fortasse de huius carminis recensione diuersa, quae apud Fabricium (*Poet. uet. eccles. opera* p. 256) exstat iudicaremus; incredibile enim est, quod Martene qui hoc carmen ex codice D ad uerbum imprimendum curauit (*Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio* tom. IX p. 1 sq.) suspicatus est, a Fabricio insigni audacia sine ullius codicis ope elegantiores uersus restitutos esse. exstat enim altera etiam recensio simili consilio atque Fabriciana instituta qua scilicet prosodiae sermonisque barbarismi tollerentur, inter Aldhelmi opera, quibus (p. 130—134) hoc carmen uel potius carminis fragmentum (incipit enim a uersu 108 *Cur non ex aliquo possit confingere nota*, desinit in u. 291 *Et genitura Deum per omnia laeta fatetur*) quasi ineditum Oxoniensis editor I. A. Giles ex codice Parisiensi 8318 (cf. p. 389) inseruit. quae si re uera ab Aldhelmo profecta est (certe ab Aldhelmi ingenio non abhorret), cur non ab altero diorthota antiquo Fabriciana illa proficisci potuerit non intellego. tacendum uero non est Aldhelmianam originem esse incertissimam. codex enim Parisiensis 8318 a quinque librariis scriptus inde a fol. 73ᵇ hoc fragmentum et Aldhelmi carmina manu saec. XI exarata continet Aldhelmi nomine nonnisi in fine fol. 83ᵇ adiecto *expl. opuscula aldhelmi*; in fronte uero fol. 73ᵇ manus saec. XVII *Aldhelmus* adscripsit. hanc notitiam accuratamque fragmenti collationem Noltii humanitati debeo. carminis auctor incertus est: Tertulliano Laureshamensi catalogo Fabriciique editione adsignatur; num codex ullus eum auctorem perhibeat nescio. Cypriani nomen codex Reginensis prae se fert. Wirceburgensis inscriptione et subscriptione caret. in Sangermanensi post

inscriptionem *Ad Felicem de resurrectione mortuorum* recens admodum manus adiecit quae ita lego: *Ad Felicem de resurrectione mortuorum. Cypriani non est saltem non habetur in impressis. inflatum carmen. uiolatur super* (?) *regula quantitatum;* in indice autem huic codici praemisso manus uetusta annotauit: *XIII Sancti Cypriani ad Felicem de resurrectione mortuorum.* ad hos auctores accedit tertius Verecundus Africanus episcopus, quem ante annum DLII floruisse Garcia Loayza ex Victoris Tunonensis Chronico collegit (cf. Alixii *dissert. de Tertulliani uita et scriptis* p. 76 ed. Oehler); de Verecundo enim quodam Isidorus Hispalensis (*De uiris illustribus* c. 7) haec habet: *Verecundus Africanus episcopus studiis liberalium litterarum disertus edidit carmine dactylico duos modicos breuesque libellos, quorum primum De resurrectione et iudicio scripsit, alterum uero de Poenitentia, in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.* quisquis uero auctor est, Musis iratis hoc carmen panxit. quare cauendum est ne coniecturis genuinos scriptoris errores regulasque in rebus metricis et grammaticis emendes. in textu constituendo codices Wirceburgensem et Reginensem, qui antiquiore Sangermanensi praestantiores sunt duces habui. lectionum diuersitas apud Aldhelmum et Fabricium maior erat quam cui angusti adnotationis criticae fines locum darent. ceterum harum recensionum coniecturae ab eisdem corruptelis quas codices DTW ostendunt pendent paucis exceptis.

Cypriani opusculum deperditum De notis.

Haec sunt Cypriani opera suppositicia quae in Appendicem recepi. inedita plura in codicibus inueni Cypriani nomine falso insignita; sed nullum dignum uidebatur, quod in lucem prodiret. utinam *Notarum* exemplar Cyprianicum inuenissem, de quo nuper W. Schmitz (*Tironiana* in *Symbol. phil. Bonn.* II p. 540) egregie disputauit (cf. etiam H. Dodwelli *dissert. Cypr. II*). tenuem huius operis memoriam Trithemius in *Polygraphia* (ed. Colon. 1571) seruauit. haec enim in ʻpraefatione ad Maximilianum I Caesaremʼ scribit p. 18: *Marcus Tullius Cicero facundus orator ingenio usus et arte, phraseos minutias commutauit in signa et thelematos sui philergiam siue characterem pro usitata*

phrasi locauit ... Cyprianus uero Carthaginensis ecclesiae sanctissimus praesul et martyr ipsa Ciceronianae institutionis documenta, Christianorum uolens prouidere utilitati, haud mediocriter ampliauit, et quae defuerant moribus adiunxit, p. 46 in 'Expositione in Prologum': *Librum scripsit (Cicero) notarum ad filium, quem beatus martyr Cyprianus postea Christianorum usui ampliauit, in modum scilicet dictionarii, ubi secundum ordinem ponuntur primo characteres siue notae, postea dictiones per eosdem characteres designatae, ita quod dictio quaeuis per notam sibi significatur praepositam. His notis siue characteribus psalterium Latinum integrum et pulchre descriptum olim uidimus in bibliotheca maioris ecclesiae Argentinensis, cui nescio quis rerum iudex ignarus titulum forinsecus praeposuerat talem: Psalterium in Armenica lingua. Sed errauit, cum sic potius fuerit scribendum: Psalterium Latinum characteribus Tullianis conscriptum. Nam quilibet character unam dictionem integram repraesentat Latinam. Nec me fallit aestimatio, cum dictionarium ipsum Ciceronis a sancto Cypriano emendatum penes me in antiquo uolumine scriptum integrum habeam et incorruptum, quod nusquam uidi alibi. Tanta uero est copia notarum siue characterum cum dictionibus sibi subiectis, quod omnino sufficiunt ad scribendum Latino sermone quaecunque uolueris*, et in libro Polygraphiae sexto: *Marcus Tullius Cicero facundus Romanorum orator librum scripsit non paruae quantitatis Notarum, quem Sanctus Cyprianus Carthaginensium praesul et martyr, multis et notis et dictionibus ampliauit, adiiciens uocabula Christianorum usibus necessaria, ut opus ipsum fieret non solum utile paganis, sed multo magis etiam fidelibus. Rarus est codex et a me semel duntaxat repertus, uilique precio emptus* etc.

Cypriani uita per Pontium.

Praefationi huic adiungam Cypriani uitam, quae Pontii diaconi fertur, codicibus Ttwμ seruatam. exstiterunt quondam codices melioris notae complures, uelut Fossatensis uetustissimus saec. IX et Floriacensis saec. XI quos P. Th. Ruinart excussit (cf. *Acta martyrum* p. 171 §. 1). ex his puto nonnullae scripturae non con-

temnendae et extrema libelli pars in recentiores codices (wμ) uenerunt, quare eis maiorem auctoritatem in hoc opusculo quam in reliquis libellis epistulisue (cf. p. XLVII) tribuendam esse putaui.

Caput quartum.

Editiones. De editionibus, quamuis in crisi nullius fere sint momenti, paulo accuratius agendum est, quia et uetustioribus recentiores editores mira superstitione addictos inueni et quaecumque de eis narrantur maximis erroribus sunt referta: deinde sic textus historiam, quam hac disputatione inde a saeculo post Christum sexto quantum fieri potuit diligenter repetiuimus, usque in hunc diem persequi licebit. atque prima editio prodiit Romae a. 1471, cuius in calce leguntur haec:

Editio princeps Romana a. 1471.

Aspicis illustris lector quicunq. libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cõradus Svveynheym: Arnoldus p̃anartzq. magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum
.M. CCCC. LXXI.

curauit uero hanc editionem Ioannes Andreas episcopus Aleriensis, ex cuius *Epistola ad Paulum ·II· Venetum Pon. Max.* scripta haec placet adferre quibus qua ratione instituta sit edoceamur: *hoc certe tempore,* episcopus scribit, *sudanti mihi in ĩmenso Nicolai de Lyra super ueteris et noui testamenti ad litteram glossemate: ab imp̃ssoribus nostris qui biblie libros informabãt: repente efflagitatus sum ut quoniam carta maior illos deficeret: ne officine eorum uacarent: quod nunquam fit absque ingenti artis dispendio: aliquid minoris uoluminis opus illis commodum expedirem. Res uisa mihi est: nõ parum difficultatis et aliquanto magis periculi habitura: ut propere et recte possem aliquid facere: paratis semper quibusdam ad nimis exacte iudica-*

dum . . . . Conuerti me igitur plurimo incitatus ardore ad sublimis et animi et facūdie uirum Diuum Cyprianum Carthaginen̄. ep̄m et eius epistolas in manibus sumpsi. fidentiore ob id conscientia quia olim adolescens famatissimis in scholis parisiensibus agens: quo propter urbis celebritatem et studiorum feruorem atq. animi cultum capessendū concesseram. ex uetustiore exemplari eas manu mea descripseram. ratus quod ita euenit: minus me in eo codice difficultatis et tamen apud tuam Sanctitatem et doctissimorum hominum mentes non minus gratie habiturum. Ceterum percurso magis quam deambulato libro Cuius quidem ordinem ideo non mutaui: etsi uidebam me aliquorum exēplo nō īepto sane id posse facere. quia et urbis unde illud habueram maiestati: et uoluminis uetustati honorem statui suum habere. codex ille uetustior est Parisiensis 1659 (ϱ) saec. XII—XIII quem ex interpolatorum numero esse supra dixi. continet enim epistulas ex codicibus partim alterius partim tertiae familiae depromptas scripturis familiarum passim confusis ineptisque coniecturis admixtis. hunc codicem emendare absque alterius auxilio subitaria opera non potuit uir ingenio mediocri et exigua doctrina, sed ne uoluisse quidem censendus est. nam uel facillima librarii menda, subscriptiones inscriptionesque epistularum peruersas, quarum exempla supra p. LVII enotaui, scriptorum ordinem qui nullus est intacta reliquit. desiderantur uero in editione quae in Parisiensi libro deerant omnia, epistulae scilicet 5. 8. 21. 22. 23. 24. 27. 31. 33. 34. 35. 36. 41. 42. 62. 71. 73. 74. 75. 77. 79. 80. 81. libelli *Ad Quirinum* liber tertius. ex libris suppositiciis praeter illos *De singularitate clericorum* et *De duobus montibus* inest nullus; in calce uero adicitur *Reuelatio capitis beati Iohannis baptistae* ut Cypriani opus genuinum, quod codex Parisiensis et Victoricus (i) uel eorum codex parens spatio in fine uacuo receperant Cypriani nomine non adiecto; inde ineptissima narratio quamuis c. 5 Vandalorum et Pipini regis mentio fiat in reliquas editiones transiit exceptis Dauentriensi et Memmingensi omnes. sed ne quid laudis episcopo detraham, epistulae illi ad Paulum inseruit explanationem multorum uocabulorum, quae *propere perlegendo*

alicuius interpretamenti propter tyrunculos quosdam literariae facultatis indigere crederet, et indicem subiecit. exemplaria huius editionis non esse rara Audiffredus (*Catalogus historico-criticus Romanarum editionum saec. XV* p. 140) docet; ipse adhibui quod in bibliotheca Vindobonensi asseruatur sign. 5. D. 19. mera editionis principis repetitio est ea quae eodem anno Venetiis prodiit, cuius in fine legitur: *Loquitur lector ad Vindelinum spirensem Artificem qui Epistolas Beati Cypriani reddit in lucem M. CCCC. LXXI;* unde miro errore uiri docti eam Spirensem quasi Spirae prodisset dixerunt. ab editione principe nonnisi in rebus orthographicis differt, nouum accessit nihil praeter mendorum numerum typographicorum; nam qui eam correctiorem laudant numquam inspexisse uidentur. exemplar bibliotheca Vindobonensis asseruat sign. 5. D. 18. idem ualet de altera Veneta a. 1483, cuius in calce exstat: *Diui Caecilii Cypriani uiri sanctissimi et eloquentissimi epistolas exactissime recognitas Lucas Venetus Dominici filius solita diligentia impressit Venetiis anno salutis M. CCCC. LXXXIII. Pridie Nonas Decembres.* nam inedita quae illam exhibere fabulantur nulla sunt, nec in ordine aut in scripturis editionis Romanae leuissimis rebus exceptis quicquam est mutatum. sed singulis epistulis libellisque qui partim tractatus partim sermones inscribuntur summaria breuia praemittuntur eademque in tabulam redacta post epistulam dedicatoriam *C. de P. Iacobo Grasolario ciui ueneto* scriptam leguntur, post ea Hieronymi et Lactantii testimonia de S. Cypriano adiecta sunt. exemplar asseruatur in bibliotheca Vindobonensi sign. 16. F. 9. maioris momenti sunt editiones duae s. l. et a., quarum unam circa annum 1477 apud Albertum Kunne de Duderstadt Memmingensem impressam esse Panzer (*Annal. typ.* IV 119 n. 407) et Lud. Hain (*Rep. typ.* I 2, 220 n. 5895) docent. qui eam curabat epistulas libellosque nullo ordine editionibus exhibita in certum quendam ordinem digerere ita conatus est, ut libellos epistulasque maiores libellis similiores quam epistulis praeciperet epistulas reliquas eis subiungens. tabula epistularum praemissa exstat inscriptio: *Cecilij Cipriani Episcopi cartaginensis et martiris*

Editio Veneta a. 1471.

Editio Veneta a. 1483.

Editio Memmingensis.

dignissimi libri et epistole. secuntur deinde libelli I. X. XI. IX. XIII. XII. VIII. IV, epistola 63, libelli V. VI. VII. II, *De singularitate clericorum, De montibus Sina et Sion aduersus Iudeos, Ad Nouatianum de Cornelio et Nouato* (= epist. 55), *Ad Tibaritanos exortatoria* (= epist. 58), *Ad Magnum de his qui in lecto consecuntur* (inde a *Quaesistis* = altera pars epist. 69), *Ad Quirinum* (lib. I. et II.). alterius partis inscriptio est: *Incipiunt epistole Cecilij Cipriani epī carthaginensis confessoris et martiris dignissimi ad Cornelium papā et prima de confessione feliciter.* secuntur epistulae eodem ordine atque in editione principe, nisi quod epistula 45 errore et in fine *Reuelatio capitis* consulto ut uidetur omissae sunt. textus nullam fere emendationem expertus est aut si qua discrepantia inuenitur inter eam et Romanam, coniecturis non codicibus hanc deberi inde patet quod ne una quidem lacunarum quibus illa hiat suppleta est, quod alterius uel deterrimi codicis auxilio nullo negotio poterat fieri. adhibui exemplar quod est in bibliotheca Vindobonensi sign. 25. C. 13. altera editio s. l. et a. est ea quae Panzer (l. c. IV 119 Editio n. 406) et Hain (l. c. I 2, 220 n. 5894) auctoribus Dauentriae Dauentriensis. circa annum 1477 apud Rich. Paffroet prodiit. de ea paulo accuratius, ut eam manu tractasse uideatur, Schoenemann agit (*Bibl. hist. litt. patr. lat.* I 109), sed nescio quo casu factum sit ut de accessionibus eius longe grauissimis nihil proferret. incipit uero a *Tabula materiarum epistolarum beati cipriani martiris secundum ordinem alphabeti,* quem rerum indicem sequitur *Tabula contentorum* et testimonium *Ex libro beati iheronimi de uiris illustribus de beato cipriano.* deinde exhibentur eodem ordine atque editione Romana singula opera excepta 49 epistula omnia nouis titulis uel titulorum loco breuibus argumentis instructa. uelut liber *De singularitate clericorum* sic inscribitur: *Quam perniciosum sit uiris et maxime clericis conuersatio feminarum.* post epist. 40 i. e. epistulam editionis Romanae postremam inseruntur inedita haec: *Liber LXXIV. De disciplina et bono pudicicie, Liber LXXV. Ad Nouatianum hereticum quod lapsis spes uenie non est deneganda. Sermo Augustini de sancto cipriano*

martire, Incipit oratio cipriani martiris, Item oratio beati cypriani martiris quam sub diem passionis sue dixit, Passio sci̅ cypriani epi̅ et martyris. in calce exstat subscriptio: *Explicit epistolae gloriosi martiris cipriani cartaginẽsis epi̅ qui quanta eloquentia quantaque doctrina inter catholicos doctores refulserit epistole eius splendidissime uerborum ornatu sententiarumque ubertate optime testificantur.* deinde nouo signaturarum ordine A—D quaterniones secuntur exhibentes libros tres *Ad Quirinum* quorum tertius ineditus erat cum hac inscriptione: *Incipit prologus in libros beati cipriani martiris contra Iudeos editos. qui quidem prologus est epistula quedã ad quirinũ scripta,* et subscriptione: *Explicit liber tercius cecilij cipriani gloriosi martiris. Archiepiscopi carthaginensis Oratoris excellentissimi ad quirinum. in quo libro sicut et in duobus prioribus fides catholica contra iudeorum et gentilium errores sacrarum scripturarum testimoniis fortissime munitur et corroboratur deo gratias.* operum pars longe maxima ex editione principe in hanc recepta est cum isdem mendis isdemque lacunis nulla emendatione ex alio codice repetita, in eisque nulla est huius editionis auctoritas. est uero maxima in ineditis, quorum nonnulla perraro in codicibus occurrunt, uelut libelli *De bono pudicitiae* et *Ad Nouatianum,* quos primo ab Erasmo editos esse omnes credunt. ita huius editionis memoria interiit. si autem eam nec Erasmo innotuisse Schoenemann l. c. p. 110 dicit, errat; nam de libello priore in annotationibus Erasmus haec docet: *hunc in uetere quadam aeditione excusum repperi sed mendosum locis compluribus, nec licuit mederi cunctis erratis, quod non succurreret ullum aliud exemplar.* quamuis unde librum *Ad Nouatianum, Augustini sermonem, duas orationes* quae deinceps edidit deprompserit non dicat, tamen quin ex eadem editione fluxerint propter textus consensum dubitari nequit. sed integrum editionis exemplar inspexisse non uidetur. nam tertium *Ad Quirinum* librum 'in uulgatis codicibus non habitum ex bibliotheca Iemblacensi', ex codice fortasse eodem ex quo librum *de laude martyrii* primus edidit, se adiecisse testatur. inter uetustissimas Cypriani editiones fertur Parisiensis a. 1500 apud Iodocum

Badium (cf. Schoenem. l. c. p. 111), sed ea nulla est. prodiit uero eodem anno editio rarissima cuius inscriptio haec est: *Illustrium uirorum opuscula Diui Athanasii contra Arrium hereticum de homousio subtilissima coram probo iudice gentili controuersia. Diui Didymi a diuo hieronymo translata de spiritu sancto eiusq. processu atq. equalitate disputatio. Aurelii Cassiodori atq. alterius non penitendi authoris de anima rationali profunda rimatio. Plurimorum protestantium uirorum diuersarum artium argutissime nec minus scitu digne definitiones. Diui cypriani aurei de cardinalibus xpi operibus sermones* cum ins. impr. typogr. c. litt. IP et nom. IEHAN PETIT, in calce: *Venundatur a Iohanne paruo parrhisiis in regione diui Iacobi in leone argenteo.* praefatio uel *commendatio operis Cypriani Beneti Albeldeñ sacri predicatorum ordinis* scripta est *ad prudentissimum et iuris consultissimum Simonem Radin.* opusculum Arnoldi Carnotensis Abbatis Bonaeuallis *De cardinalibus Christi operibus ad Adrianum papam,* quo Cypriani nomine uenderetur, hac inscriptione: *Diui Cypriani Carthaginen̄ episcopi ad di. Corneliu̅ papā de Cardinalibus operibus xpi usq. ad eius ascensum ad patrem* et praefatione *De titulis et nominibus* (*Solent matres infantulis nuper editis* etc.), quam callidus homo ex suo addidit, instructum est. in calce libri legitur: *Reliquum est igitur ut iis qui hec peperere grati animi significationem feceritis. Atque adeo īprimis p̄stantissimo uiro dn̄o Simoni Radin qui hec situ uicta in lucem edenda curauit. Deinde Cypriano Beneti qui castigatrices manus apposuit. Tum iohanni paruo bibliopolarum optimo qui suo ere imprimenda tradidit. Nec minus d. Andreae Bocard calcographo solertissimo qui tam terse et ad amussim castigate compressit. Ad quartum Calendas Iulias Anno millesimo quingentesimo. Deo sit laus et gloria.* Arnoldi opusculum inter Cypriani opera genuina receptum est editione quae est aetate proxima Parisiensi a. 1512, cuius inscriptio haec est: *Beatissimi Caecilii Cypriani Carthaginiensium pręsulis, oratoris uerbique diuini pręconis eloquentissimi: ac trini uniusque dei proclamatoris uehementissimi opera hinc inde recepta. et in unum aggi-*

Editio Parisiensis a. 1500.

Editio Remboltiana.

liis et sumptibus magistri Bertholdi Rembolt et Ioannis vvaterloes calcographorum peritissimorum ac ueracissimorum collecta et impressa: quorum distinctio fronte sequenti notatur. ibi uero opusculum *Cardinalia Christi opera* primum ponitur, quod in editione a reliquis separatum foliis numeris nouis instructis I—XXXV postremum exhibetur, nec in reliquis hic index scriptorum ordini respondet. Schoenemannus cui integrum editionis exemplar non praesto esset errauit (l. c. p. 114). indicem excipiunt Roberti Fortunati praefatio ad Ruricium Blesensem senatorem, in qua, cum ipse rebus familiaribus occupatus Cypriani opera recognoscere non posset, Guilielmum Potetum Biscutinum *opus insigne relegisse emaculasse et annotationibus quibusdam non negligendis locorumque Bibliae et aliorum citationibus ad marginem perpulchre multoque cum labore donauisse* narrat, Poteti ad lectorem carmen, Hier. Alexandri prof. Paris. carmen in commendationem impressoris Remboltі, praefatio editionis Venetae a. 1483, Hieronymi et Lactantii testimonia, index rerum. singula opera ex eadem editione Veneta repetita in nouum ordinem redacta sunt, ita ut primum locum obtineant epistulae in quattuor libros diuisae, quorum primus continet epistulas 60. 57. 59. 67. 13. 69. 65. 43. 1. 2. 4. 70. alter 72, libellum *Ad Donatum,* epistulas 63. 37. 38. 10. 30. 52. 47. 45. 44. 51, tertius 61. 46. 54. 32. 20. 12. 78. 64. 3. 14. 49. 50. 68. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56. 7. 76, quartus 6. 55. 28. 11. 39. 58. 69 (dimidiam), 48. 66. 40.; fol. LXIX—XCIII cum inscriptione *Sequuntur uarii tractatus eiusdẽ diui Cypriani* exstant libelli X. IV. II (*de idolorum uanitate* inscriptus), *Aduersus Iudaeos de montibus Syna et Syon. De reuelatione capitis b. Iohannis baptistae,* fol. XCIIII—CXXVIII inscriptione praemissa *Sequuntur uarii sermones diui Cypriani* libelli XI. XIII. XII. VIII. VI. VII, fol. CXXVIII sqq. *Expositio diui Cypriani in Symbolum apostolorum,* libellus IX, *De singularitate clericorum,* libelli III duo libri (fol. CLXXIX in calce legitur: *Finis secundi et ultimi libri Diui Cypriani*), *Passio Sancti Cypriani per Pontianum eius diaconum edita*; fol. CLXXX

in calce leguntur haec: *Beati Cypriani opuscula nouiter Parhisiis in Sole aureo uici sancti Iacobi impressa Expēsis magistri Berthold Rembolt et Iohannis vvaterloes. In intersignio sancti Georgii cōmorañ. Anno dñi M.D.XII. Die uero XIII. Nouembris.* nouum praeter *Expositionem in symbolum apostolicum* quam inter Hieronymi etiam opera receptam Rufini Torani Aquileiensis ecclesiae presbyteri esse codicum aliorum inscriptionibus (cf. Ios. Klein *Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues* p. 12) dudum uiri docti cognouerunt et *Passionem Cypriani* quae miro errore Pontiano adscribitur accessit nihil. nam Rob. Fortunatus alia nonnulla quae nactus erat noua *uti de aleatoribus et caeteris paucis, quia parum sibi constabant, praesens in tempus* omittenda esse censebat. utrumque ex codice Parisiensi 1922 descriptum uidetur. codices certe Parisienses 1648 et 1655 qui *Expositionem* exhibent Cypriani nomen non addunt. reliquorum operum textus idem est atque editione Veneta fertur.

Primus textum qualis inde ab editione principe uulgabatur codicum auxilio emendare conatus est Erasmus. cuius recensio prima Basileae prodiit a. 1520. *Opera diui Caecilii Cypriani episcopi Carthaginensis ab innumeris mendis repurgata adiectis nonnullis libellis ex uetustissimis exemplaribus quae hactenus non habebantur. ac semotis ijs, quae falso uidebantur inscripta, una cum annotatiunculis Atq. haec omnia nobis praestitit ingenti labore suo Erasmus Roterodamus. uir iuuandis optimis litteris natus Apud inclytam Basileam ex officina Frobeniana.* praefatione ad Laurent. Puccium Card. annotationibus duplici indice et Passione Cypriani praemissis secuntur epistolae eodem ordine in quattuor libros diuisae in quem Parisiensi primum digestae erant. eas excipiunt *Varii tractatus,* libelli scilicet X. IV. V. II *(De idolorum uanitate), Varii sermones* XI. XIII. XII. VIII. VI. VII. IX. III (libri tres), epistulae † 73. † 74. † 71 et † *Sententiae episcoporum.* separata ponuntur *Opera quae uidentur falso adscripta Cypriano* haec: *De montibus Sina et Sion, De reuelatione capitis* etc., *Expositio in symbolum apostolorum, De sin-* Editio Erasmiana a. 1520.

gularitate clericorum, De cardinalibus operibus Christi, † *Ad Moysen et Maximum et ceteros confessores de laude martyrii, De disciplina et bono pudicitiae, Ad Nouatianum haereticum quod lapsis spes ueniae non est deneganda, Orationes I et II, Sermo Augustini de S. Cypriano martyre.* ea quae signo † notaui in hac editione noua sunt. epistulas 73. 74. 71 et *Sententias episcoporum* Erasmus ex codice Corbeiensi (C) adiecit, in quo ea deprauatissima sunt et multis lacunis referta, ita ut de his idem ualeat quod de editione Romana Erasmus dixit se illa nihil uidisse deprauatius. libellum *de laude martyrii* ex codice alterius familiae deprompsit, qui in bibliotheca Gemblacensi asseruabatur. eidem fortasse librum tertium *Ad Quirinum* deberi supra dixi: poterat et ipsum ex editione Dauentriensi haurire, ex quo reliqua opera spuria quae editio Romana non habebat deprompta sunt. quibus codicibus in emendando textu usus sit, nusquam dicit. quin uero codicem Corbeiensem (C) in epistularum crisi adhibuerit dubitari nequit. huius ope permulta menda sustulit, lacunas suppleuit, etiam interpolationes exstirpauit. sed cum alteram eius manum anxie premeret quam audacissimam esse docui, fieri non potuit quin hic illic uerba magis corrumperet quam emendaret. eum autem in epistulis hunc codicem solum adhibuisse probatur eo quod epistulas quae nonnisi alterius familiae libris continentur fere intactas reliquit. meliorum codicum adhibitorum indicia nec in epistulis nec in libellis apparent. Erasmianas editiones saepissime repetitas enumerare non possum, nec si possim uelim. multum hercle inter se non differunt nec nouorum codicum subsidia conspiciuntur, quamuis nouam quamque bibliopolae maioribus laudibus efferant et 'ex uetustissimorum codicum collatione repurgatiorem' dicant. duae tantum dignae sunt quae nominentur, dico eam quae a. 1530 ex officina Frobeniana prodiit, in qua ad Cypriani opera accessit *liber apprime pius ad Fortunatum de duplici Martyrio antehac nunquam excusus.* altera est Coloniensis in officina Petri Quentel a. 1544 impressa: *D. C. Cypriani uniuersa quae quidem exstare sciuntur opera iam nouissime ex castigatione Des. Erasmi*

Editio Erasmiana a. 1530.

Editio Erasmiana a. 1544.

Roterod. diligentius multo quam hactenus usquam exemplarium manu scriptorum subsidio a mendis uindicata. Cum accessione libelli Cypriano inscripti admodum pij, De Martyrio duplici ad Fortunatum. Accesserunt adnotationes Erasmi .... Et adnotatiunculae seu castigationes aliquot doctissimi utriusque linguae uiri Henrici Grauij, breues illae quidem et paucae, sed oportunae tamen et eruditae. Et index nouus copiosior uetusto illo et magis digestus, iam recens opera Bartholomaei Laurentii adiectus. Coloniae ex officina typographica Petri Quentel mense Augusto anni post Christum natum MDXLIIII. propter has Grauii notas falso Grauii esse creditur quasi Grauius eam accurasset, quamuis in praefatione de annotationibus nescio quis scripserit: *has uir ille doctissimus ex manuscripto Cypriani codice obseruatas, in suum sibi codicem breuissime tantum notarat, non in hoc ut sic seorsim ederentur, sed ut ex uolumine ipsius excerptae, nouae alicui editioni ederentur. Verũ quia in hac editione progressum erat aliquousque priusquam nobis de illis constaret, ne lector hoc qualicuuque commodo priuaretur, oportuit ad hunc modum anteriores illarum hic seorsim cõgestas. nam posteriores, ne sis insciens, editioni huic suis passim locis sunt insertae.* plus in emendandis Cypriani operibus praestitit editio quae a. 1563 apud Paulum Manutium Romae prodiit. Latinus Latinius qui eam curauit ex Erasmiana recepit epistulas eodem ordine in quattuor libros digestas eisque adiecit quintum complectentem 16 nouas, sc. 81. 5. 34. 27. 35. 33. 41. 62. 80. 77. 79. 31. 36. 23. 24. 42; reliqua opera genuina se excipiunt ut apud Erasmum. spuriorum ordinem paulo mutauit eisque addidit librum *De spectaculis.* apparent igitur in hac editione epistulae septuaginta septem. sed innotuerant Latinio omnes. de quattuor enim quae desiderantur haec annotat in *Bibliotheca sacra* p. 174: *et haec una trium* (epistulas 8. 22. 23 dicit) *epistolarum est, quae in duobus Vaticanis et in Bononiensi monasterio Sancti Saluatoris a me sunt repertae; non placuit ijs, qui praeerant, ut inemendatae ederentur, quemadmodum non probarunt Firmiliani epistolam* (= 75), *quam nemo ante ediderat, ex tenebris esse proferendam.* et p. 175:

Editio Manutiana.

erat apud me huius quoque epistolae (21 dicit) *in codicibus duobus exemplum, sed mire corruptum.* epistulas uero nouas Latinium ex codicibus interpolatis ita emendasse ut modo ex hoc modo ex illo quae apta uiderentur eligeret, grauius corrupta etiam resecaret, nonnulla coniectura tentaret, mea adnotatione cum illius editione comparata nullo negotio quisque inueniet, nullus probabit: nam recentiores codices omnes qui epistulas illas continent ex uno libro fluxisse supra (p. XLVI sq.) demonstratum est. quare scripturas Manutianae plerisque locis per reliquas editiones propagatas non annotaui. ceterum codices a Latinio adhibitos duos me nactum esse puto. de uno res est certissima, Vaticanum (φ) dico n. 199, cuius lectiones in *Bibliotheca sacra* passim exscriptae occurrunt; alter mihi Monacensis (μ) uidetur, qui 'a Ioanne Troster Venetiis a Cartalario Caspare anno 1462 ultima Iunii pro XII ducatis emptus' est. certe ex eo uel eius apographo librum *De spectaculis* et *Cypriani uitam per Pontium eius diaconum* primus edidit Latinius. maioris momenti editio est in reliquis operibus Cypriani genuinis, quorum ad emendationem uetustissima exemplaria congesserant et Latinius et Carolus Borromaeus, cuius de opera in praefatione ad ipsum scripta haec habentur: *praestantem ad bene merendum naturae propensionem agnoscebam, qui totus in eam curam incubueris, ut omnia Cypriani scripta, mendis antea deformata, nunc in ueterem illam integritatem ac speciem, accersito etiam Verona mirae uetustatis exemplari, accurata doctorum uirorum industria restituerentur.* ad Veronensem uetustissimum accessit Beneuentanus uel Neapolitanus optimorum unus. textu ad hos accurate castigato cum Latinius contra scriptorum librorum fidem nonnulla retenta, aliqua addita, quam plurima immutata uideret, nomen suum in editione a Manutio non passum esse adscribi ipse in epistula ad Masium, cuius uerba p. X exscripsi, narrat et Caroli Vicecomitis litterae (*lettere 45 di Trento XXII. Giugno* in Baluzii *Miscell.* ed. Mansi III p. 472) confirmant. inde iam patet in Manutiana editione Veronensis deperditi scripturas conplures latere quas eruere nullo modo licet.

textus uero innumeris locis emendatus et ad genuinam formam redactus est, ut Erasmi recensio integritate ab ea longe superetur exceptis sane nonnullis libris et spuriis plerisque, in quibus tota ab Erasmo pendet.

Nouam prorsus uiam eodem tempore ingressus est Guilielmus Morelius, qui prioribus editionibus neglectis maximam scriptorum partem ex codicibus denuo imprimendam curauit et spuria conplura adiecit. prodiit editio Parisiis apud Guil. Desbois sub Sole aureo uia Iacobaea a. 1564. insunt haec: *Adriani Turnebi praefatio ad Carolum Maximilianum Valesium Francorum regem christianissimum, Vita Cypriani per Pontium, Actus Passionis cuius Pontius meminit, Passio per Paulum diaconum edita. Passio ex antiquis libris descripta. Passio per Prudentium* (*Punica terra tulit* etc.), *Qualiter sanctorum Martyrum Cypriani Sperati Pantaleonis reliquiae Lugdunum adeptae sint, Sermo S. Augustini de S. Cypriano martyre* et alia elogia; deinde indice praemisso opera hoc ordine: libelli I. X. IX, epistulae 37. 38. 10, libelli V. VII. VIII. XI. XII. XIII. IV. VI, epistulae 30. 60. 57. 59. 52. 47. 45. 44. 51. 13. 43. 65. 1. 61. 46. 54. 32. 20. 12. 78. 67. 64. 2. 3. 14. 49. 50. 68. † 75. 53. 16. 15. 17. 18. 19. 26. 25. 9. 29. 56. 7. 6, lib. II, 4. 55. 28. 11. 39. 58. 69 (dimidia). 48. 66. 40. 63. *De laude martyrii*. 73. 71. 70, *Sententiae episcoporum*. 74. 69. 72. 31. 77, 79, † *Ad Vigilium episcopum*, † *Aduersus Iudaeos qui insecuti sunt dominum nostrum Iesum Christum*, 80, *Ad Quirinum* libri tres, 54. 23. 24. † 21. † 22. † 8. 35. 36. 33. 34. 41. 5. † *De aleatoribus. De bono pudicitiae. Ad Nouatianum haereticum quod lapsis* etc., 76. 42. 62. 81. *De spectaculis. De duplici martyrio. De singularitate clericorum. De cardinalibus Christi operibus. Expositio in symbolum. De montibus Sina et Sion*. † *De duodecim abusionibus saeculi, De reuelatione capitis* etc., † *Dispositio coenae. Carmina* † *Genesis*. † *Sodoma, De cruce domini*, † *Ad quendam senatorem*. quae † signo notaui tum inedita erant. Morelius priusquam editionem absoluit mortuus de codicibus et suae recensionis ratione critica nihil docuit. quod cum audacius in ea re se gessisse non uideri

Editio Moreliana.

multis non posset, eum omissurum fuisse non putandum est. Turnebus epistula Carolum nonum ut uxorem liberosque quos doctissimus typographus inopes reliquisset adiuaret enixe precatus de his rebus disputare supersedit, nec quisquam alius in hanc rem inquirendum esse putauit; quod si factum esset, proximi editores hanc editionem non ita neglexissent. integritatem eius solus Prudentius Maranus recte aestimauit in Baluzianae editionis praefatione scribens: *editio satis accurata est ac in multis, quae perperam in sequentibus editionibus mutata fuerant, cum codicibus mss. consentit.* illi enim recentissimos codices respexerunt, Morelius in digerendis et emendandis operibus uetustiores secutus est. atque libellos undecim primos, insertas eis epistulas tres (37. 38. 10), Prudentii uersus et carmen *Qualiter sanctorum martyrum Cypriani Sperati Pantaleonis etc.* ex codice Parisiensi 1647 A. (P), alteram operum partem inde ab epistula 60 usque ad 7 ex Compendiensi (E) immutato fere ordine, inter reliqua epistulas rariores atque quae nondum edita erant et epistulas 21. 22. 8 et opuscula spuria quinque ex codice Paris. 1648, carmina ex codice Victorico 380 accuratissime descripsit et emendauit. itaque Moreliana reliquas tam integritate superat quam recentiorum codicum plebeculam ab uetustioribus uirtute superari supra demonstratum est.

Editio Pameliana. Optimam Morelii editionem pessima Pamelii secuta est. qui cum conplures annos iam huic rei operam nauasset, Manutiana et Moreliana eodem fere tempore uulgatis maxime incitatus Cypriani opera Antwerpiae edidit a. 1568; qua in re id inprimis sibi proposuit ut epistulas temporum potissimum habita ratione eo ordine quo a Cypriano scriptae acceptaeue fuissent, exhiberet. distinxit tomos tres quorum primus epistulas amplectitur in plures classes diuisas. primam constituunt *Epistulae statim a baptismo Cypriani conscriptae:* † *Donati ad Cyprianum* (App. 272,3), *Cypriani ad Donatum,* 8. 9. 5. 14. 13. 11. 10. 16. 15. 17. 18. 19. 20. 37. 23. 26. 24. 25. 21. 22. 27. 29. 28. 31. 33. 34. 35. 36. 30. 32. 38. 39. 40. 7. 12. 41. 42. 43; alteram *Epistolae scriptae sub pontificatu Cornelii et Lucii:* 44. 45. 47.

46. 48. 49. 51. 50. 52. 53. 54. 56. 57. 59. 58. 60. 61; tertiam *Epistolae miscellaneae in pace ecclesiae uariis temporibus conscriptae:* 64. 62. 2. 4. 63. 65. 3. 1; quartam *Epistolae scriptae sub pontificatu Stephani et de baptizandis haereticis:* 68. 67. 66. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 69; quintam *Epistolae in exilio conscriptae et sub finem uitae:* 76. 77. 78. 79. 6. 80. 81. alter tomus continet tractatus: IV. VI. V. VII. X. II. VIII. XI. XII. XIII. IX. III. XIV; tertius opera Cypriano adscripta quae tum edita erant omnia. in emendandis iis codicibus nonnullis Belgicis uelut Affliginiensi Blandiniensi Dunensi Tornacensi Marchionensi uarioque apparatu a Cauchio Costero aliis in margine librorum adscripto, praeterea editionibus Veneta Remb. Morel. Erasm. Manutiana ita usus est, ut modo hinc modo illinc aliquid reciperet. in lectionum iudicio nulla lege et ratione ductus, nisi quod interpolatissima quaeque libentissime arripiebat. itaque omnium codicum optimus ei erat Cambronensis, qui alterius familiae proles re uera est interpolatissimis interpolatior et alienis additamentis effertissimus; eum uero ubi forte fortuna integrior erat, uitiorum eius totus amator neglegendum putauit deteriores secutus. paucae tantum epistulae, quas in suis codicibus non inueniret, iniuriam editoris non expertae sunt. poterat igitur gloriari praeter 700 et eo amplius locos in sola scripturae citatione marginali ab innumeris insuper mendis perpurgatum Cyprianum prodire ita ut nulla posthac recognitio opus foret. neque deerant qui homini fidem haberent uelut Schoenemannus Cypriani sospitatorem eum nuncupans, rectius deprauatorem nominandum, qui quidem 700 et amplius locis Cypriani scripta miserrime interpolauerit, ita ut editorum proximorum omnium ad menda tollenda et interpolationes exstirpandas cura uix sufficeret. nam hi in emendando non tanta fiducia usi sunt quanta in deprauando abusus erat Pamelius, quamuis Gronouius uir sagacissimus et de Cypriano non uno nomine optime meritus uiri peruersitatem acerrime exagitasset (cf. *Obseru.* III 12 p. 263, III 24 p. 324, *Obseru. in script. eccles.* c. 3 p. 572, ed Frotscher). Pamelii editio saepius repetita est, quae repetitiones nullius

sunt pretii. uidi plerasque, sed unam uidere non contigit Geneuensem cum notis Iacobi Pamelii et Simonis Goulartii, quae post Parisiensem a. 1593 prodisse uidetur. in ea unici quem habebat codicis cuiusdam episcopi Achonensis scripturas enotasse Goulartium Reinhartus editor Altdorfensis testatur.

Editio Rigaltiana.

Tandem a. 1648 Rigaltius uir et elegantia ingenii et doctrinae copia insignis nouis subsidiis instructus opera Cypriani Parisiis (apud uid. Mathurini du Puis uia Iacobaea sub signo Coronae) typis edidit. in scriptorum ordine a Pamelio instituto nihil mutauit nisi quod epistulam *Donati ad Cyprianum* in adnotationes reiecit. adnotationes locupletes, quibus quae ad crisin uel exegesin pertinent optime explicauit, tomus alter comprehendit eisque anecdotum opus ex codice Remensi uetustissimo depromptum *De rebaptismate haereticorum* inseruit. ad adornandam editionem Rigaltio praeter Corbeiensem (C), Thuaneum (P), Foxiensem (Z), Regium (= cod. Paris. 1653 saec. XII) et exemplar quoddam Pomposianum uetustissimorum codicum Veronensis et Beneuentani collatio de qua supra (p. XIII) dixi praesto fuit. quos cum ueteris scripturae liniamenta fideliter seruare animaduerteret, se eorum scripturas omnes in ipso operum contextu repraesentare debuisse dicit, sed festinantibus operis typographicis cum adesse sibi non liceret, id fieri non potuisse. relegauit igitur Veronensis et Beneuentani libri locupletissimam memoriam in *obseruationes*, lectionibus paucis in textum receptis. quamuis a Veronensi codice, cuius condicionem non perspexerat, fere totus pendeat, circumspecto et acuto iudicio in eligendis lectionibus et ponderandis uersatus emendatiora et integriora Cypriani opera edidit quam qui ea prius castigauerant. in calce editionis Nicolai Fabri coniecturas lectionesque quas e codicibus ille enotauerat adiecit. Rigaltii editionem secuta est Oxoniensis a. 1682. nam Reinharti editio quae a. 1681 Altdorfiae prodiit nullius est momenti; is enim praeter editiones aliquot antiquiores e Norimbergensi bibliotheca aduectas mss. libros quos frustra in Germaniae bibliothecis quaesierat nullos usurpauit. Oxonienses editores Io. Fellus episcopus Oxoniensis et Io. Pearsonius episcopus

Editio Oxoniensis.

Cestrensis Cypriani opera in nouum ordinem Pamelianoque meliorem digesta ad uetustos libros accuratius emendauerunt; textui insigni legentium commodo uariantes lectiones ex suis aliorumque codicibus petitas, lectionibus adnotationes subiecerunt. opera spuria libello *Expositio bissexti* inscripto et tribus Arnoldi Bonaevallis tractatibus aucta seorsim ediderunt suo quodque auctori uindicare conati. accesserunt *Annales Cypriani siue tredecim annorum quibus S. Cyprianus inter Christianos uersatus est breuis historia per Ioannem Cestrensem* et *Dissertationes Cyprianicae ab Henrico Dodwello A. M. Dubliniensi.* de subsidiis criticis haec adnotantur in praefatione: *Manuscripti codices suppetebant mihi, quatuor Bodleiani, quatuor itidem illustrissimi D. Isaaci Vossii: duo Noui Collegii Oxoniae, unus collegii Lincolniensis ibidem, unus collegii Pembrochiani Cantabrigiae, unus bibliothecae Lambethanae, alius Arundelianae, alius Eboracensis, alius Westmonasteriensis, alius Sarisburiensis, alius Cottonianae. Porro communicatae sunt mihi collationes codicis collegii Corporis Christi Cantabrigiae, et alterius Londinensis, opera Reuerendi uiri Thomae Gale SS. Theol. Professoris. Idem in Sarisburiensi quodam codice praestitit Reuerendus in Christo Pater Asaphensis Episcopus. Collationibus etiam Codicum Thuani, nec non coenobiorum S. Michaelis in periculo maris, S. Victoris Parisiensis, S. Mauri Fossatensis, et S. Petri Corbeiensis frui datum est, ex singulari humanitate Reuerendorum Patrum Benedictinorum Lutetiae. Demum collationes aliquot Codicum Vaticanorum, Veronensis itidem atque Beneuentani, nec non Regis Galliae, studio amicissimi uiri Domini Roberti Rigby, mihi opportune perferebantur.* apposui haec uerba, quibus solis de codicibus qui in Angliae bibliothecis asseruantur constat. uetustiores si ibi fuissent, ex bibliothecarum latebris editores qua sunt diligenti cura sine dubio protulissent. neque qui post eos Angliae bibliothecas perscrutatus est Routh codicem qui saeculum decimum aetate superaret potuit inuenire (cf. *Script. eccles. opuscula praecipua quaedam* Oxon. 1858 p. 841). dolendum est Fellum pro more illius aetatis quae in exhauriendis

libris manu scriptis inaequalem plerumque operam collocabat codicum scripturas non ita enotasse ut quid singuli ualerent et cui familiae essent adscribendi certius definiri posset. *minime,* ipse ait, *spondeo me in hisce omnibus exhibendis, ita seruiliter addictum, ut non aliqua ultro praeterirem, quae aut librariorum manifesti errores, aut minora erant quam ut lectori moram facerent.* mallem paucos adnotasset librariorum manifestos errores quam centum ueras lectiones. in scriptore enim totiens descripto codicum praestantiam multo magis eorum erroribus, qui ut genuinum inueniamus efficiunt, quam librariorum politis emendationibus quibus adquiescamus saepius necesse est, cerni quis nesciat? sed uel sic certissimum est ne unum quidem inter omnes illos codices exstare integritate ita insignem, qui in hac recensione fuerit adhibendus. neque ipse Bodleianus 1 rariores epistulas et Pontii uitam continens qui hoc numero excipiatur dignus est. nam quin et ipse ex Reginensi libro (T) fluxerit eius scripturis leuiter inspectis nemo dubitabit. quamquam illi meliores omnes sunt quam ex quibus Pamelius scriptoris uerba deprauauerat. quare si Fellus eorum scripturas in textum recipere quam textui subicere maluisset, Cyprianum plus sexcentis locis optime poterat emendare.

Editio Baluziana. Postremus ingenti codicum numero instructus, quibus in comportandis et euoluendis plus quindecim annos indefessa industria consumpserat, editionem parauit Stephanus Baluzius eamque a. 1717 typis coepit describere, inchoatam cum ipse 28 mens. Iul. a. 1718 88 annos natus obisset, Prudentius Maranus absoluit, cui operum spuriorum emendationem debemus; genuina enim Baluzio etiamtum uiuo impressa erant; quare ubi in illis Baluzii editionem citaui, Prudentii Marani uolui intellegi curam. inde uero factum est ut adnotationes ad opera suppositicia fere nullae adicerentur, dum scripta genuina uberrimis rerum criticarum et exegeticarum commentariis abundant. Baluzius enim uarias lectiones in margine editionum exscripserat; quae cum mox post mortem eius cum aliis quos possidebat libris distractae essent, nihil fere inuenit Maranus, nec de codicibus

a Baluzio usurpatis in praefatione, 'in qua post enumeratas sancti Cypriani operum editiones de s. martyris doctrina pluribus disseritur' uel in 'uita S. Cypriani' ipsius cura adornata praeter ea quae in adnotationibus indicata erant amplius quicquam poterat docere. adhibuit uero Baluzius codices quotquot in bibliothecis Galliae exstabant et inter eos optimos uetustissimosque quos ego habui Gallicos ad unum omnes, uelut Seguierianum (S), Thuaneum (P), Pithoeanum (Q), Corbeiensem (C), Compendiensem (E), Sorbonicum (o) etc. Italicos Anglicos Germanicos praeter eos qui per alios innotuerant usurpauit nullos. sed in eligendis scripturis uetustissimos libros prorsus fere neglexit recentioribus et interpolatis ita addictus, ut alter Pamelius quem etiam in digerendis epistulis secutus est textum magis deprauaret quam emendaret, in quo uehementius est uituperandus, cum Rigaltius et Oxonienses plurimis locis textum rectissime constituissent. spurias epistulas tres primus euulgauisse creditur, exstabat uero altera (App. 274,19) eorum in Hieronymi tomo quinto p. 406 sq. a Martinaeo a. 1706 edito nec indicia desunt hanc editionem Baluzium imprimenti dedisse (cf. p. 276,14; 277,1; 279,13; 280,13).

Post Baluzium Cypriani opera omnia ad libros manu scriptos nemo exarauit; nam duae tresue editiones, quorum prima in collectione selecta SS. ecclesiae patrum Mediolani a. 1835, secunda et tertia Parisiis a. 1836 prodierunt, opera genuina continentes, Baluziani textus merae repetitiones sunt. neque Mignius quicquam praestitit nisi quod libros curauit pretio uenales humano sed innumeris typographorum mendis auctos. ex Baluzio quoque epistulas nonnullas Coustantius (*Epistolae Romanorum pontificum et quae ad eos scriptae sunt* Paris. 1721 p. 126 sq., pag. 211 sq. Append. p. 26), easdem epistulas et nonnulla opera Gallandius (*Bibliotheca uet. patr. antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum* tom. III. Venetiis 1767 p. 333 sq.) repetiuerunt. ad Oxoniensem uero suam editionem adornauit Goldhorn (in *Gersdorfii bibliothecae* uol. II Lips. 1838), qui quamuis nullos codices nancisceretur summa Germaniae bibliothecas inopia premi

Editionis Baluz. repetitiones.

Editio Goldhornii.

questus, editorum supellectile critica prudenter usurpata textum permultis locis quam ceteri rectius constituit. singulos Cypriani libellos (*De catholicae ecclesiae unitate, De lapsis, De habitu uirginum* Tubingae 1853; *Ad Donatum, De dominica oratione, De mortalitate, Ad Demetrianum, De opere et eleemosynis, De bono patientiae et De zelo et liuore* Tubingae 1859) edidit Krabinger primusque Germaniae codices Monacenses Bambergenses Wirceburgenses excussit, etiam Seguieriani libri et Veronensis collatio praesto fuit. eorumque auxilio multa rectissime emendata sunt. sed in tanta lectionum ex libris recentissimis petitarum farragine, qua adnotationem operosius onerauerat, cum libros numerare quam ponderare mallet, plura inemendata reliquit. acutius rem criticam factitauit Routh in emendandis quinque Cypriani opusculis (*Script. eccles. opuscula praecipua quaedam* Oxon. 1859 I p. 229 sq.). alterum eiusdem librum *Reliquiae sacrae* inscriptum uidere non contigit.

Editiones Krabingeri.

Huius editionis ratio.

Post hos praesidiis optimis instructus de quibus supra retuli ad adornandam editionem nouam accessi. ars critica in his operibus factitanda lectionum electione continetur coniectandi finibus tam anguste circumscriptis, ut idem mihi sit uerendum, quod in re simili uir doctissimus et κριτικώτατος nuper professus est, ne iis haec mea opella parum probetur, qui auctorum recognitiones aestimare solent ad numerum locorum emendatorum sine exemplo. quamquam omnium operum condicio non est eadem et epistulae nonnullae, scripta uero suppositicia ex uno archetypo non parum deprauato descendentia pleraque campum praebent ingenia experturis aptiorem. in quibus si nonnihil mea cura in rem contulisse uidebitur, ero contentus. equidem etiam in his cautius quam audacius egi, quorum auctoribus propter insignem mediocritatem permultum sit condonandum. ubi uero ad coniecturas erat confugiendum, in textum eas non recepi, nisi ubi maxime probabiles esse confiderem, plurimas in apparatum criticum relegaui. in Cypriani operibus genuinis scripturarum electio primum est emendantis negotium idque a recta codicum aestimatione totum pendet. de qua cum editorum nullus quaestionem

instituisset, discrepantium scripturarum existimatio non poterat non esse ambigua et lubrica. equidem ut par erat in impeditis et uariis Cyprianicorum codicum condicionibus diligentiorem operam in hac quaestione collocaui, quam si uiris doctis probauero, quattuor fere annorum indefessum laborem quo plus quadraginta libros excussi satis praemii nactum esse putabo. in rebus orthographicis antiquissimos libros, Seguierianum in libellis, in epistulis primae familiae Vindobonensem, Wirceburgensem etiam et Trecensem secutus sum barbaris et plebeis reiectis, nisi forte ea ab auctore ipso profecta esse librorum consensu ut crederem adducebar. ab iis uero ubi recessi, grauiora et rariora enotaui diligenter, minora non item, uelut in quibus summa antiquissimorum horum librorum cernitur inconstantia, dico commutationem litterarum *ae* et *e*, *e* et *i*, *y* et *i*, *u* et *b*, *ph* et *f*, *th* et *t*, *t* et *d*, consonantium liquidarum geminationem, aspirationem modo additam modo neglectam, praepositionum assimilationem. haec semel uel aliquotiens adnotasse satis habui nisi ubi talia ad inuestigandam scripturam ueram aliquid conferre uiderentur. huic praefationi finem imponere non possum, nisi uiris doctissimis gratias egero maximas qui huic curae meae operam suam humane nauare uoluerunt, inprimis Ioanni Vahlen cui grati animi testificandi causa hanc editionem dicaui, deinde Carolo Halm, Augusto Reifferscheid, Guilielmo du Rieu, Leopoldo Delisle, Antonio Ruland, W. Nolte, Carolo Aldenhoven, Augusto O. Fr. Lorenz, qui partim librorum manu scriptorum mihi copiam fecerunt partim eos officiose inspexerunt meumque in usum contulerunt.

Scripsi Vindobonae mense Augusto a. 1870.

Guilelmus Hartel.

VITA CAECILII CYPRIANI

(Pontio diacono uulgo adscripta).

1 Cyprianus religiosus antistes ac testis Dei gloriosus, etsi multa conscripsit, per quae memoria digni nominis superuiuat, etsi eloquentiae eius ac Dei gratiae larga fecunditas ita se copia et ubertate sermonis extendit, ut usque in finem mundi fortasse non taceat: tamen quia operibus eius ac meritis etiam haec praerogatiua debetur, placuit summatim pauca conscribere, non quo aliquem uel gentilium lateat tanti uiri uita, sed ut ad posteros quoque nostros incomparabile et grande documentum in immortalem memoriam porrigatur *et* ut ad exemplum sui litteris dirigantur. certe durum erat, ut cum maiores nostri plebeiis et catecumenis martyrium consecutis tantum honoris pro martyrii ipsius ueneratione tribuerint, ut de passionibus eorum multa aut ut prope dixerim paene cuncta conscripserint, utique ut ad nostram quoque notitiam qui nondum nati fuimus peruenirent, Cypriani

Incipit Cecili Cypriani antestis dei *T*, Incipit de uita Cecilij antistitis Cypriani *t (cum codex t cum T unde descriptus est ubique fere conspiret, siglo T has conspirantes lectiones intellegi uolui)*, Breuis descriptio uitae beatissimi et doctissimi Cipriani episcopi et martiris *w*, Incipit passio beatissimi Cypriani martyris *μ*. — 3 antestis T^1, antistites *μ* deo *T* etsi *T*, tametsi *wμv* 4 multa] mulata *T* quae *ex* qua *T* sui dignominis *μ sed* sui *s. l. m. 2* superbibat T^1 5 gratia *μ* 8 debetur] delectat *wμ*; *hic uerba l. 11* ut ... dirigantur *inserit wμv* 9 quo] quod *v* uel *om. wμ* tanti *ex* tm̃ *corr. μ m. 2* 10 in *om. wμ* 11 et *addidi* ad *om. wμv* sui *Tμ*, suum *wv* in litteras *wμv* 12 dirigantur *T*, dirigatur *μ*, digeratur *wv* plebis $T\mu^1$, plebi μ^2 13 catecuminis *Tμw* martirum *wμ* consecutus *w* martyrii] m*rii (s *s. l.*) *T*, marius *t* 14 ipsi *w*, ip̃m *w* tribuerint *scripsi*, debuerint $T^1 tw\mu$, dederint $T^2 v$ aut] aut prope aut μ^1 15 ut prope *twμ*, prope *Tv* conscripserit T^1 utique *om. v* 16 quaeque *μ*

tanti sacerdotis et tanti martyris passio praeteriretur, qui et sine martyrio habuit quae doceret, et quae dum uixit gesserit non paterent: quae quidem tanta atque tam magna et mira sunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear. et imparem me esse confiteor ad proferendum digne pro meritorum honore sermonem, nec posse sic prosequi facta tam grandia, ut quanta sunt tanta uideantur: nisi quod numerositas gloriosa sibimet ipsa sufficiens alieno praeconio non eget. accedit ad cumulum, quod et uos de eo multum aut si fieri potest totum desideratis audire, concupiscentes ardore flagranti uel facta eius [cognoscere], etsi interim uiua uerba tacuerunt. in qua parte si dixero nos opibus facundiae defici, minus dico. facundia enim ipsa deficitur digna facultate, quae desiderium uestrum pleno spiritu satiet. ita utrimque grauiter urgemur: ille nos uirtutibus suis onerat, uos nos auribus fatigatis.

Vnde igitur incipiam? unde exordium bonorum eius ad- **2**
grediar, nisi a principio fidei et natiuitate caelesti? siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, nisi ex quo Deo natus est. fuerint licet studia et bonae artes deuotum pectus imbuerint, tamen illa praetereo: nondum enim ad utilitatem nisi saeculi pertinebant. postquam et sacras litteras didicit et mundi nube discussa in lucem sapientiae spiritalis emersit, si quibus

1 passio *om. w* praeteriretur q. e. s. m. habuit] praehabuit *T'*t, non habuit T^2 2 quae *in* qui *corr. T* et quae ... paterent *om. Twu et cod. Fossatensis* (= *F*) *uetustissimus, extabant in cod. Floriacensi* (= *L*); *de his duobus mss. cf. Ruinartii Acta martyrum p. 171 §. 1 uel Gallandii biblioth. uet. patr. praef. XXIX* 3 quidam *w* 4 magnitudinibus *w* terreret *wu* et imperarem T^1, imparem *μ*, Vnde sparem *w* 5 confitear T^2v perferendum T^1 sermonum *T* 6 facta tam] factam *T* 7 gloriosa *TFL*, gloriarum *wμv* 8 alieni *w* de eo *μ*, eo *T*, qui a deo *w* 9 audiere *T*, minus audire *w* concupiscentes ... *l. 12* minus *om. w* concupiscentis *T* 10 cognoscere *om. Tμ* 11 tacuerint T^2, taceant *ex* tacueret *μ m. 2* dixero nos opibus] di uero masonibus *T*, di______ *t (spatio uacuo relicto)* 12 defici] felici *t* deficitur *scripsi*, defigitur *TL*, deficit *wμv* 13 nostrum *w* satiet] sci et *T* 14 utrumque T^1, in utrimque *μ*, in utrumque *w* urgemus T^1; si quidem *add. v* uos nos] tuos nos *T* t *et* nos *exp. m. 1* 15 auribus] precibus *v* 19 in licet *T*, in eo licet *fort.* 20 illi *μ* praetereo] praeter eorum *T* 22 sapientiae *om. T* spualis *μ*, spiritalem T^2 si *om. wu*

eius interfui, si qua de antiquioribus comperi, dicam, hanc tamen petens ueniam, ut quicquid minus dixero (minus enim dicam necesse est) ignorantiae meae potius quam illius gloriae derogetur. inter fidei suae prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur. tunc enim posse idoneum fieri et pectus et sensum ad plenam ueri capacitatem, si concupiscentiam carnis robusto atque integro sanctimoniae tenore calcaret. quis umquam tanti miraculi meminit? nondum secunda natiuitas nouum hominem splendore toto diuinae lucis oculauerat, et iam ueteres ac pristinas tenebras sola lucis paratura uincebat. deinde quod maius est, cum de lectione diuina quaedam iam non pro condicione nouitatis sed pro fidei festinatione didicisset, statim rapuit quod inuenit promerendo Domino profuturum. distractis rebus suis ad indigentium multorum pacem sustinendam tota prope pretia dispensans duo bona simul iunxit, ut et ambitionem saeculi sperneret qua perniciosius nihil est et misericordiam quam Deus etiam sacrificiis suis praetulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata seruasse se dixerat fecit, impleret, et praepropera uelocitate pietatis paene ante coepit perfectus esse quam disceret. quis oro de ueteribus hoc fecit? quis de antiquissimis in fide senibus, quorum mentes et aures per plurimos annos diuina uerba pulsauerant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei et cui nondum forsitan crederetur supergressus

1 eius] ego *μ* qua] quem *w* antiquioribus] eius operibus *add. v* dicta *T* 2 petes *Tt, corr. in* peto *T m. 2* 4 erudimenta *T* magis credidit *w* 5 tunc] nunc T^1*t*, ñ T^2 fieri idoneum arbitrabatur *w* et *om. Tv* 6 ad] et *w* ueri] ueritatem *Tt, corr. in* ueritatis *T m. 2* capacitatem] peruenire *add. v* si *corr. in* nisi *T* concupiscentia *w* 7 sanctimoniae tenore *TFL*, uigore et sanctimonia *wμ* calcaret] tenuisset *wμ* 8 tanta miracula *wμ* 9 totum diuina *μ* 10 ueteris T^1 paritura T^2, aparatura *μ sed* a *s. l. m. 2* 11 de lectione] dilectione *Tμw* 12 nouitatis] humana *wμ* festinatione] testimoniatione *μ* 13 dñm *μ*, dum *w*, deo *v* 14 indigentiam *wμv* multorum pacem *T*, pauperum *wμv* substinendam *wμ*, sustendam T^1*t*, sustentandam T^2*v* 15 prope *scripsi*, pro *T*, *om. wμv* pretia *wμ*, proelia preda *T*, pretio *v*, praedia pretio *Oxon., sed cf. c. 13 et Cypr. p. 232,14* 16 et *μ s. l. m. 2* 17 etiam *om. w* pertulit *wμ*[1] 18 et *om. Twμ*[1]*v* praepotera T^1*t*, praepostera T^2, propter ea *w* 21 senibus] senimus *T*, *spatium uacuum in t* plurimorum *T* 23 fidei] homo *add. v*

uetustatis aetatem gloriosis et admirandis operibus perpetrauit? nemo metit statim ut seuit, nemo uindemiam de nouellis scrobibus expressit, nemo adhuc cummaxime plantatis arbusculis matura poma quaesiuit. in illo omnia incredibiliter cucurrerunt. praeuenit, si potest dici, res enim fidem non capit, praeuenit, inquam, tritura sementem, uindemia palmitem, poma radicem.

Aiunt apostolorum litterae, debere neophytos praeteriri, ne 3
stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus adhaerente aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. ille fuit primus et puto solus exemplo, plus fide posse quam tempore promoueri. sed etsi in apostolorum actibus eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, a Philippo statim tinctus: non est similis comparatio. ille enim et Iudaeus erat et de templo Domini ueniens prophetam legebat Isaiam, et sperabat in Christo, etsi nondum eum uenisse crediderat: hic de imperitis gentibus ueniens tam matura fide coepit, quanta pauci fortasse perfecerint. mora denique circa gratiam Dei nulla, nulla dilatio. parum dixi: presbyterium uel sacerdotium statim accepit. quis enim non omnes honoris gradus crederet tali mente credenti? multa sunt quae adhuc plebeius, multa quae iam presbyter fecerit, multa quae ad ueterum exempla iustorum imitatione consimili prosecutus pro-

1 operibus] uirtutibus *w* 2 meti *t*, metit *corr. in* messuit *T*, metet *fort.* seuit] seruit *T*μ^1*w*, serit μ^2; *fort.* seuerit scropibus *w* 3 cummaxime *T*, umquam de *w*μ*v* plantatis] palmitis *w*, nouiter plantatis *v* 4 incredibiliter *T*, increduliter *L*, incredibilia μ*wv* 5 peruenit *w* potes *T* dici *ex* dice *T m. 2* res enim] sensum *w*μ quae fidem μ *sed* quae *s. l. m. 2* peruenit *w* 6 inquam tritura] si potest *Tt sed add. T m. 2 in margine:* dici messis uindemiam *w* 7 apostoli *w*μ*v* litteras *T* neoffitos μ praeterire *T*², praeterim μ^1 8 nundum *w* 9 dn̄o *T* nouita *t* inerudita] inendita *T*, *om. t in spatio uacuo* et] ut *t* puto *om. w* 10 posse *om. w* 11 etsi *om. T* actis *v* enunchus *w* 12 consimilis *w* 13 fuerat *w*μ templi *T* domini *om. T* 14 per prophetam μ isaiam *om. w*μ in *om. T* 15 eum *om. w* hinc *T* 16 coepit fide μ*v*, ceperunt fide *w* perfecerunt *Tv* 17 dei gratiam *v* nulla *om. T* 18 uel *T*, et μ*v*, *om. w* statim] stygim *T* acceperunt *w*, *om. t* 19 honorum *v* gradus] gerendus *w* menti *w* quae *om. T* 20 adhunc *T* multa sunt μ^1 presbiterio *T* fecit *v* 21 persecutus *T* (prosecutus *t*)

merendo Deo totius religionis obsequia praestiterit. nam et sermo illi de hoc fuerat usitatus, ut si quem praedicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri propter quae facta placuisset. si Iob aliquo testimonio gloriosus dictus est uerus Dei cultor et cui in terris nemo compararetur, faciendum docebat ille quidquid Iob ante fecisset, ut dum et nos paria facimus, simile in nos Dei testimonium prouocemus. 'contemptis ille dispendiis rei familiaris in tantum exercitata uirtute profecit, ut nec pietatis temporaria damna sentiret. non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris suadela deflexit, non proprii corporis dira poena concussit. permansit in suis sedibus fixa uirtus et altis radicibus fundata deuotio nullo diaboli temptantis impetu cessit, quominus Dominum suum fide grata etiam inter aduersa benediceret. domus eius patuit cuicumque uenienti: nulla uidua reuocata sinu uacuo, nullus indigens lumine non illo comite directus est, nullus debilis gressu non illo baiulo uectus est, nullus nudus auxilio de potentioris manu non illo tutore protectus est. haec debent facere, dicebat, qui Deo placere desiderant'. et sic [per] bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum.

4 Erat sane illi etiam de nobis contubernium uiri iusti et laudabilis memoriae Caeciliani et aetate tunc et honore presbyteri, qui eum ad agnitionem uerae diuinitatis a saeculari errore correxerat. hunc toto honore atque omni obseruantia diligebat, ob-

1 deo *T*, dm̃ *μ*, dominum *wv* obsequio praestitit *v* sermo] serui *w* 2 de *om. w* praedicatum *T*, predestinatum *wμv* laudationem *T* 3 deo placuisset *v* 4 aliquo *T*, aliqui dei *μ*, aliquid dei *w*, aliquo dei *v* et cui *om. μ* 5 comparetur *w* dicebat *w* 6 et *om. wμ* 7 contemptis] contentus *μ* 8 tantum] tm̃ *μ* exercitate *Tw* proficit *T*, perfecit *w* pietatis *om. wμ* temporarie T^2, temporalia *wμv* 9 penuriam *T* 10 suadella *T*. medella *wμ* 11 sedibus *T*, sensibus *wμ* fixa] uera *μ* 12 diabulo T^1, diabolis $w\mu^1$ impetui *w*, impetus T^1 deum *v* 13 suam fidem *T* gratia *w* domus *ex* dn̄s *μ m. 2* 14 reuocata] reuersa *v; est add. wv* sinu uacuo *om. μ*, uacua *w* 15 directus ... illo *om. w* 16 uentus *t* potentiori *w* 18 per *om. wμ* 19 ipse *om. wμ* 20 se *om. T* 21 nobis] nouis *wμ* 22 caeciliani *TwμFL*, caecilii *v* et aetate tunc] etate *w* presbiterii *T* 23 uere *T*

sequenti ueneratione suspiciens, non iam ut amicum animae coaequalem, sed tamquam nouae uitae parentem. denique ille demulsus obsequiis in tantum dilectionis immensae meritis prouocatus est, ut de saeculo excedens accersitione iam proxima commendaret illi coniugem ac liberos suos et quem fecerat de sectae communicatione participem postmodum faceret pietatis heredem.

5 Longum est ire per singula: enumerare cuncta eius onerosum est. ad probationem bonorum operum solum hoc arbitror satis esse, quod iudicio Dei et plebis fauore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus et ut putabatur nouellus electus est. quamuis in primis fidei suae adhuc diebus et rudi uitae spiritalis aetate sic generosa indoles reluceret, ut etsi nondum officii spei tamen fulgore resplendens imminentis sacerdotii totam fiduciam polliceretur. non praeteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem eius et honorem totus populus inspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens et indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret. magis enim dignus efficitur, qui quod meretur excusat. quo tunc ardore plebs aestuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens, ut exitus docuit, non episcopum tantum: in eo enim quem tunc latenti diuinitatis praesagio taliter flagitabat, non solummodo sacerdotem sed et futurum martyrem requirebat. obsederat fores domus copiosa fraternitas et per omnes aditus sollicita caritas circuibat. potuisset fortasse tunc illi apostolicum illud euenire, quod uoluit, ut per fenestram deponeretur. si iam

1 suscipiens *w* 2 demulsis *T*, de multis *t*: eius *add. v* 3 merito *wv* 4 arcessitione *v*, accersione *wμ*² 5 et] ut *v* communicationem *T*, communione *wμv* 6 pietates *T*, pietat *t* (*post* at *spatio 2 litt. relicto*) 7 ire *om. wμ* singulae *T* numerare *Tμ*, nuntiare *w*, *om. v* cuncta ... est *om. w* cuncte *T*, sancta *Oxon.* eius] facta *add. μv* 8 est] enarrare *add. μ*, enumerare *add. v* 9 esset *T* 11 rudis *w* 12 spualis *μ ut solet* reluxeret *w* 13 spe *wμ*¹ tamen *ex* tm̄ *μ m. 2* 15 in *om. μ* dilectione eius et honore *T* 16 adspirante *v*, spirante *wμ* prosileret *Tw* 17 sedens *w* dignum *T* 18 meretur] timet *w* 19 estuante *wμ* 20 tantum episcopum *wv* 21 latentis *w*, latentem *v* prosagio *w* 22 et *om. t* futurum] etiam *add. v* requirebant *T* 24 posset tunc illi fortasse *w* 25 eueniret *T*, conuenire *w* fenistram *T* iam tum *Tμ*, iam *w*, tamen cum *F*, cum *v*

tum apostolo etiam ordinationis honore similaretur. erat uidere ceteros omnes suspenso et anxio spiritu expectare uenturum, cum gaudio nimio excipere uenientem. inuitus dico, sed dicam necesse est. quidam illi restiterunt et ut uinceret: quibus tamen quanta lenitate patientiae, quam beniuolenter indulsit, quam clementer ignouit, amicissimos eos postmodum et inter necessarios computans mirantibus multis. cui enim posset non esse miraculo tam memoriosae mentis obliuio?

6 Exinde quemadmodum se gesserit, quis referre sufficiat? quae illi pietas, qui uigor, misericordia quanta, quanta censura. tantum sanctitatis et gratiae ex ore lucebat, ut confunderet intuentium mentes. grauis uultus et laetus nec seueritas tristis nec comitas nimia, sed admixta utrimque temperies, ut esset ambigere uereri an diligi mereretur, nisi quod et uereri et diligi merebatur. sed nec cultus fuit dispar a uultu, temperatus et ipse de medio. non illum superbia saecularis inflauerat, nec tamen prorsus adfectata penuria sordidarat: quia et hoc uestitus genus a iactantia minus non est, quod ostendit taliter ambitiosa frugalitas. quid autem circa pauperes episcopus faceret, quos catecumenus diligebat? uiderint pietatis antistites seu quos ad officium boni operis instruxit ipsius ordinis disciplina seu quos sacramenti religio communis ad obsequium exhibendae dilectionis artauit: Cyprianum de suo talem accepit cathedra, non fecit.

1 similaretur *F*, similaret *TμL*, simularet *w* 2 omnes] ossinis *T*, *om. t in spatio uacuo* suspensos anxio *wμ* 3 inuictus *w* 4 restituerunt *wμ*[1] ut et *T*, et *wμ*, etiam ut *v* 5 patientiae *T*, patienter *wμ*, quam patienter *v* 7 cui] ui *T* non posset *w* 9 se *om. Twμ* quis *ex* qui *μ m. 2* 10 illa *T* qui] qui illi *w* misericordiae *wμ* quanta *om. Twμ* 11 tamen] tantum *w* ore] ore eius *v* inuentium mentes *T*, hominum mentes intuentium *w* 12 nec] ne *T* 13 sed *om. w recte fort.* utrumque *T*, ut quam *w*, ut̃q. *μ* 14 an] plus an *v* meretur *w* et uereri] uereri *w* 15 disper *w* 16 affecta iam *μ* 17 sordiderat *T*[1] et] ad *w* uestimenti *w* a] et *w* 18 quod *TFL*, quam *wμv* ostendit *T*, ostentat *FL*, obstentata *w*, oñtata *μ*, ostentata *v* aliter *T* fragalitas *T*, fragilitas *Fw* 19 episcopos *T* facere *w* caticuminus *T* diligebant *T* 20 uiderit *w* antistes *w*, antestis *T*, ant stis *t* seu] esse seu *T* quos] quod *wμ* 21 quos] quod *wμ* 22 arctauit *μ* 23 accipit cathedram *T*

Statim denique pro talibus meritis etiam proscriptionis 7
gloriam consecutus est. nec enim aliud oportebat, quam ut eum qui intra secretam conscientiae latebram religionis et fidei toto honore florebat etiam publice celebrata gentilium fama titularet. posset quidem tunc pro uelocitate qua semper omnia consecutus est etiam martyrii circa eum debita corona properare, maxime cum et suffragiis saepe repetitis ad leonem postularetur: nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset et sic ad summa ueniendum, et nisi imminentes ruinae ope tam fecundi pectoris indigerent. finge enim tunc illum martyrii dignatione translatum. quis emolumentum gratiae per fidem proficientis ostenderet? quis uirgines ad congruentem pudicitiae disciplinam et habitum sanctimonia dignum uelut frenis quibusdam lectionis dominicae coerceret? quis doceret paenitentiam lapsos, ueritatem haereticos, schismaticos unitatem, filios Dei pacem et euangelicae precis legem? per quem gentiles blasphemi repercussis in se quae nobis ingerunt uincerentur? a quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum aut, quod magis est, fidei paruioris consolarentur spe futurorum? unde sic misericordiam, unde patientiam disceremus? quis liuorem de uenenata inuidiae malignitate uenientem dulcedine remedii salutaris inhiberet? quis martyres tantos exhortatione diuini sermonis erigeret? quis denique tot confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos et ad exemplum martyrii superstites reseruatos incentiuo tubae

3 intra in T   secreta u   et om. T   5 potuisset r   tunc wur   6 circa] contra w   7 cum] mecum T   seperetur T   repetitis ... postularetur om. [illegible]   et nisi T   8 illi om. w   9 imminentis ruinae T   imminentes ruinā [illegible]   iam T   10 indigere T, indigeret wuo   translatione dignatum w   11 quis] qui se T, quod [illegible]   pro fide u   ostenderet w   12 uirginem [illegible]   disciplinae w   13 dominici] dñi T   14 coherceret T   15 filius T¹   16 blasphemia w   percussi [illegible]   in se] in his [illegible], in se iis [illegible]   quae] qua etiam T   17 uincerentur T   mollioris] meliores Tw   18 admissionem w   suorum om. w   peruioris w, pars iuris T   consolaretur u, consularentur T   19 spe [illegible]   sic et u   unde om. u   patientiam] pacem T   20 uenata w   malignitatem T   21 dulcedinem Tw   remediis salutarium T [illegible]   exhiberet T, inhiberet u   martyras u   22 exoratione T   23 fortium non tantorum u   scriptione T   signatus T, insignatos w   24 superstitis Tu¹

caelestis animaret? bene bene tunc et uere spiritaliter contigit, quod uir necessarius tam multis et tam bonis rebus a martyrii consummatione dilatus est. uultis scire secessum illum non fuisse formidinem? ut nihil aliud excusem, ipse postmodum passus est, quam passionem utique ex more uitaret, si et ante uitasset. fuit uere formido illa sed iusta, formido quae Dominum timeret offendere, formido quae praeceptis Dei mallet obsequi, quam sic coronari. dicata enim in omnibus Deo mens et sic de diuinis admonitionibus mancipata credidit se, nisi Domino latebram tunc iubenti paruisset, etiam ipsa passione peccare.

8 Puto denique etiamnunc aliqua de dilationis utilitate dicenda, tametsi iam dudum pauca perstrinximus. dum enim quae uidentur postmodum subsecuta satiamus, sequitur ut probemus, secessum illum non hominis pusillitate conceptum, sed sicuti est uere fuisse diuinum. uastauerat populum persecutionis infestae insolens atque acerba grassatio, et qui omnes decipere una fraude non poterat artifex hostis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, dispari genere saeuiendi singulos diuersa strage deiecerat. debebat esse qui posset saucios homines et uaria expugnantis inimici arte iaculatos adhibita medicinae caelestis medella pro qualitate uulneris uel secare interim uel fouere. seruatus est uir ingenii praeter cetera etiam spiritaliter temperati, qui inter resultantes conlidentium schismatum fluctus

1 animare *w* bene *om. wμ* spiritalium *T* contingit *w* 2 necessario *T*² et tam] etiam *wμ* 3 dalatus *T (non t)* multis *w* 4 aliud quid *T* excusam *w* 5 uitare *T* 6 uere *T*, uero *wμ* sed iusta formido *om. w* domino *T* 7 offenderet *T* malet *w* quam sic] quem si *T* 8 dicat *T* in *om. T* si de *T*, fides *μw*, sic *v* 9 mancipiata *T* et nisi *w* latebra *wμ* nunc *T* 10 iuuenti *T*, uiuens *wμ* peruisset et iam *w* peccaret *Twμ* 11 dicenda] disserenda *v* 12 dum] per haec *v* quem uidetur *T* 13 satiamus *T*, faciamus *t*, sentiamus *FL*, sciamus *wμ*, *om. v*; *de* satiare *cf. indicem* 14 pusillanimitate *v* secuti *T* 15 dei populum *wμv* infectae *T* 16 acerua *T (non t)* crassatio *wμ* qui *T*, quia *wμv* 17 quemcumque *T* prodierat *T* 18 latus] laetus *T* dispari genere] dispar*gere *T*, dispargere *t* 19 et *om. T* expugnatis *T* 20 inimica *T* 21 medela *wv*, medellas *T* secure *w* 22 uir ingenii] uirginei *μ* praeter] propter *w* temperanti *T*, temperantis *wμ* 23 fructus *w*

ecclesiae iter medium librato limite gubernaret. non haec, oro, consilia diuina sunt? hoc fieri sine Deo potuit? uiderint qui putant posse fortuitu ista contingere. ecclesia illis clara uoce respondet dicens: ego sine Dei nutu necessarios reseruari non admitto, non credo.

Percurramus tamen cetera, si uidetur. erupit postmodum 9
lues dira et detestabilis morbi uastitas nimia, innumeros per diem populos ad suam quemque sedem abrupto impetu rapiens continuatas per ordinem domos uulgi trementis inuasit. horrere omnes fugere uitare contagium, exponere suos impie, quasi cum illo peste morituro etiam mortem ipsam posset aliquis excludere. iacebant interim tota ciuitate uicatim non iam corpora, sed cadauera plurimorum et misericordiam in se euntium contemplatione sortis mutuae flagitabant. nemo respexit aliud praeterquam lucra crudelia. nemo similis euentus recordatione trepidauit, nemo fecit alteri quod pati uoluit. quid inter haec egerit Christi et Dei pontifex, qui pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis ueritate praecesserat, scelus est praeterire. adgregatam primo in loco plebem de misericordiae bonis instruit. docet diuinae lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis. tunc deinde subiungit non esse mirabile, si nostros tantum debito caritatis obsequio foueremus: eum enim perfectum posse fieri, qui plus aliquid publicano uel ethnico fecerit, qui malum bono uincens et diuinae clementiae

1 iter] inter *TwL* librain limitem *T* non] nomne *v*, num *u* oro *om. t* 3 fortuito *v* ecclesiae *T* illius *F* uoce] luce *T* 4 respondit et dicit *T* 5 admitti *w* non credo *om. wu* 7 luis *T* detestabiles *w* 8 populus *T* ad suam quemque] quoque *u*, quamque *w* sedem *Twu*, a sua quemque sede *v* arrepto *w*, arupto *u*[1] 9 uulgo *T* horrore *u* 10 fugere] flere *TFL* 11 moriturus *F* possem aliquis *T*, aliquis posset *v* 12 in tota *v* uicatim *om. wu* non *om. T* 13 transeuntium *wuv* 14 aliud] illud *L* 16 pati] sibi fieri *Oxon.* noluit *wu*[2] 17 christus et dei pontifices *T* 18 est] erat *wu* 19 premo *w* loco uno *v* misericordiae] nunc *w* 20 instituit *v* docens *wuv*, et docet *L* 21 dño *T* pietatis] ueritatis *T* 22 mirabiles in uro tantum *T* et obsequio *u sed* et *s. l. m. 2* 23 cum enim *T*, cum *u*, cum *wv* quis plus *w*, qui boni *F* 24 uingens *wut*, iungens *T* clementie *w*

g*

instar exercens inimicos quoque dilexerit, qui pro insequentium se salute sicuti Dominus monet et hortatur orauerit. ʻoriri facit iugiter suum solem et pluuias subinde nutriendis seminibus impertit, exhibens cuncta ista non suis tantum: et qui se Dei etiam filium esse profitetur, non exemplum patris imitetur? respondere nos decet natalibus nostris, et quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit, sed probare potius in sobole traducem boni patris aemulationem bonitatisʼ.

10 Multa alia et quidem magna, quae temperandi uoluminis ratio non patitur prolixo opere sermonis iterari: de quibus hoc tantum dixisse satis est. quod si illa gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim crederent. quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. multi qui paupertatis beneficio sumptus exhibere non poterant, plus sumptibus exhibebant, compensantes proprio labore mercedem diuitiis omnibus cariorem. et quis non sub tanto doctore properaret inuenire partem aliquam talis militiae, per quam placeret et Deo patri et iudici Christo et interim sacerdoti? fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos fidei. fiebat plus aliquid quam de Tobiae incomparabili pietate signatum est. ignoscat ille et ignoscat iterum et frequenter ignoscat aut ut uerius dixerim merito concedat,

1 exerces *T* persequentium *wμv* 2 sicut *w* monet dn̄s *μ*, ** monet *T*, monet *t* orarit *v*, *om. T* facit deus *wμ*, deus facit *v* 3 solem suum *v* super bonos et malos suum solem *w* impartitur *w* 4 cunctis *malim* tam tantum *w*; sed etiam alienis *add. v* 5 non] cur non *v* imitatur *wμv* respondete inquit *v* 6 dn̄m *T*, diem *w* 7 degenere sese *T* probari *v* sabole *T* 8 aemulatione *wv* 9 quidem] quedam *w* magna] praetereo *add. wv* 10 prolixo *wμ*, proximo *T*, prolixiore *v* opere sermonis *scripsi*, onere sermonis *Twμ*, sermone *v*; *cf. cap. 14* interari *T*, replicari *v* 12 potuisse *w* forsitam satim statim μ^1 quod *w* christiane pleps *T* 13 faceret] fa|ret *w* 14 pro qualitate continuo *w* misteria *wμ* 15 paupertatis beneficio] angustia paupertatis beneficia *v* 16 propriora *T* 17 inueniri in parte aliqua *v* 19 interim] tam bono interim *v* 20 apud omnes *v*, *om. T* non] non solum *w* 21 de *om. wμ* inconparabile *T* 22 illi *w* illiterum μ^1 23 aut ut] ut *T*, et ut *w*, at ut *μ* dixerit T^2t, dixerat T^1 et merito concedam *wμ*

tametsi ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum, cuius temporibus plenitudo debetur. necatos ille a rege et proiectos sui tantum generis colligebat.

His tam bonis et tam piis actibus superuenit exilium. hanc **11** enim uicem semper repraesentat impietas, ut melioribus peiora restituat. et quid sacerdos Dei proconsule interrogante responderit, sunt acta quae referant. excluditur interim ciuitate, ille qui fecerat boni aliquid pro ciuitatis salute, ille qui laborauerat ne uiuentium oculi paterentur infernae sedis horrorem, ille inquam qui excubiis pietatis inuigilans pro nefas ingrata bonitate prouiderat, ne omnibus tetram ciuitatis faciem relinquentibus multos exsules deserta respublica ac destituta patria sentiret. sed uiderit saeculum, cui inter poenas exilium computatur. illis patria nimis cara et commune nomen est [cum parentibus]: nos et parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus. illis extra ciuitatem suam uiuere grauis poena est: Christiano totus hic mundus una domus est. unde licet in abditum et abstrusum locum fuerit relegatus, admixtus Dei sui rebus exsilium non potest computare. adde quod Deo integre seruiens etiam propria in ciuitate peregrinus est. dum enim se a carnalibus desideriis continentia sancti spiritus abstinet conuersationem prioris hominis exponens, inter ciues suos aut ut prope dixerim inter parentes ipsos uitae terrestris alienus est. accedit quod etsi haec alias poena posset uideri, in huiusmodi tamen causis atque sententiis,

1 christo *T* 2 post] per *v* nec actos *μ* 3 a rege et *w*, et arge *T*, agere et *μ* 4 tam piis] piis *w* exilium superuenit *μ* 5 ut] in *T* priora *T* 6 et] et ut *wμ* quod *T* responderit] taceam *add. wμ* 7 referam *wμ* e (ex *μ*) ciuitate *wμv* 8 bono *T* ille . . . horrorem *om. T* 10 uigilans *w* nephas *wμ* 11 prouideat *w* tetram] tractam *T* facient *t* 12 distituta *T* 13 poenas] etiam *add.* $w\mu^{2}$, te *add.* μ^{1} illis] omnibus *v* 14 nimis *corr. in* omnis *μ m. 2* parentibus] parentes $T^{1}tw\mu$ nos et parentes *om. w* 15 contra deos uaserint *T* illis *om. w* 17 est una domus *wμ* abditum] ambitum *T* abstrusum] absurdum *w* 18 religatus *T* admixtis *w* exsilium *om. w* 19 computari *w* quid *w* deo *om. t* in propria *w* 20 enim *om. w* a *om. v* 21 abstinens *T*, abstinent *t* 22 etiam inter *v* aut ut *Twμ*, aut *v* proprie *wμ* 23 terrestres *T* alienus] *add.* simplex μ^{1}, *exp.* μ^{2} etsi] si *T* alias] talia *corr. in* et alia *μ m. 2* 24 possent μ^{2}

quas ad probandae uirtutis experimenta perpetimur, non est poena, quia gloria est. sed esto sane, nobis poena non sit exilium: illis ultimum crimen et pessimum nefas etiam ipsorum conscientia testis adscribat, qui possunt innocentibus irrogare quod putant poenam. nolo nunc describere loci gratiam et deliciarum omnium paraturam interim transeo. fingamus locum illum situ sordidum, squalidum uisu, non salubres aquas habentem, non amoenitates uiroris, non uiciniam litoris, sed uastas rupes siluarum inter inhospitas fauces desertae admodum solitudinis, auia mundi parte summotum. posset licet talis locus habere nomen exilii, quo Cyprianus sacerdos Dei uenerat, non si hominum ministeria deficerent, uel alites ut Heliae uel ut Danielo angeli ministrarent? absit absit, ut credat aliquis cuilibet minimo dummodo in confessione nominis constituto aliquid defuturum. tantum abest ut Dei pontifex ille qui misericordiae semper rebus institerat honorum omnium opibus indigeret.

12 Iam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus, prouisum esse diuinitus etiam pro animo tanti uiri apricum et conpetentem locum, hospitium pro uoluntate secretum et quidquid apponi eis ante promissum est qui regnum et iustitiam Dei quaerunt. atque ut omittam frequentiam uisitantium fratrum et ipsorum inde ciuium caritatem, quae repraesentabat omnia, quibus uidebatur esse fraudatus, admirabilem uisitationem Dei non praeteribo, qua antistitem suum sic in

1 ad probandae] approbande *wμ* perpetimur experimenta *w* 3 et pessimum *om. T* 4 ignoscentibus *μ* 5 puto *T* 6 locum *om. μ* situm *Tμ* 7 uisum *wμ* habentur *T* 8 amoenitates *scripsi*, amoenitatis *T*, amenitate *w*, amoenitatem *μv* uigoris *t* uicinia *T* sed et *wμ* uasta rupes *μ*, uasta rupe *T*, rupes uasta *w* 9 hospitas *Tμ*¹ solitudines *T*, sollitudini *w* auia] uia *T* 11 qui *T* uenerant *T*, ueneratur *w* non si *wμ*, non sibi *T*, cui si *v*, non sibi si *fort.* 12 deficerint *T*, defecerint *t* heliae] aliae *T* danieli *wv* 13 ministrarent] procurarent *wμ* absit *om. Twμ* credat *om. T* minime *T* mundum modo *t* 14 confessionem *T* nominis christi *wμ* de futuro *T* 15 pontifices *T* misericordiae] nunc semper *w* 16 instituat *w* honorum *T*, horum *wμv*; *an* bonorum? 18 animo] amico *w* 19 competentes *T* uoluptate *μ* 21 frequentium *T*¹ 22 ipsorum et *v* qui representabat *w*, quare praesentem quaerebat *T* 23 uideatur *w* 24 quam *Tw* antestitem *T*, antistem *w*

exilio esse uoluit de secutura passione securum, ut imminentis martyrii pleniore fiducia non exulem tantummodo Curubis sed et martyrem possideret. 'eo enim die quo in exilii loco mansimus' (nam et me inter domesticos comites dignatio caritatis eius delegerat exulem uoluntarium, quod utinam et in passione licuisset) 'apparuit mihi' inquit 'nondum somni quiete sopito iuuenis ultra modum hominis inormis: qui cum me quasi ad praetorium duceret, uidebar mihi tribunali sedentis proconsulis admoueri. is ut in me respexit, adnotare statim coepit in tabula sententiam quam non sciebam. nihil enim de me solita interrogatione quaesierat. sed enim iuuenis qui a tergo eius stabat admodum curiosus legit quidquid fuerat adnotatum. et quia inde uerbis proferre non poterat, nutu declarante monstrauit quid in litteris tabulae illius ageretur. manu enim expansa et complanata ad spatae modum ictum solitae animaduersionis imitatus, quod uolebat intellegi, ad instar liquidi sermonis expressit. intellexi sententiam passionis futuram. rogare coepi et petere continuo, ut dilatio mihi uel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerem. et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula coeperat nescio quid adnotare. sensi tamen de uultus serenitate iudicis mentem quasi iusta petitione commotam. sed et ille iuuenis, qui iam dudum de passionis indicio gestu potius quam sermone prodiderat, clandestino identidem nutu concessam dilationem, quae in crastinum petebatur, contortis post inuicem

1 secutam *w* 2 fiduciam *T* curubi *u*, corubi *w*, curuis *T*, curius *t* 3 possiderat *w* eo enim] et cum *w* quo] quo primum *v* mansuras iam et *w* 4 dignatione *u* delegerat *wv* 5 utinam] ut *w* et *om. wu* 6 inquit mihi *T* nundum *w* 7 hominis *om. v* enormis *uv*, enermis *w* 8 sedentis] tum *add. uv*, tamen *add. w* proconsulis] pro singulis *u* 9 is ut in me] uti *T* tabulas *T* 10 interrogationem *T* 12 inde] in *w* praeferre *T*, referre *wu* 13 quod *T* 14 illius] omni *w* ageretur] haberetur *v* expassa et deplanata *u* spathe *T* 15 ictus *w*, ictu *u*, iectum *T* 16 intellegi] in te agi *T* intellexit *w* 17 rogare *ex* regere *T* coepit *T* delatio milii uel *T* 18 praerogaretur *t* meus l. ordinationem *T* 20 in *om. w* nescio quid (quis *w*) ceperat *wu* uultus] multis *w* 21 iustam petitionem *T* 22 de *om. w* iudicio *wu* 23 clamdestino *T*, clandenstino *u* identidem] idem id est *T* 24 dilationem quo *w*, quemque *T* petabatur *T*

digitis significare properauit. ego quamuis non esset lecta sententia, et sic de gaudio dilationis acceptae laeto admodum corde resipisco: metu tamen interpretationis incertae sic tremebam, ut reliquiae formidinis cor exultans adhuc toto pauore pulsarent.

13 Quid hac reuelatione manifestius, quid hac dignatione felicius? ante illi praedicta sunt omnia quaecumque postmodum subsecuta sunt. nihil de Dei uerbis imminutum, nihil de tam sancta promissione mutilatum. singula denique secundum quod ostensa sunt recognoscite. dilationem petit crastini, cum de passionis sententia cogitaretur, postulans ut res suas die illo quo inpetrauerat ordinaret. hic dies unus significabat annum, quo ille post uisionem acturus in saeculo fuerat. nam, ut manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. diem autem Domini, etsi non annum in diuinis litteris legimus, promissioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus. unde nihil interest, si nunc sub diei significatione solus annus ostensus est, quia illud plenius debet esse quod maius est. quod uero nutu potius et non sermone prolatum est, repraesentationi temporis seruabatur sermonis expressio: solet enim tunc uerbis quodcumque proferri, quotiens quidquid profertur impletur. nam et uere nemo cognouit quare hoc ostensum fuisset, nisi post eodem die quo id uiderat coronatus est. medio nihilo minus tempore imminens passio pro certo omnibus sciebatur: passionis tamen dies certus ab eisdem omnibus

1 non *μ s. l. m. 2* lecta] lata *w* 2 et sic *scrîpsi,* etsi *Twμv* 3 resipisco] gauderem *v* incerte *wμ*, incerta *T* sic] est *T* tremebam] tenebar *ex* tenebatur *w* 4 pauore] pari *T* repulsaret *T*, repulsarent *t* 5 haec *T* 7 secuta *w* imminutum] immutatum *w* de *om. T* 8 sanctam promissionem *T* mutilatum est *μ*, utilatum et *T*, m. sed *w* singula ... recognoscite *add. μ² in marg.* 9 delationem *T* 10 sententia passionis cogitaret *w* quo *Tw*, quem *v*, *om. μ* 13 exactum] esitum *corr. in* exitum anni *μ m. 2* quo] quod *T* hoc *om. w* 14 autem diem *t* non *om. T* 16 accepimus *μ*, accipiamus *w* sub *om. μ*, sententie *w* 17 significationi *T* offensus *μ* quia] qua *T* 18 esse debet *T* 19 prolatum *wμ*, planatum *T*, explanatum *v* temporis *T s. l. m. 2* seruatur *wμ* 20 solet] sed et *w* 21 uere nature *w* 22 ei ostensum *v* nisi] nisi quia *v* postquam *wμ* quo id] quod *T*, quo *wμ* 23 nihil hominis *w* pro certo *om. w* ab omnibus *wμv* 24 iisdem *v*

quasi scilicet ignorantibus tacebatur. sane et in scripturis tale aliquid inuenio. nam Zacharias sacerdos promisso sibi per angelum filio quia non crediderat obmutuit, ita ut de filii nomine scripturus potius quam relaturus nutu tabulas postularet. merito et hic, ubi Dei nuntius passionem antistitis imminentem nutu potius expressit, et fidem admonuit et sacerdotem muniuit. dilationis autem petendae ratio de ordinatione rerum et de uoluntatis dispositione ueniebat. quae uero res illi aut quae uoluntas ordinanda nisi ecclesiastici status? summa accepta dilatio est, ut quidquid circa pauperum fouendorum suprema iudicia disponendum fuerat ordinaretur. et puto propter nihil aliud, immo uero propter hoc tantum etiam indulgentia ab ipsis qui eiecerant et qui occisuri erant, missa est, quam ut praesens et praesentes pauperes nouissimae dispensationis extremis et ut plenius dixerim totis sumptibus ministraret. ordinatis ergo tam pie rebus et sic uoluntate disposita proximabat dies crastinus.

14 Iam de Xisto bono et pacifico sacerdote ac propterea beatissimo martyre ab urbe nuntius uenerat. sperabatur iam iamque carnifex ueniens, qui deuota sanctissimae uictimae colla percuteret: et sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, ut corona singulis posset adscribi. conueniebant interim plures egregii et clarissimi ordinis et sanguinis, sed et saeculi nobilitate generosi, qui propter amicitiam eius antiquam secessum subinde suaderent: et ne parum esset nuda suadela, etiam loca in

1 scilicet *om. v*, licet *T* 2 nam et *w*, nam *** *T* angelum *corr. in* euangelium *T (non t)* 3 de filii nomine *T*, filii nomen *wμv* 4 scripture *w* relaturus] relicturus *T* 5 ibi *T* nuntius] nutritus *μ* antestites *T*, antistites *t* 6 muniuit *om. Twμ*, monstrauit *malim* 7 et de] et *T* 8 dispositionem *T* uere] non *w* 9 summa] suprema iccirco *v* dilatio est] dilatione *t* 10 circa] cetera *w* fouendorum] curam *add. v*, dispositionem *add. w* supremo iudicio *wμv* 12 uere *Tμ* etiam tantum *w* indulgenti *T* eiecant *T (non t)* 13 et qui occisuri erant *om. T*, et qui erant occursi *wμ* admissa *v* quam *om. v* et *om. wμ* 15 notis *t* ministrare *T*, releuaret *v* 16 et *om. wμ* pro uoluntate dispositis *v* 17 xysto *μv*, noto *w* 18 ab urbe *om. w* sperabatur] expectabatur *w* iam *om. wμ* 19 sanctissimi *wμ* uictimae *om. Twμ* 21 singulis possit *T*, posset singulis *v* 22 carissimi *μ* sed et] sed *t*, sed ut *w* saeculi] saecularis *T* 23 nouilitate *T* 24 et ne parum esset] me paruisset *T* suadella *μ*[1], suadebant *T* et etiam *μ*

quae secederet offerebant. ille iam mundum suspensa ad caelum mente neglexerat nec suadelis blandientibus adnuebat. fecisset fortasse tunc etiam quod a plurimis et fidelibus petebatur, si et diuino imperio iuberetur. sed nec illa sublimis tanti uiri gloria sine praeconio transeunda est, quia iam saeculo tumescente et de fiducia principum infestationem nominis anhelante ille seruos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus dominicis instruebat et ad calcandas passiones huius temporis contemplatione superuenturae claritatis animabat. uidelicet tanta illi fuit cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis uota contingere, ut dum de Deo loquitur in ipso sermonis opere necaretur.

15 Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis, cum ecce proconsulis iussu ad hortos eius (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suae uenditos et de Dei indulgentia restitutos pro certo iterum in usus pauperum uendidisset, nisi inuidiam de persecutione uitaret) cum militibus suis princeps repente subitauit, immo ut uerius dixerim subitasse se credidit. unde enim posset tamquam improuiso impetu mens semper parata subitari? processit ergo iam certus expungi quod diu fuerat retardatum, processit animo sublimi et erecto, hilaritatem praeferens uultu et corde uirtutem. sed dilatus in crastinum ad domum principis a praetorio reuertebatur, cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit productum esse

1 sederet *w* offerebat *T* ille uero *v* 2 mente] me *T* neglexerant *T* blandientium *w* 3 fortasset T^1 etiam *om. w* pluribus *t* et fidelibus] fidelibus *wμ* 4 iubebatur *T* illi *w* sublimi *T* 5 praeconia *T* quia] qui *t* et de] de *T* 6 infestinatione *Tw*, infestinationem *μ* cristi nominis *w* annelente *w* seruus *T* 7 occasione *T* 9 fuit illi *w* sacri cupido *v* 10 nota passionis *w* contingeret T^1 de *om. wμ* 11 dn̄o *T* negaretur *T* 12 et ii erant *μ*, et ierant *T* dei *T* 13 sacerdotis cum *om. wμ* proconsuli *μ* hortus *T*, ortos *μ* 14 ad *om. t* de dei *T*, dei *wμv* 15 certu *T* usu *T* 16 inuidia *μ*, inquam *T* 17 repente] referente *μ* se *om. T* 19 semper *om. T* praeparata *T*, pauitans *w* 20 diu *om. w* sublimis *wμ* et *om. Tw* erecto *wμ*, secreto *T* hilari tamen *t* 21 proferens *w* ultus *T* (uultus *t*) corde] sorde *T* uirtutis *t* 22 ad dominum] admodum *w* reuertabatur *μ*, reuerebatur *w*, reuertebat *T* 23 increpuit *Twμ* esse prodictum *w*

iam Thascium, quem praeter celebrem gloriosa opinione notitiam etiam de commemoratione praeclarissimi operis nemo non nouerat. concurrebant undique uersum omnes ad spectaculum, nobis pro deuotione fidei gloriosum, gentilibus et dolendum. receptum eum tamen et in domo principis constitutum una nocte continuit custodia delicata, ita ut conuiuae eius et cari in contubernio ex more fuerimus. plebs interim tota sollicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret ante fores principis excubabat. concessit ei tunc diuina bonitas uere digno, ut Dei populus etiam in sacerdotis passione uigilaret. forsitan tamen quaerat aliquis, quae causa fuerit a praetorio reuertendi ad principem? et uolunt hoc scilicet quidam de suo tunc proconsulem noluisse. absit ut in rebus diuinitus gestis segnitiem siue fastidium proconsulis conquerar. absit ut malum hoc intra conscientiam religiosae mentis admittam, ut de tam beatissimo martyre ructus hominis iudicaret. sed crastinus dies ille quem ante annum dignatio diuina praedixerat uere crastinus esse debebat.

Inluxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille **16**
diuinus, quem si tyrannus ipse differre uoluisset, numquam prorsus ualeret: dies de conscientia futuri martyris laetus et discussis per totum mundi ambitum nubibus claro sole radiatus. egressus est domum principis, sed Christi et Dei princeps et agminibus multitudinis mixtae ex omni parte uallatus [est]. sic autem comitatui eius infinitus exercitus adhaerebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta ueniretur. eundi autem interfuit transitus stadii. bene uero et quasi de industria factum, ut et locum congruentis certaminis praeteriret, qui ad coronam iustitiae consummato agone currebat. sed ubi ad praetorium uentum est, nondum procedente proconsule secretior locus datus

1 iam *T s. l., om. w* tassium *v*, tasium *w* de gloriose *fort.* notitia *T* 2 proclarissimo *w* 3 concurrebant] ch. currebat *T* uersus *v* 4 deuotione] diuinatione *T* gloriosissimi *w* gentibus *T* et] etiam *u* dolendum] *reliqua desunt in Tt; add. t:* Explicit de uita Cecilii Cypriani antistitis 5 eum] enim *w* 6 conuiuae eius] eis *w* ex more] comites ex more *w* 8 sui *om. w* 9 ei] enim *wu* diuina tunc *u* 12 proconsule *wu* 13 segnitiam *u*, senitiam *w* 14 conquerar] consequar *u* hoc ut malum *w* 15 ut de] ut *w* 16 quem *om. w* 20 laetus] iectus *w* 22 est *om. w* 23 est *inclusi* 26 uere *wu* 29 secertior *w*

est. illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet (sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut et sub ictu passionis episcopatus honore frueretur), quidam ex tesserariis quondam Christianus res suas obtulit, quasi uellet ille uestimentis suis humidis sicciora mutare: uidelicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam ut proficiscentis ad Deum martyris sudores iam sanguineos possideret. cui ille respondit et dixit: 'medellas adhibemus querelis, quae hodie forsitan non erunt'. mirum, si contempsit laborem corpore, qui mortem mente contempserat? quid plura? subito proconsuli nuntiatus est. producitur admouetur interrogatur de suo nomine: se esse respondit. et hactenus uerba.

17 Legit itaque de tabula iam sententiam iudex quam nuper in uisione non legerat, sententiam spiritalem non temere dicendam, sententiam episcopo tali et tali teste condignam, sententiam gloriosam, in qua dictus est sectae signifer et inimicus deorum, et qui suis futurus esset ipse documento et quod sanguine eius inciperet disciplina sanciri. nihil hac sententia plenius, nihil uerius. omnia quippe quae dicta sunt, licet a gentili dicta, diuina sunt. nec mirum utique cum soleant de passione pontifices prophetare. signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat: documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis prior in prouincia martyrii primitias dedicauit. sanciri etiam coepit eius sanguine disciplina sed martyrum, qui doctorem suum imitatione gloriae consimilis aemulati ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

18 Et cum exiret praetorii fores, ibat comes militum turba: et ne quid in passione deesset, centuriones et tribuni latus texerant. ipse autem locus conuallis est, ubi pati contigit, ut arbori-

1 iter *om.* μ, inter *w* 2 sedile] sed ille *w* 3 honore] horrore *w* tessariis *w*, thessariis μ *sed* ariis *sup.* auris *m. 2* quodam *w* 4 quasi] quem *w* 5 mutaret *malim* qui uidelicet *v*, ut *w* 6 ut] si *v* iam] in μ 9 contempserat] conspexerat μ 10 subito] sabbato *w*, saluto μ[1] 11 interrogatus μ 13 senten spu͂alem *w* 14 consignam *w* 15 sectae suae μ 16 et qui] qui *w* et *exp.* μ 17 incipere d. senciri *w* 18 ducta μ[1] 20 etiam prophetare *w*μ et qui *w* 21 qui] quod μ 24 sed *w*, sed ad μ 25 cumsimilis emulanti μ 26 se sanxerunt μ[1] 29 conuallis *scripsi,* qui uallis *w*, qualis μ, aequalis *v*

bus ex omni parte densatis sublime spectaculum praebeat. at per enormitatem spatii longioris uisu denegato uel per confusam nimis turbam personae fauentes in ramos arborum repserant, ne uel hoc illi negaretur, ut ad Zacchaei similitudinem de arboribus uideretur. sed iam ligatis per manus suas oculis moram carnificis urgere temptabat, cuius munus est ferrum, et labente dextera gladium uix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretiosi uiri mortem clarificationis hora matura centurionis manum concesso desuper uigore firmatam permissis tandem uiribus expediret. o beatum ecclesiae populum qui episcopo suo talibus et oculis pariter et sensibus et quod est amplius publicata uoce compassus est et, sicut ipso tractante semper audierat, Deo iudice coronatus est. quamuis enim non potuerit euenire quod optabant uota communia, ut consortio paris gloriae simul plebs tota pateretur: quicumque sub Christi spectantis oculis et sub auribus sacerdotis ex animo pati uoluit, per idoneum uoti sui testem legationis quodammodo litteras ad Deum misit.

Sic consummata passione perfectum est, ut Cyprianus qui **19**
bonorum omnium fuerat exemplum etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret, quia et talis esse post apostolos prior coeperat. ex quo enim Carthagini episcopatus ordo numeratur, numquam aliquis quamuis ex bonis et sacerdotibus ad passionem uenisse memoratur. licet semper Deo mancipata deuotio dicatis hominibus pro martyrio deputetur, Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam Domino consummante profecit: ut in ciuitate ipsa, in qua taliter uixerat et in qua prior fecerat multa praeclara prior et sacerdotii caelestis insignia glorioso cruore decoraret. quid hoc loco faciam? inter gaudium passionis et remanendi dolorem in partes diuisus animus et angustum

1 densatis *ex* se densalis *μ m. 2*   at *om. u*, ad *w*, sed *v*   2 uel per *u*, per *v*   3 personae] praessure *wμ*   repserant *μ*, respirant *w*   4 negaret *w*   zachei *v*   5 uiderent *fort.*   6 et] etiam *w*   labentem dexteram *μ*   8 hora] ora *u*   11 talis *u*, tali *v*   et quod] quod *μ*   est *u* *s. l. m. 2*   publica *w*   12 ipso *om. w*   14 uota] uita *w*   ut] et *w*   pari *w*   15 et sub] sub *w*   17 legationi *w*   19 sacerdotalis *wμ*   corone *w*   20 et *om.* μ^1 22 et bonus et *ex μ*, et bonis *w*   23 mansipata *w*   25 perfecit *u*   26 in qua taliter u. e. i. q. prior *om. μ*   prior *om. w*   27 et] etiam *v*

nimis pectus affectus duplices onerant. dolebo quod non comes fuerim? sed illius uictoria triumphanda est. de uictoria triumphabo? sed doleo quod comes non sim. uerum uobis tamen et simpliciter confitendum est, quod et uos scitis, in hac me fuisse sententia. multum ac nimis multum de gloria eius exulto, plus tamen doleo quod remansi.

ACTA PROCONSVLARIA.

1 Imperatore Valeriano quartum et Gallieno tertium consulibus tertio kalendarum Septembrium Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano episcopo dixit: sacratissimi imperatores Valerianus et Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus praeceperunt eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas caeremonias recognoscere. exquisiui ergo de nomine tuo, quid mihi respondes? Cyprianus episcopus dixit: Christianus sum et episcopus. nullos alios deos noui, nisi unum et uerum Deum, qui fecit caelum et terram, mare et quae sunt in eis omnia. huic Deo nos Christiani deseruimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis et pro omnibus hominibus et pro incolumitate ipsorum imperatorum. Paternus proconsul dixit: in hac ergo uoluntate perseueras? Cyprianus episcopus respondit: bona uoluntas, quae Deum nouit, immutari non potest. Paternus proconsul dixit: poteris ergo secundum praeceptum Valeriani et Gallieni exsul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus episcopus dixit: proficiscor. Paternus proconsul dixit: non solum de episcopis, uerum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. uolo ergo scire ex te, qui sint presbyteri qui in hac ciuitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: legibus uestris bene atque utiliter cen-

1 dolebo] docebo *w* 5 de *w s. l. m. 2.* —
Incipit passio eiusdem (eiusdem passio *E*) Cypriani ex die qua martyrium Cyprianus tulit: ordo autem martyrii (martyrum *M*) hac lectione demonstratur et declaratur: Cum Cyprianus sanctus martyr electus a Deo de ciuitate Curubitana *(cf. c. 2) etc. EM.* —

suistis delatores non esse. itaque detegi et deferri a me non possunt. in ciuitatibus autem suis inuenientur. Paternus proconsul dixit: ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: cum disciplina probibeat, ut quis se ultro offerat et tuae quoque censurae hoc displiceat, nec offerre se ipsi possunt, sed a te exquisiti inuenientur. Paternus proconsul dixit: a me inuenientur. et adiecit: praeceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant nec coemeteria ingrediantur. si quis itaque hoc tam salubre praeceptum non obseruauerit, capite plectetur. Cyprianus episcopos respondit: fac quod tibi praeceptum est.

Tunc Paternus proconsul iussit beatum Cyprianum episcopum 2
in exilium deportari. cumque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum ab exsilio reuocatum sibi iussit praesentari. cumque Cyprianus sanctus martyr electus a Deo de ciuitate Curubitana, in qua exsilio ex praecepto Aspasii Paterni tunc proconsulis datus fuerat, regressus esset, ex sacro praecepto in suis hortis manebat et inde quotidie sperabat ueniri ad se, sicut illi ostensum fuerat: et cum illic demoraretur, repente idibus Septembris Tusco et Basso consulibus uenerunt ad eum principes duo, unus strator officii Galeri Maximi proconsulis qui Aspasio Paterno successerat et alius equistrator a custodiis eiusdem officii. qui et in curriculum eum leuauerunt in medioque posuerunt et in Sexti perduxerunt, ubi idem Galerius Maximus proconsul bonae ualitudinis recuperandae gratia secesserat. et ita

13 exilium] *cf. Augustini serm. 309* 17 curubitan *M.* curubitana *E* in] an *E.* ex *M* ex *om. r* aspasii] passi *EM* 18 proconsulis] clarissimi uiri *add. EM* fuerat regressus esset] esset regressus *EM* sacro rescripto specialiter hoc et personaliter remisso *EM* 19 suis] sui *E* et *EM et Augustinus l. c. n. 2, om. r* inde quotidie sperabat ueniri ad se sicut ostensum illi erat *Augustinus*, ad diem omnibus ueniri sicut ei ostensum erat sperabat *EM* 20 et] idem *EM* derepente *EM* 21 septembribus *EM* thusco *E.* Fusco *Baronius* 22 galerii *v* proconsulis clarissimi uiri *EM* qui ... officii qui *om. EM* 24 leuauerunt *August. l. c. n. 3,* inposuerunt *EM* in medioque posuerunt] ambo eum teguerunt *EM* 25 perduxerunt] tulerunt *EM* 26 proconsule bono *M* et ita] eundemque *EM*

idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reseruari praecepit. et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad principem et stratorem eiusdem officii Galerii Maximi proconsulis clarissimi uiri secessit, et in hospitio eius cum eo in uico qui dicitur Saturni inter Veneream et Salutariam mansit. illuc uniuersus populus fratrum conuenit. et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas praecepit, quoniam omnes in uico ante ianuam hospitii principis manserant.

3 Et ita altera die octaua decima kalendarum Octobrium mane multa turba conuenit ad Sexti secundum praeceptum Galeri Maximi proconsulis. et ita idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri praecepit in atrio Sauciolo sedenti. cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus episcopus respondit: ego sum. Galerius Maximus proconsul dixit: tu papam te sacrilegae mentis hominibus praebuisti? Cyprianus episcopus respondit. ego. Galerius Maximus proconsul dixit: iusserunt te sacratissimi imperatores caeremoniari. Cyprianus episcopus dixit: non facio. Galerius Maximus ait: consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: fac quod tibi praeceptum est. in re tam iusta nulla est consultatio.

4 Galerius Maximus collocutus cum concilio sententiam uix et aegre dixit uerbis huiusmodi: diu sacrilega mente uixisti et

1 proconsule *M*; uir clarissimus *add. EM* alia die id est (idem *M*) crastina afferri sibi praecepit (praccipit *M*) et ita idem Ciprianus cum principe et stratore officii maximi *EM* 4 eo uico saturni inter uenariam (uenaria *ex* ueneria *E*) et salutaria *EM* 5 illuc] illic ante ianuam *EM* 6 conuenit] mansit *EM* sanctus *om. EM* 7 custodiri *August. l. c. n. 4 et Fulgent. serm. 6,* castigari *M*, et castigari *E* in uico omnes ante ianuas hospicio principis iacebant *EM* 9 die] die id est *EM* 10 turba conuenit *om. EM* galleri *M* 11 proconsulis clarissimi uiri *EM* et ita ... praecepit *om. EM* 12 in atrio Sauciolo] in atrio sedentis. obuoluto (obuoluato *M*) et sauciolo oblatus est *EM; cf. Conc. Matiscon. II c. 19:* ut ad locum examinationis reorum nullus clericus accedat neque intersit atrio Sauciolo 13 cúmque o. fuisset] quo obolato idem *EM* proconsul clarissimus uir *E*, proconsule durissimus uir *M* 14 tu es ... *l. 16* dixit *om. EM* 16 papatem *EM* hominibus *E*, omnibus *M* 17 cyprianus dixit ego *EM* galerius ... *l. 21* consultatio *om. EM* 22 proconsul locutus *E*, proconsule conlocutus *M* et *om. v*

plurimos nefariae tibi conspirationis homines adgregasti et inimicum te diis Romanis et religionibus sacris constituisti, nec te pii et sacratissimi principes Valerianus et Gallienus Augusti et Valerianus nobilissimus Caesar ad sectam caeremoniarum suarum reuocare potuerunt. et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor et signifer deprehensus, eris ipse documento his quos scelere tuo tecum adgregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. et his dictis decretum ex tabella recitauit: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias.

Post hanc uero sententiam turba fratrum dicebat: et nos cum ipso decollemur. propter hoc tumultus fratrum exortus est et multa turba eum prosecuta est. et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus est et ibi se lacerna byrro expoliauit et genu in terra flexit et in orationem se Domino prostrauit. et cum se dalmatica exspoliasset et diaconibus tradidisset, in linea stetit et coepit spiculatorem sustinere. cum uenisset autem spiculator, iussit suis ut eidem spiculatori uiginti quinque aureos darent. linteamina uero et manualia a fratribus ante eum mittebantur. postea uero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit. qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter et Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. ita beatus Cyprianus passus est, eiusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. inde per noctem sublatum cum cereis et scolacibus ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quae sunt in uia Mappaliensi iuxta piscinas, cum uoto et triumpho magno deductum est. post paucos autem dies Galerius Maximus proconsul decessit.

1 tibi nefariae *EM* 2 *post* inimicum te *praecipit EM*: constituisti religionibus sacris *EM*. sacris legibus [illegible] nec te [illegible] *M*. recte *E* 3 et sacratissimi principes nostri *EM* 4 caesar secta [illegible] nequissimorum temporum suorum obdurati furoris ad cerimonias percolenda bonamque mentem habendam tanto tempore (non *add. E*) potuerunt te (te *om. M*) reuocare et ideo quod nequissimi criminis auctor et signifer deprehensus es quo (quos *M*) tu scelere docuisti ipso documento ut quoniam tuo adnitu (adinitu *M*) durauit sacrilega contumacio tuo sanguine sancietur (sangietur *M*) disciplina et decretum ex tabella recitauit: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet EXPLICIT PASSIO CYPRIANI *EM*.

6 Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octaua decima kalendarum Octobrium sub Valeriano et Gallieno imperatoribus regnante uero Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. amen.

INDEX OPERVM

quae duobus fasciculis et appendice continentur.

Fasc. I LIBELLI:

Fasc. II EPISTVLAE:

Appendix. OPERA SPVRIA:

Tabula numerorum quibus singulae epistulae in reliquis editionibus insignitae sunt.

<table>
<tr><th>Edit. Vindobonensis (= Oxoniensis)</th><th>Rigalt. Baluz.</th><th>et Pamel.</th><th>Remb. Erasm.</th><th>et Manut.</th></tr>
<tr><td>1</td><td colspan="2">66</td><td colspan="2">I 9</td></tr>
<tr><td>2</td><td colspan="2">61</td><td colspan="2">I 10</td></tr>
<tr><td>3</td><td colspan="2">65</td><td colspan="2">III 9</td></tr>
<tr><td>4</td><td colspan="2">62</td><td colspan="2">I 11</td></tr>
<tr><td>5</td><td>4</td><td>5</td><td></td><td>V 2</td></tr>
<tr><td>6</td><td colspan="2">81</td><td colspan="2">IV 1</td></tr>
<tr><td>7</td><td colspan="2">36</td><td colspan="2">III 24</td></tr>
<tr><td>8</td><td>2</td><td>3</td><td colspan="2">deest</td></tr>
<tr><td>9</td><td>3</td><td>4</td><td colspan="2">III 21</td></tr>
<tr><td>10</td><td>8</td><td>9</td><td colspan="2">II 6</td></tr>
<tr><td>11</td><td>7</td><td>8</td><td colspan="2">IV 4</td></tr>
<tr><td>12</td><td colspan="2">37</td><td colspan="2">III 6</td></tr>
<tr><td>13</td><td>6</td><td>7</td><td colspan="2">I 5</td></tr>
<tr><td>14</td><td>5</td><td>6</td><td colspan="2">III 10</td></tr>
<tr><td>15</td><td>10</td><td>11</td><td colspan="2">III 15</td></tr>
<tr><td>16</td><td>9</td><td>10</td><td colspan="2">III 14</td></tr>
<tr><td>17</td><td>11</td><td>12</td><td colspan="2">III 16</td></tr>
<tr><td>18</td><td>12</td><td>13</td><td colspan="2">III 17</td></tr>
<tr><td>19</td><td>13</td><td>14</td><td colspan="2">III 18</td></tr>
<tr><td>20</td><td>14</td><td>15</td><td colspan="2">III 5</td></tr>
<tr><td>21</td><td>20</td><td>21</td><td colspan="2">deest</td></tr>
<tr><td>22</td><td>21</td><td>22</td><td colspan="2">deest</td></tr>
<tr><td>23</td><td>16</td><td>17</td><td></td><td>V 14</td></tr>
<tr><td>24</td><td>18</td><td>19</td><td></td><td>V 15</td></tr>
<tr><td>25</td><td>19</td><td>20</td><td colspan="2">III 20</td></tr>
<tr><td>26</td><td>17</td><td>18</td><td colspan="2">III 19</td></tr>
<tr><td>27</td><td>22</td><td>23</td><td></td><td>V 4</td></tr>
<tr><td>28</td><td colspan="2">25</td><td colspan="2">IV 3</td></tr>
<tr><td>29</td><td colspan="2">24</td><td colspan="2">III 22</td></tr>
</table>

Edit. Vindobonensis (= Oxoniensis)	Rigalt. Baluz. et Pamel.	Remb. Erasm.	et Manut.
30	31	II 7	
31	26		V 12
32	32	III 4	
33	27		V 6
34	28		V 3
35	29		V 5
36	30		V 13
37	15 16	II 4	
38	33	II 5	
39	34	IV 5	
40	35	IV 10	
41	38		V 7
42	39		V 16
43	40	I 8	
44	41	II 11	
45	42	II 10	
46	44	III 2	
47	43	II 9	
48	45	IV 8	
49	46	III 11	
50	48	III 12	
51	47	II 12	
52	49	II 8	
53	50	III 13	(adiecta)
54	51	III 3	
55	52	IV 2	
56	53	III 23	
57	54	I 2	
58	56	IV 6	
59	55	I 3	
60	57	I 1	

Edit. Vindobonensis (= Oxoniensis)	Rigalt. Baluz. et Pamel.	Remb. Erasm.	et Manut.
61	58	III 1	
62	60		V 8
63	63	II 3	
64	59	III 8	
65	64	I 7	
66	69	IV 9	
67	68	I 4	
68	67	III 13	
69	76	I 6 + IV 7	
70	70	I 12	
71	71	deest in Remb., post libellos in Erasm. et Manut.	
72	72	II 1	
73	73	deest in Remb., post libellos in Er. et Man.	
74	74	deest in Remb., post libellos in Er. et Man.	
75	75	deest	
76	77	III 25	
77	78		V 10
78	79	III 7	
79	80		V 11
80	82		V 9
81	83		V 1

(Pamelii epistula prima est epistolium ficticium quod Appendici adieci p. 272. Epistula Pamelii altera i. e. Rigaltii et Baluzii prima inter libellos primum locum tenet. Numerus 23 in Rigaltii editione typographi errore omissus est; errorem Baluzius non correxit.)

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. IV

ARNOBII ADVERSVS NATIONES LIBRI VII

EX RECENSIONE

A. REIFFERSCHEIDII

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXV

ARNOBII ADVERSVS NATIONES
LIBRI VII

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AVGVSTVS REIFFERSCHEID

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXV

IGNATIO · DE DOELLINGER

D · XIII · M · NOV · MDCCCLXXIII

D · D

AVGVSTVS · REIFFERSCHEID

PRAEFATIO

Arnobii aduersus nationes libri, quos Hieronymus in libro uirorum inlustrium c. 79 sua aetate uulgo extare dicit, hodie in uno antiquo codice leguntur, qui in bibliotheca maxima Parisiensi adseruatur numero signatus 1661. eidem soli debemus Minucii Felicis Octauium, qui septem Arnobii libris ut octauus liber additus est. sexto decimo saeculo codex Romae fuit, ubi Faustus Sabaeus Brixianus bibliothecae Vaticanae custos anno 1543 ex eo primus Arnobium edidit. neque enim alium librum Sabaeum adhibuisse, ut nonnulli opinati sunt, facile intelleget, qui editionem cum codice conparauerit: tamen ut cuiuis suo iudicio uti liceret omnes Sabaei lectiones in commentario critico diligenter adnotaui praeter orthographica mendasque typothetarum manifestissimas. possedisse uero ipsum Sabaeum codicem nec fuisse eum in bibliotheca Vaticana illius uerbis in praefatione docemur 'iure enim belli meus est Arnobius, quem e media barbarie non sine dispendio et discrimine eripuerim'. quae si recte interpretor, Arnobium suum in bibliotheca Helvetica aut Germaniae reppererat: nempe cauendum est, ne Sabaeum metaphora audaciore usum magnos emendandi labores significare putemus, cum ipse nihil ad diorthosin Arnobii contulisse uideatur, sed in eadem praefatione Hieronymum Ferrarium et Franciscum Priscianensem, quos uiros doctissimos et ingenii et iudicii perspicacissimi dicit, post alios amicos in eo opere tardiores emendandi et inprimendi Arnobium prouinciam suscepisse testetur. Roma codex in Galliam translatus est, una cum Arnobio typis expresso, quem Sabaeus Francisco primo dedicauit, eidem regi, ut coniciendum esse uidetur, dono datus. saltem Henrici secundi aetate in bibliotheca regia fuit, ut tegumenta eius etiamnunc indicant: rursus anno 1583, quo Fuluii Vrsini editio Romae prodiit, in hac urbe codicem Arnobii fuisse nullum, quae de subsidiis

suis Vrsinus in praefatione narrat, satis ostendunt. nec postea praeter librum Parisinum alius fons Arnobianae memoriae detectus est. nam codicem Bruxellensem, qui sextum decimum saeculum superare non uidetur, Parisini apographum esse cum alii perspexerunt tum ego conlatione eius a Laurentio Lerschio facta, quam mihi Ioannes Freudenbergius commodavit, usus ita adfirmare possum, ut bonae chartae prodigus mihi uiderer, si uerbum adderem. quo apographo iam Godescalcus Stewechius usus est.

Codex igitur Parisinus nono saeculo ineunte litteris minusculis a calligrapho scriptus est: in eo, quod raro in alio codice eiusdem aetatis et scripturae inuenias, uerba fere non separantur. transscriptus autem est ex libro, qui litteratura cursiua exaratus erat eius generis, unde scriptura quam uocant langobardica enata est. quam originem ipsae corruptelae produnt: ueluti pro *t* scribitur *ct* (u. c. 31, 25. 84, 1. 91, 28. 159, 15. 185, 10. 211, 28. 212, 10. 248, 25), *c* uel *t* pro *ct* (129, 1. 151, 9. 224, 11. 226, 28), *e* pro *et* (7, 19. 46, 17. 56, 23. 62, 23 bis. 77, 23. 82, 15. 17. 92, 14. 114, 23. 135, 18. 160, 19. 183, 23. 258, 12), *et* pro *e* (56, 23. 73, 16. 84, 1. 25. 94, 20. 179, 12. 182, 1. 191, 24. 211, 23. 233, 6. 275, 24. 285, 1), *at* pro *t* (95, 6. 125, 1. 160, 10. 260, 30), *eant* pro *ent* (227, 17), *t* pro *at* (125, 23. 133, 8. 139, 17. 171, 8. 270, 12), *ent* pro *eant* (17, 25. 25, 20. 71, 15. 95, 6), *praedicata* pro *praedita* (195, 2). deinde confunduntur inter se *f* et *p* (41, 5. 65, 20. 143, 13. 162, 16. 172, 1. 182, 8. 185, 9. 192, 13. 196, 14. 219, 6. 246, 22. 284, 14), *r* et *s* (18, 18. 25, 18. 29, 1. 35, 25. 49, 20. 57, 9. 75, 28. 76, 28. 94, 25. 99, 11. 102, 18. 104, 23. 111, 20. 123, 23. 131, 7. 136, 14. 203, 14. 206, 10. 213, 6. 224, 20. 243, 1. 268, 7. 284, 10), *rum*, quod sigla notissima indicabatur, et *s* (62, 5. 184, 8. 226, 27. 240, 17. 266, 18. 269, 24), *r* et *ri* (230, 15. 236, 14. 271, 14), *a* et *u* (61, 18. 101, 13. 129, 14. 150, 5. 159, 25. 181, 26. 202, 7. 204, 9. 212, 23. 216, 22. 236, 17. 243, 2. 265, 24). adeo *n* et *d* permutantur (8, 16. 26, 13. 37, 4. 105, 8. 106, 6. 108, 3. 112, 14. 134, 23. 159, 23. 177, 27. 205, 9. 25. 255, 1): quo scripturam in codice illo antiquiore usurpatam satis distortam fuisse docemur. deinde siglarum usum minime

parcum in his corruptelis deprehendimus: *constitit* pro *constiterit* (166, 25) *conticuit* pro *conticuerit* (167, 1) *potuit* pro *potuerit* (167, 3), *uter* pro *uertier* (135, 5), *suis* pro *seueris* (169, 11), *inaia* pro *inaniter* (208, 23), *adulterae* pro *adultae* (275, 19); *inquit* pro *igitur* (99, 16), *facti* pro *facturi* (256, 25) et similia; *ei* pro *eius* (262, 28), *quo mentiri se* pro *quominus curiose* (279, 22); *ibus* pro *is* uel *es* (25, 18. 29, 17. 116, 26. 127, 27. 133, 21. 233, 11. 266, 7), *is* uel *es* pro *ibus* (7, 21. 13, 15. 15, 5. 145, 21. 146, 11. 180, 23. 181, 15. 212, 18. 267, 16): *uel* et *ut* et *uelut* inter se confusa: *uanis* pro *uestris* (203, 25), *nouis* pro *uestris* (251, 27); *patientiae* pro *patriae* (219, 24), *inoboeda* pro *in oboedientia* (276, 19); *mihi* pro *minime* (85, 15), *minus* pro *minime* (167, 7. 178, 23. 204, 15); *se* pro *scilicet* (185, 11), *sic* pro *scilicet* (187, 1), *et* pro *scilicet* (62, 21): *seminas* pro *se misericordias* (*se mĩas*) 59, 15. ad litterarum ligaturas magis quam ad pronuntiandi rationem pertinere uidetur *s* finale saepissime falso additum aut omissum; similiter *r* finale omitti addiue uidemus (13, 10. 185, 22. 200, 1). patet codicem non fuisse lectu facilem: accedit quod scriptura aliquando euanuisse uidetur, ueluti 103, 24, ubi in Parisino ** *edi. in* pro *medicina* extat; alibi litterae in principio uerborum positae desiderantur: sic *etiamne* pro *lentene* legimus (184, 24), *luore* pro *fluore* (ibid.), *alienata* pro *mali enata* (184, 25), *ate fecerit* pro *patefecerit* (186, 8), *annos* pro *pannos* (228, 26), *implegmatibus* pro *simplegmatibus* (267, 9), *urbi* pro *morbi* (282, 30), *quae* pro *liquet* (114, 23), *que ad* pro *liqueat* (202, 23), *uides* pro *quid* (43, 13), *ut* pro *quod* (53, 12), *id* pro *quid* (156, 5). interdum *q* perperam additur: *quos* pro *uos* (41, 7), *quos* pro *uobis* (171, 17), *quorum* pro *uerum* (53, 11), *quinimmo* pro *omnino* (135, 15).

Hunc uero codicem descendisse ex alio, qui uncialibus litteris scriptus fuerit, maxime *c* et *g* litterae inter se mutatae (58, 11. 63, 5. 68, 17. 78, 29. 85, 9. 94, 17. 103, 9. 119, 7. 123, 26. 133, 8. 144, 17. 168, 10. 179, 19. 195, 16. 197, 6. 199, 4. 203, 14. 206, 3. 219, 22. 224, 23. 232, 8. 10. 252, 9. 255, 9. 263, 18. 276, 6. 278, 12) fidem faciunt. in historia autem Arnobianorum librorum litteraturam cursiuam et uncialem sic se excipere, ut haec sit antiquior, inde efficitur, quod mendas

ex cursiuo litterarum genere ortas librarius Parisini codicis inter scribendum interdum corrigit, uncialium litterarum mutationes securus fere transscribit. iam uterque aut certe antiquior codex in terra scriptus est, ubi lingua Romana uulgaris uigebat. ad hanc enim referenda sunt uitia huiusmodi: inter se confusae litterae *u* et *b* (saepissime), *r* et *l* (65, 18. 95, 1. 110, 14. 114, 3. 158, 20. 163, 18. 174, 3. 178, 2. 200, 1. 219, 4. 226, 28. 232, 7. 254, 13), *nct* et *nt* (139, 8. 163, 17. 178, 7), *qu* et *c* (*quaerimonias* pro *caerimonias* 189, 14 *copiam* pro *quopiam* 232, 1 *loqueretur* pro *iocaretur* 232, 26 *co* pro *quo* 254, 10 *perquoquatur* 263, 12 *quoire* 269, 15 *dequoquat* 279, 9), adspiratio falso addita (3, 14. 5, 4. 13, 9. 22, 28. 24, 25. 63, 21. 79, 8. 81, 17. 83, 24. 84, 16. 118, 15. 20. 123, 15. 139, 8. 146, 2. 153, 20. 185, 1. 197, 24. 206, 10. 220, 1. 253, 8. 19) aut, quod raro fit, perperam omissa (23, 23. 195, 10. 197, 3), uocales ante *s* inpurum additae (*aspiritu* 20, 12 *ascauros* 41, 20 *adscribuntur* pro *scribuntur* 167, 27 *perinstrixit* pro *perstrinxit* 49, 17 *instructum* pro *structum* 51, 22 *inscientissime* pro *scientissime* 94, 10 *inscientia* pro *scientia* 94, 20 *inspecuali* pro *spectaculi* 198, 22 *adhisciscere* pro *adsciscere* 153, 20 *inspaniae* pro *hispaniae* uel potius *spaniae* 23, 23 *exspectaculis* pro *spectaculis* 148, 19 *discriptis* pro *scriptis* 156, 6 cf. *distincta* pro *instincta* 229, 11; contrario uitio nata *structionem* pro *instructionem* 188, 1 *spanus* pro *hispanus* 195, 10 *striculi* pro *hystriculi* 197, 3.

Conclusimus supra ex uerbis Sabaei codicem Parisinum olim apud Heluetios aut Germanos fuisse. cui rei non repugnant uerba nono saeculo in ultima pagina (190[b]) scripta 'si q̃ hominẽ c̃tra animã regis cogitauerit aut c̃siliauerit ... res eius infixentur. si quis c̃tra inimic̃ pugnandum collegam suã dimiserit ... infiscentur. si quis cũ rege ... ut homo possit idoneare quẽ regẽ hoccide iusserit': quae sunt tria capita (1. 7. 2) edicti Rothari. scilicet huius edicti non solum Italicos codices sed etiam Sangallensem et Fuldensem antiquissimos nouimus, scriptum autem esse librum Parisinum in monasterio, ubi uetera antiquariorum instituta retinebantur litterarumque studia florebant, primum notis ex more antiquorum in margine positis, deinde diligentia conuincimur, qua codex postquam

scriptus est corrigebatur. quod ad notas attinet, uno loco ancorae signum reperitur (40, 19 cf. mus. Rhen. nou. 23, 130), saepe chresimon (☧) adpictum est (72, 24. 88, 17. 97, 9. 106, 5. 158, 3. 17. 167, 22). deprauati loci indicantur aut hac nota -∸- uel ∴, quae haud raro in ipso uersu supra corruptam uocem repetitur, aut hac ·R· uel ·r· uel R (= *require* id est ζήτει): -∸- 41, 14. 92, 24; ∴ 91, 22. 92, 1. 106, 7. 123, 17. 126, 23. 127, 24. 128, 4. 129, 1. 130, 23. 27. 136, 20. 139, 20. 144, 12. 186, 8. 190, 24. 194, 2. 195, 28. 203, 22. 212, 24. 218, 1. 222, 6. 223, 22. 234, 19. 24; ·R· 41, 20. 99, 21. 121, 18. 163, 23. 193, 1; ·r· 157, 20; R 94, 10. 139, 2. 178, 12. 185, 7. 229, 8. 267, 9. correctiones autem diuersae diuersa aetate in codice Arnobii institutae sunt, ita ut antiqui correctores diligenter, quod nemo adhuc fecit, a recentibus sint distinguendi. nam, ut omittam, librarium ipsum saepissime inter scribendum errores a se commissos sustulisse, tres correctores antiqui in emendando codice operam collocauerunt. quorum antiquissimus (*c*) codicem cum archetypo contulit. saepe is uerba omissa addit (27, 24. 37, 24. 48, 3. 76, 22. 88, 20. 108, 5. 115, 14. 155, 30. 198, 1. 222, 7. 244, 14. 256, 1. 283, 3), raro ex coniectura corrigit, nisi quod orthographiam antiquam ad sui saeculi morem reformare studet. successit alius corrector (*c'*), qui sine exemplari munere suo functus est: contigit sane ei, ut haud raro locos leuiter corruptos sanaret, sed saepe uerba scriptoris non tam restituisse quam interpolasse iudicandus est. et ipse orthographiae nouandae operam dedit: deinde uterque corrector notas in margine posuisse uidetur. praeterea paucis locis (21, 24. 39, 1. 171, 19. 181, 2. 237, 2. 247, 9) alia manus antiqua, id est noni saeculi, deprehenditur. cuius correctiones et ipsae pro coniecturis habendae sunt. interiecto tempore quinto decimo saeculo codex nonnusquam (194, 13. 22. 195, 28. 201, 21. 203, 13. 204, 7. 17. 246, 29. 247, 22) uiri cuiusdam docti curam expertus est. denique sexto decimo saeculo alius uir doctus (*r*) ad codicem accessit, ut eum totum distingueret atque emendaret. quod factum est post editum a Sabaeo ex hoc codice Arnobium. Sabaeo enim illius opera plane fuit incognita: at eo tempore, quo Iosephus Iustus Scaliger codicem in bibliotheca regia excusserit, hanc nouissimam correctionem

iam fuisse factam, ex eo cognoscimus, quod inter scripturas a Scaligero ex codice excerptas et a Meursio in critico Arnobiano editas correctoris *r* inuenta referuntur. non solum autem suis sed etiam Sabaei et Gelenii, fortasse etiam Canteri coniecturis uir ille doctus usus esse uidetur: praesto ei non fuit Vrsini editio.

Ipse contuli anno 1867 Parisiis codicem Arnobii: postea aliquot locis, ubi de scripturae ueritate dubitare coeperam, intercedentibus Vahleno et Hartelio in meum usum officiose eum inspexerunt W. Försterus et J. Vrb. Jarnik.

Mire corruptum esse hunc librum mendisque scatere cuiusuis generis notum est. sed haec ipsa paene incredibilis deprauatio in causa fuit, ut inde a Sabaei temporibus uiri docti certatim in emendando Arnobio se experirentur. optime autem de eo meruerunt praeter ceteros Hieronymus Ferrarius, Franciscus Priscianensis, Sigismundus Gelenius, Theodorus Canterus, Fuluius Ursinus eique, quorum curis se adiutum esse hic refert, uidelicet Ioannes Baptista Sighicellus et Petrus Chiaconus, deinde Iosephus Iustus Scaliger, Ioannes Meursius, Claudius Salmasius, Desiderius Heraldus, Nicolaus Rigaltius, nostris denique temporibus Ernestus Klussmannus et Michael Zinkius. consulto omisi Hildebrandii et Oehleri nomina, qui Arnobio magis nocuerunt quam profuerunt. quamquam enim Hildebrandius noua codicis Parisini conlatione a se diligenter quidem sed parum perite facta, Oehlerus M. Crusii apparatu, de quo infra dicendum erit, usus est, uterque uero nonnulla emendauit, tamen insigni eorum neglegentia Arnobius adeo sordibus est inquinatus, ut in his abluendis multum temporis et operae consumpserim. ineptias Hildebrandii Oehlerus, etsi perpetuum eius aduersarium agit, fere sequitur nouisque auget. aliquot incuriae documenta ut afferam — taedet enim omnia persequi — uerba Arnobii ab Hildebrandio oscitanter omissa Oehlerus non addit e. c. *neque indignantur* 15, 19, *et aperta* 223, 21, *deorum* 235, 14, *nec rationis* 243, 30 *debere* 247, 10 *esse mortiferae, simul salutares, simul* 262, 12.

Egregio me beneficio deuinxit Ioannes Vahlenus, qui Arnobium meum a. 1873 ineunte Vindobonam missum per moras quas typographi interponunt retractans quae est eius

in agnoscenda ueterum consuetudine sagacitas praeclaris obseruationibus beneuole me adiuuit. dum uero plagulas corrigo, allatus est Zinkii emendationum Arnobianarum libellus nouissimus, quem Bambergae 1873 edidit. idem a me rogatus coniecturas a se nondum publici iuris factas liberaliter mecum communicauit. quibus cognitis interdum me in eandem medendi rationem incidisse gaudebam, nec minus grata erant quae me fugerant. etiam Klussmannus mihi adesse uoluit. praeterea Arnobio meo iam typis expresso id est exeunte anno 1874 contigit ut Volgeri praefecti bibliothecae Luneburgensis urbicae benignitate apparatus critici, quem M. Crusius octavo decimo saeculo ineunte ad nouam Arnobii editionem adornandam collegerat (cf. Oehleri praef. p. VI), eam partem nanciscerer, qua emendationes P. Pithoei Huetii Rigaltii Guyeti Memmii aliorum continerentur: unde omnia quae scitu digna essent Oehlerum excerpsisse didici. quibus uiris omnibus debitas nunc gratias agere licet.

Ex ingenti uero coniecturarum numero, quem ad Arnobium congesserunt trium saeculorum philologi, praeter certas emendationes selegi eas, quae crisi Arnobianae alicui usui aut fuisse aut fore uidebantur reliquis omnibus praetermissis, ne scriptorem inutili farragine obruerem. iam de rationibus, quas ipse in emendando Arnobio secutus sim, pauca dicenda sunt. aliquot locis, qui corrupti dicebantur, medelam adhibui nulla alia re nisi interpunctione mutata: id quod nonnumquam tacite feci. atque semper id egi, ut leni manu uulnera Arnobii sanarem. maxime autem uerendum est, ne synonymorum cumulatione, qua scriptor gaudet, offensi calidius quam prudentius interpolatoribus tribuamus Arnobiana. inprimis miramur synonymorum paria ut saepe fit nulla copula coniuncta. iam correctores antiqui in initio libri alterum synonymum expunxerunt (*c* 10, 17. 21. 22. 14, 17. 23. 41, 2. 72, 10; *c'* 44, 9. 66, 25. 87, 16. 88, 1. 92, 7. 103, 16. 139, 17), quod suo periculo eos fecisse unus locus (41, 2) argumento est, ubi falso correctori synonyma geminari uisa sunt. postea hoc remedio uti desierunt: apparet eos perspexisse, se Arnobium non librarios emendaturos fuisse. incautiores fuerunt Hildebrandius quique eum secuti sunt. nam ultra correctores antiquos sapere sibi nisi plures quam illi in-

terpolationes detegebant. quamquam mirae inconstantiae tenentur, quod multa, quae eodem iure obelo notanda erant, praetermiserunt. ipse consuetudine Arnobii fideliter examinata libros eius interpolationibus fere immunes esse cum intellexerim, nunc satis habeo lectorem ad indicem uerborum et locutionum p. 347 sq. relegasse. restat ut moneam quo magis tumultuaria Arnobii opera in conponendis his libris fuerit, eo difficiliorem eorum crisin esse. Hieronymus enim in chronico ad annum Abrah. 2343 narrat, Arnobium, ut ab episcopis Christianam fidem, quam semper inpugnauerat, inpetraret, libros aduersus nationes elucubrasse. quod satis festinanter eum fecisse ut per se consentaneum est, ita confirmatur his qui supersunt libris, ut idem Hieronymus in epistula ad Paulinum inaequalem et nimium et absque operis sui partitione confusum iure Arnobium dicat. nimirum in fine totius operis confusio maxima cernitur. ubi capita 35. 36. 37 cum epilogum efficere appareat, id quod Francogallus quidam (cf. Schoenemanni bibl. patr. lat. I 156), quem Orellius sequitur, recte intellexit — abutitur autem iusta obseruatione ita ut ea in fine libri ponat — secuntur ecce nouae argumentationes uel potius nouarum argumentationum lacera fragmenta, in quibus eadem aliquantum inmutata bis terue repetuntur. quas turbas qui expediuisse sibi uidebantur uerbis 277, 8 — 278, 13 omissis aut post librum separatim conlocatis, ne illos nihil profecisse manifestum est. nec inuenias aliam interpretandi rationem, quae huic rerum condicioni satisfaciat, nisi hanc, habere nos hic aduersaria Arnobii male conposita. quibus materia continetur, unde nouis exemplis uanae nationum superstitionis declamationes suas scriptor aucturus erat. sed cum tempus urgeret, ea in fine, ut erant in schedis, adnexa sunt. nec postea Arnobius ad propositum rediit.

De auctoribus quos scriptor in enarrandis et inridendis gentilium sacris secutus sit, quaerere, cum alienum sit ab huius editionis instituto, in aliud tempus distuli: interim locos Clementis Alexandrini Arnobianis simillimos in libro quarto quinto sexto indicaui.

Capitum distinctionem Oberthuerianam retinui, nisi quod numeros in marginem reieci. ibidem signaui codicis folia, ut

si quis dubitauerit de alicuius loci scriptura, facillimum sit denuo eum adire.

In fine praefationis posui corrigenda et addenda.*)

3, 23 *post* nos *pone comma* repperiantur *P*] *sic semper in hoc uerbo* p *geminatur* 4, 24 madidarier imbribus *Grotius*] *adde Iani praenomen* 4, 25 succedunt] accidit? 7, 2 *scribe* diluuis 8, 17 cederent *Zinkius* 8, 19 mollissimã *r* 8, 24 *dele cum Sabaeo* nec *uel potius* ne, *quae est antiquior codicis scriptura: scilicet pro* disceptatio *scriptum erat* disceptatione. *contrario uitio* 122, 26 opinatio *pro* opinatione 145, 23 ratio *pro* ratione 281, 17 festinatio *pro* festinatione *extat* 9, 4 in rationibus *Canterus, Urs* 9, 29 uectoris *Heumannus* 10, 9 fouet *Heumannus* 10, 28 *scribe* primordis 11, 21 otia, non *Klussmannus* 11, 23 atqui non *Sab* 12, 21 cum aquitanos] *scribe* Quinquegentanos *cum Iosepho Partschio* 13, 12 *dele comma post* ita 13, 15 cruces *Orellius*] *immo Heraldus* 13, 24 inalbescat 13, 25 efferuescere *Elmenhorstius*] *immo Scriuerius* 14, 3 perturbationẽ (nẽ *eras*) 17, 2 *scribe* hocine 17, 17 *non* Smintheus *sed* Sminthius *latere uidetur* 17, 21 auribus] ab rebus *Rigaltius; sed cf. ind. uerb. et locut. p. 348* 18, 21 sententiae] *scribe* essentiae*; *eadem uel simillima corruptela extat* 77, 18 (*u. infra*). 252, 3. 262, 4 *scribe* hancine 19, 7 esse se *Vahlenus; deinde pro* recognoscunt *idem cum Rigaltio* se cognoscunt: *sed cf. 25, 2. 36, 6* 20, 17 fixerunt *Orellius* 20, 24 uisibilium? 21, 32 ipsis *cum Gelenio scribendum erat* 22, 15 aliquo] articulo *Klussmannus* 26, 3 informia] infirma *Stewechius* 26, 13 unguine sordidatum *Salm*] *immo P. Pithoeus* 26, 19 dignis] diuis *Meursius* 27, 22 *dele cum Heraldo uerba* post poenas, *quae ex superioribus male repetita sunt* 27, 28 sq. *uerba* et post ... iuratis *transponit Zinkius post* dicitis 28, 10 inferiorum *Zinkius* 29, 12 deorum *Heraldus* 29, 17 auxiliatibus (*pro* auxiliaribus *cum Stewechio*) plenum nouis *Zinkius* 29, 26 *repone* uisceribus: *cf. ind. uerb. et locut. s. u.* 30, 18 *repone* uoluminibus

*) emendationibus nouis meis quas recipiendas esse puto asteriscum apposui.

33, 19 minime] minus? 35, 19 Bactrianus: et ille *Meursius* 35, 22 Belus *Stewechius*] *immo Meursius* 36, 10 nec in rebus exiguis *Rigaltius* 36, 21 sui] aeui *Zinkius* 37, 20 *perperam* omnibus *conieci:* hominibus *temptari non debere docet ind. uerb. et locut. s. u.* 37, 24 prompserunt *Lipsius, Urs* 38, 11 prodentium *Meursius* 39, 11 *scribe* mendacis *et* lenocinis 40, 6 *scribe* seruetur, detur quin illis immo* deturque: illis immo *Stewechius* 41, 2 foeditate, stribiligines *r, Meursius* 41, 8 *scribe* eadem et iugulus* 41, 27 enim *Heraldus* 42, 12 *scribe cum Bertio* noluit? latent 43, 2 si Marcius *Urs*] *delenda sunt* 43, 27 cum eo modo *Rigaltius* 44, 1 sq. cum enim de animarum periculis in uita mala, de illarum contra ** insinuator, magister atque auctor *Vahlenus, qui haec fere intercidisse suspicatur* salute in uita proba 44, 15 *scribe* exilis exiliis *Heraldus* 45, 4 conuellere *Gel* 45, 19 implerent *Orellius* 48 *quam dixi Salmasii transpositionem, Heraldus praeiuerat* 48, 4 uota] portas *Heraldus* 48, 7 *scribe cum Salmasio* orbem 49, 5 fons est perpetuorum, pater *Zinkius* 49, 7 irriganturque *uel* inritanturque *Zinkius* 50, 19 *sq.* in spatio tam breui temporis et paruo inmensa *Zinkius* 51, 7 *repone* carnifices; *cf. ind. uerb. et loc. s. u.* 51, 15 altius *Canterus* 52, 7 uos *del Meursius* 52, 12 inuida *Vahlenus* 52, 13 subinflati *Meursius* 52, 28 *ueram interpunctionem etiam Zinkius commendauit* 53, 7 in sua natura *Heraldus* impenetrabili semper perspicuitate *Zinkius* 53, 8 perspicuum *Heraldus* 53, 13 *scribe* incertum est* 54, 8 originem ignem *Rigaltius* 54, 18 *repone* denique 54, 19 denique] *scribe cum Heraldo* demum 55, 3 quam . . . uestra in credulitate *Heraldus* 56, 18 callidule *Heraldus* *scribe cum Zinkio* sed quisquis *pro* sed quis, *ut in codice legitur* 56, 27 tantas] *repone* ea 58, 28 Pyriphlegethontem 59, 25 domino *etiam Zinkius proposuit* 60, 9 ac, quot in orbe sunt homines, non sunt *Zinkius* 61, 21 corporibus functae *Iessenus* corporibus seiunctae *Klussmannus* 64, 16 nimius *Canterus* 65, 8 sermonis alicuius sonum *Zinkius* 66, 6 iam laetae *Vahlenus* tam lectam (*uel* lautam) et *Stewechius*

66, 17 mulus *Stewechius* 67, 5 *scribe cum Meursio* seliquastrum 67, 10 respectans *Gel:* res spectans *P* 67, 16 *scribe cum Zinkio* discamus nos non 68, 2 cubus *Canterus*, *Urs* 68, 19 similitudinemque mundi] *repone* similitudinis *cf. p.* 347 69, 9 et integrare] redintegrare *Zinkius* coruus *Stewechius* 69, 12 saeculis] circulis *Rigaltius* 69, 18 repetentiam 76, 28 *scribe* dis diis a se ita *Rigaltius* 77, 10 ést ita 77, 18 *scribe cum Urs* nominis essentia praedicari 79, 10 elementariae *Heraldus* 81, 2 insomniam *Orellius* 81, 12 in gratiam *Meursius* 81, 22 conspiciendis] conpingendis *Stewechius* *restituendum est* his *pro* catenis *et uerba* conspiciendis . . . fucos *cum Joanne a Wouweren transponenda post* colla; *Heraldus eadem poni iussit post* limbis 82, 4 noctibus] uectibus *Meursius* 82, 8 castellamenta] catillamenta *Salm* his] hiris *N. Heinsius* 83, 4 ordinatum] ornatum *Rigaltius* 84, 2 *scribe* fortunae, ut modo * 84, 10 tum *Sab* 84, 18 salus rerum deus omnium, uirtutum *Sab* 86, 28 ścrutiatibus *P* 87, 18 ut . . auferant *Stewechius e membranis suis* 88, 26 ac] *scribe* at * 89, 21 animarum *Gel* 93, 20 promere uelle aut *uel* promere, aut belle *Meursius* 93, 27 hominem] *id est* corpus *u. ind. uerb. et loc. s. u.* 94, 4 se *add Heraldus* 95, 1 *huc pertinent quae in adnotatione paginae praecedentis posita sunt* foliola *e. q. s.* 95, 8 *scribe* fecit* 95, 12 *scribe* inmussili 95, 20 melanthium cuminum *Zinkius* 102, 5 laetius] lectius *Heumannus* 103, 24 etenim *Stewechii membranae* 109, 17 centimanos *Lachmannus* 117, 10sq. *scribe* superi et † super; superi *enim recte se habet* 117, 19sq. inprouidam in illis sua ludere? 126, 17 siue quod ipsi, ut 129, 14 alteram *Canterus* 135, 1 simplicitatemque *P*] *delenda sunt* 136 *uersuum numeri 15. 20. 25 falsis locis positi sunt* 148, 16 *scribe* Murciam deam* 150, 21 locorum] *scribe cum Stewechio* iecorum 157, 7 ipse nouit, ipse *? 161, 11 est, a nobis est dictum? 163, 19 deliciarum minister *Vahlenus* 171, 2 *dele crucem: cf. ind. uerb. et locut. s. u.* res 186, 8 patefecerit *Heraldus* 187, 27 *dele crucem; cf. ad* 171, 2 188, 16 *dele* quam 196, 15 cinnum *Canterus*, *r* 210, 5 foeda *Salm*

220, 27 *dele crucem*; *cf. ind. uerb. et locut. s. u.* 222, 15 matre *Sab:* matrẽ *P* Marte *Sab:* matre *P* 224, 23 *dele lacunae signum* 231, 12 totum *post* cum *addidi* 235, 14 *scribe* forsitam 237, 17 thure 239, 21 thus 241, 25 *repone* placandique 242, 10 quas irarum *Gel, r:* quasi parum *P* 245, 14 *locus perturbatus uidetur ipsius Arnobii culpa* 263, 15 *eandem emendationem Zinkius proposuit* 265, 4 est *Sab:* esse *P*] *delenda sunt* 279, 3 ctreptans (c *eras*) *P* 290 Patrocles *indici nominum et rerum adde* Aristoteles 54, 12 Ilium 138, 4 Oriens 7, 23 Parthi 57, 3 rex Tullus 103, 9 315 contentiosa aemulatio.

ARNOBII
ADVERSVS NATIONES
LIBRI VII

P = codex olim Romanus, inde a Francisci primi aut Henrici secundi aetate Parisinus n. 1661

corr = correctum est aut a librario aut manu antiqua, quae a librarii manu distingui non potest, aut rasura

c et *c'* = antiqui correctores codicis

---

r = vir quidam doctus, qui codicem post Sabaei editionem ante Scaligeri conlationem correxit

Sab = editio princeps Fausti Sabaei Romana a. 1543; *in err* = in erratis

Gel = editio Sigismundi Gelenii Basileensis a. 1546

Urs = Fulvius Ursinus et amici in editione Romana a. 1583

Salm = editio Leidensis a. 1651 e recensione Claudii Salmasii

LIBER PRIMVS

Quoniam comperi nonnullos, qui se plurimum sapere suis 1
persuasionibus credunt, insanire, bacchari et uelut quiddam promptum ex oraculo dicere: postquam esse in mundo Christiana gens coepit, terrarum orbem perisse, multiformibus malis affectum esse genus humanum, ipsos etiam caelites derelictis curis sollemnibus, quibus quondam solebant inuisere res nostras, terrarum ab regionibus exterminatos: statui pro captu ac mediocritate sermonis contraire inuidiae et calumniosas dissoluere criminationes, ne aut illi sibi uideantur, popularia dum uerba depromunt, magnum aliquid dicere aut si nos talibus continuerimus ab litibus, obtinuisse se causam putent uictam sui uitio non adsertorum silentio destitutam. neque enim negauerim ualidissimam esse accusationem istam hostilibusque condignos odiis nos esse, si apud nos esse constiterit causas, per quas suis mundus aberrauit ab legibus, exterminati sunt dii longe, examina tanta maerorum mortalium inportata sunt saeculis. inspiciamus igitur opinionis istius mentem et hoc 2
quod dicitur quale sit summotisque omnibus contentionum studiis, quibus obscurari et contegi contemplatio rerum solet, an sit istud quod dicitur uerum, momentorum parium examinatione pendamus. efficietur enim profecto rationum consequentium copulatu, ut non impii nos magis sed illi ipsi reperi-

12 a *Sab* 14 histam *P corr* 15 odii* *P* 16 exterminati sumus, dum longe *Sab* exterminandi sumus, si per nos *Gel* exterminati simus longe, dum *Meursius* 17 mor^t^alium *P* 19 summotisque] summo usque *Sab* 23 repperiantur *P*

antur criminis istius rei, qui se numinum profitentur esse cultores atque inueteratis religionibus deditos. ac primum ab his illud familiari et placida oratione perquirimus: postquam esse f. 1b nomen in terris Christianae religionis | occepit, quidnam inusitatum, quid incognitum, quid contra leges principaliter institutas aut sensit aut passa est rerum ipsa quae dicitur appellaturque natura? numquid in contrarias qualitates prima illa elementa mutata sunt, ex quibus res omnes consensum est esse concretas? numquid machinae huius et molis, qua uniuersi tegimur et continemur inclusi, parte est in aliqua relaxata aut dissoluta constructio? numquid uertigo haec mundi primigenii motus moderamen excedens aut tardius repere aut praecipiti coepit uolubilitate raptari? numquid ab occiduis partibus attollere se astra atque in ortus fieri signorum coepta est inclinatio? numquid ipse siderum sol princeps, cuius omnia luce uestiuntur atque animantur calore, exarsit aut intepuit atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? numquid luna desiuit redintegrare se ipsam atque in ueteres formas nouellarum semper restitutione traducere? numquid frigora, numquid calores, numquid tepores medii inaequalium temporum confusionibus occiderunt? numquid longos habere dies bruma et reuocare tardissimas luces nox coepit aestatis? numquid suas animas expirauerunt uenti emortuisque flaminibus neque caelum coactatur in nubila nec madidari ex imbribus arua † succedunt? commendata semina tellus recusat accipere aut frondescere arbores nolunt? sapor frugibus esculentis et uitis liquoribus mutatus est? olearum ex baculis cruor taeter exprimitur nec lumini subministratur extincto? ani-

1 numinum *Sab, r:* nominum *P* 8 aelementa (ta *ex* tu) *P* 9 moles *P corr* 14 in ortus] motus *Sab corr in err* ferri *Urs* 16 animantur calore, exarsit *Meursius* animantur, calore exarsit *Sab* calore *Sab, r:* calor *P* aut *add. Heumannus* 17 soliti *Sab:* solitis *P* 20 tempores *P corr* 24 coactatur *Gel:* coartatur *P* madidata imbribus *Gel* madidata ex imbribus *Canterus* madidarier imbribus *Grotius* madori ex imbribus *Salm* 25 succescunt *Gel* succedit *Carrio* resusat *P corr* 27 et uitis] exustis *Sab* 28 lumini *Sab, r:* luminis *P*

malia terris sueta atque in aquis degentia non suriunt, non concipiunt, | fetus non in uteris sumptos suis moribus et sua f. 2 lege custodiunt? ipsi homines denique, quos per duas habitabiles oras terrae sparsit prima incipiensque natiuitas, non matrimonia copulant nuptiarum sollemnibus iustis? non dulcissimas procreant liberorum stirpes? non negotia publica, non priuata et familiares res agunt? non, ut cuique libitum est, per diuersas artium disciplinarumque rationes et ingenia derigunt et studiosae referunt nauitatis usuras? non regnant, non imperant quibus sors rerum adtributa est talium? non auctiores cotidie dignitatibus et potestatibus fiunt, iudiciorum disceptationibus praesunt, leges interpretantur et iura? nonne omnia cetera, quibus uita succingitur et continetur humana, suis omnes in gentibus patriorum celebrant institutionibus morum? cum igitur haec ita sint neque ulla inruperit nouitas, quae **3** tenorem perpetuum rerum dissociata continuatione diduxerit, quid est istud, quod dicitur inuectam esse labem terris, postquam religio Christiana intulit se mundo et ueritatis absconditae sacramenta patefecit? sed pestilentias, inquiunt, et siccitates, bella frugum inopiam locustas mures et grandines resque alias noxias, quibus negotia incursantur humana, dii nobis inportant iniuriis uestris atque offensionibus exasperati. si in rebus perspicuis et nullam desiderantibus defensionem non stoliditatis esset diutius inmorari, ostenderem profecto replicatis prioribus saeculis, mala ista quae dicitis non esse incognita, non repentinas et postquam gens nostra felicitate donari | huius uocaminis meruit inrupisse has labes et in- f. 2ᵇ festare coepisse discriminum uarietate mortalia. si enim nos sumus in causa et in nostri criminis meritum excogitatae sunt

1 suriunt *Urs:* esuriunt *P* nec *Sab* 3 custodiunt? ipsi homines denique *Urs:* custodiunt ipsi homines? denique *Sab* tres (*immo* duas) habitabiles *Klussmannus:* inhabitabiles *P* habitabiles *Urs* 4 oras *Sab, r:* horas *P* 7 famuliares *P corr* 8 et *om Sab* 9 studiosae *Urs:* studiose *P* nauitatis *Urs:* natiuitatis *P* 10 est? talibus *Sab* 16 diduxerit *Gel:* deduxerit *P* 23 si *m. post. in ras. P* 26 repentinas et *scripsi:* repentina sed *P* repentinas se *malebat Vahlenus* priusquam *Urs* gens *Sab:* genus *P* 27 infectari *Sab* infestari *Urs*

nae pestes, unde nouit antiquitas miseriarum haec nomina, unde bellis significatum dedit? pestilentiam, grandines qua potuit ratione signare aut inter suas uoces quibus oratio explicabatur adsumere? nam si nouella sunt haec mala et ab recentibus ducunt offensionibus causas, qui potuit fieri ut eis rebus uerba formaret, quas nec ipsa sciebat expertam se esse neque ullis comperisset maiorum in temporibus factitatas? penuria, inquit, frugum et angustiae frumentariae artius nos habent. antiqua enim et uetustissima saecula necessitatis istius aliquando fuerunt expertia? nonne ipsa nomina, quibus censentur haec mala, testificantur et clamant nullum ab his umquam immunem abisse mortalium? quodsi ad credendum difficilis res esset, testimoniis agere possemus auctorum, quantae quoties et quae gentes famem senserint horridam et aggerata interierint uastitate. casus frequentissimi grandinis accidunt atque adterunt cuncta. in litteris enim priscis comprehensum et compositum non uidemus, etiam imbres saxeos totas saepe comminuisse regiones? difficiles pluuiae sata faciunt emori et sterilitatem indicunt terris. inmunis enim antiquitas malis ab his fuit, cum etiam flumina cognouerimus ingentia limis inhorruisse siccatis? pestilentiae contagia urunt genus humanum. annalium scripta
f.3 percurrite linguarum | diuersitatibus scripta: uniuersas discetis gentes saepenumero desolatas et uiduatas suis esse cultoribus. ab locustis, a muribus genus omne acciditur atque adroditur frugum. historias ite per uestras et ab istis pestibus instruemini quotiens prior aetas adfecta sit et paupertatis ad miserias uenerit. terrarum ualidissimis motibus tremefactae nutant usque ad periculum ciuitates. quid, hiatibus maximis interceptas urbes cum gentibus superiora tempora non uiderunt

1 antiqu[it]as *P* 2 pestilentiam *Sab*, *r:* pestilentia *P* 3 ratione *Salm:* natione *P* notione *Sab* nominatione *Klussmannus* 6 expertam *Sab:* experta *P* 7 paenuria *P* inquid *P corr* 9 vestustissima *P corr* 13 quoties (e *in ras*) *P* quotiẽs *r* 15 [a]tque *P* atterunt *Gel:* adierunt *P* 16 compraehensum *P sic semper et in hoc uerbo et in similibus* positum *Urs* 17 communisse *P corr* 19 inducunt *Sab* 20 limis *Sab:* liminis *P* inaruisse *Urs* siggatis *P corr* 24 a *Sab* occiditur *Sab* 25 uestras *r:* estras *P* exteras *Sab* 26 afflicta *Urs* 27 tremefactae *Sab:* tremaefacta *P*

aut ab huiusmodi casibus fortunas habuere securas? quando 4 est humanum genus aquarum diluuiis interemptum? non ante nos? quando mundus incensus in fauillas et cineres dissolutus est? non ante nos? quando urbes amplissimae marinis coopertae sunt fluctibus? non ante nos? quando cum feris bella et proelia cum leonibus gesta sunt? non ante nos? quando pernicies populis uenenatis ab anguibus data est? non ante nos? nam quod nobis obiectare consuestis bellorum frequentium causas, uastationes urbium, Germanorum et Scythicas inruptiones, cum pace hoc uestra et cum bona uenia dixerim, quale sit istud quod dicitur calumniarum libidine non uidetis. ut 5 ante milia annorum decem ab insula quae perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat, magna erumperet uis hominum et innumeras funditus deleret atque extingueret nationes, nos fuimus causa? ut inter Assyrios et Bactrianos Nino quondam Zoroastreque ductoribus non tantum | ferro f. 3^{b} dimicaretur et uiribus, uerum etiam Magicis et Chaldaeorum ex reconditis disciplinis, inuidia nostra haec fuit? ut Helena diis ducibus atque inpulsoribus rapta et suis esset dirum et uenturis temporibus fatum, religionis nostrae attributum est criminibus? ut ille immanis Xerses mare terris immitteret et gressibus maria transiret, nostri nominis effectum est iniuria? ut ex Macedoniae finibus unus exortus adolescens Orientis regna et populos captiuitate ac seruitio subiugaret, nos fecimus atque excitauimus causas? ut modo Romani uelut aliquod flumen torrens cunctas summergerent atque obruerent nationes, nos uidelicet numina praecipitauimus in furorem? quodsi hominum nullus est, qui quae iamdudum gesta sunt nostris audeat tem-

13 Tim. p. 25

1 ab *Sab, r:* ad *P* 2 diluuiis *Sab, r:* diluuis *P* 3 Sodoma et Gomorrha *sup. uers. r* ince^{n}sus *P* 4 coopertae∗ *P* 9 sciticas *P* 13 erumperet *Gel:* earum perit *P* 14 ut *Sab, r* 15 bactrianos *Sab, r:* bactianos *P* 16 zoroastraeque *P corr r* 17 magichis *P corr* chaldeorum *P* 18 ex *om Gel* haelena *P* 19 esset *Sab in err:* esse *P* 21 criminibus *Zinkius:* criminis *P* crimini *Sab* 22 iniuria *Sab, r:* iura *P* 23 adulescens *r* 24 ac] et *Sab* 26 cunctas *Sab, r:* cuncta *P* 28 quae iamdudum *Oehlerus:* quamdudum *P* quae dudum *Sab*

poribus imputare, quemadmodum possimus miseriarum esse
praesentium causae, cum noui fiat nihil, sed sint omnia uetera
6 et nullis antiquitatibus inaudita? quamquam ista quae dicitis
bella religionis nostrae ob inuidiam commoueri non sit diffi-
cile comprobare post auditum Christum in mundo non tantum
non aucta uerum etiam maiore de parte furiarum compressioni-
bus imminuta. nam cum hominum uis tanta magisteriis eius
acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere, in-
iuriam perpeti quam inrogare esse praestantius, suum potius
fundere quam alieno polluere manus et conscientiam cruore:
habet a Christo beneficium iamdudum orbis ingratus, per quem
f. 4 feritatis mollita est rabies atque hostiles manus cohibere | a
sanguine cognati animantis occepit. quodsi omnes omnino qui
homines se esse non specie corporum sed rationis intellegunt po-
testate, salutaribus eius pacificisque decretis aurem uellent
commodare paulisper et non fastu et supercilio tumidi suis
potius sensibus quam illius commonitionibus crederent, uni-
uersus iamdudum orbis mitiora in opera conuersis usibus ferri
tranquillitate in mollissima degeret et in concordiam salutarem
7 incorruptis foederum sanctionibus conueniret. sed si per uos,
inquiunt, nihil rebus incommodatur humanis, unde sunt haec
mala, quibus urgetur et premitur iamdudum miseranda morta-
litas? sententiam me poscis huic necessariam nihil causae. neque
enim praesens atque in manibus posita disceptatio nec in id
sumpta est a me ut ostenderem uel probarem, quibus una-
quaeque res causis et rationibus fieret, sed ut maledicta criminis
tanti procul esse ab nobis ostenderem. quod si praesto, si facio
et argumentis insignibus rei ueritas explicatur, unde sint haec
mala uel ex quibus profluant fontibus principiisque non curo.

8 cf. Matth. 5, 49 Rom. 12, 17 I Thess. 5, 15 I Petr. 3, 9

1 possumus *Sab* 2 sunt *Sab* 6 furiarum *Sab:* futuriarum *P* sui furiarum *Klussmannus* 8 oporte^{re} *P* 13 quid si *Sab* 14 se esse *Salm:* esse *P* esse se *Urs* 16 tumidi *Gel:* luminis (s *eras*) *P* 17 commonitionibus *Sab in err:* commotionibus *P* 19 tranquillitatem *P* mollissima *r* 22 premitur *Sab, r:* pramitur *P* 23 poscitis *?* 24 possita *P corr* disputatio *Urs* nec *ex* ne *P om Sab* neque *r* 25 *esumpta (e *eras*) *P* 27 facio *r:* facto *P* 28 ut *r* explicetur *r*

ac ne tamen omnino quid de rebus huiusmodi sentiam nihil uidear interrogatus expromere, possum dicere: quid enim, si prima materies, quae in rerum quattuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet in rationibus inuolutas? quid si siderum motus certis signis partibus temporibus lineis pariunt haec mala et subiectis adferunt uariorum discriminum necessitates? quid si statis temporibus rerum uicissitudines fiunt atque ut in maritimis | aestibus modo secundae res adfluunt modo rursus refluunt malis reciprocantibus prospera? quid si materiae faex ista, quam sub nostris calcamus ingressibus, hanc habet sibi legem datam ut expiret nocentissimos halitus, quibus corruptus aer iste et corporibus labem ferat et negotia infirmet humana? quid si, quod proximum uero est, quicquid nobis uidetur aduersum, mundo ipsi non est malum omniaque quae fiunt nostris commoditatibus statuentes, opinionibus inprobis criminamur euenta naturae? Plato ille sublimis apex philosophorum et columen saeua illa diluuia et conflagrationes mundi purgationem terrarum suis esse in commentariis prodidit nec uir prudens extimuit humani generis subuersionem cladem ruinas interitus funera rerum innouationem uocare, etenim iuuentutem his quandam redintegratis uiribus comparari. non pluit, inquit, caelum et frumentorum inopia nescio qua laboramus. quid enim inseruire elementa tuis necessitatibus postulas atque ut uiuere mollius et delicatius tu possis, obsequia temporum tuis debent commoditatibus se dare? quid enim si hoc pacto nauigationis cupidissimus conqueratur uentos iamdiu non esse et caeli conquieuisse flaturas? numquid ideo dicendum est, perniciosam esse tranquillitatem illam mundi, quia uectoribus impediat uota? quid si sole aliquis torrere se

Right-margin marks, each at the end of the printed line it stands beside: 8 (after "nihil"), f. 4b (after "secundae"), 9 (after "frumentorum").

16 Tim. p. 22 cf. Orig. contra Cels. 4, 16

4 suis *Gel*, *r*: uis *P*   in rationibus *Urs*: inritationibus *P* rotationibus *Gel*   5 si *sup. uers.* *P*   7 sstatis *P corr r*   10 calamus *P corr*   12 halitus *Sab in err*: habitus *P*   14 quidquid *P corr*   15 omniaque quae *Gel*: omnia quaeq *P*   16 inprobis *Sab*: inprobris *P*   euenta *Gel*: euento *P*   17 ille* *P*   20 subuersionem *P*   innouatione *P corr r*   21 etenim *Urs*: et in *P* et *Gel* et inde *Klussmannus*   22 inquid *P corr*   28 illas *P corr*

suetus et adquirere corpori siccitatem ratione consimili conqueratur frequentissimis nubilis iucunditatem serenitatis ablatam?
f. 5 | numquid ideo dicenda sunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur otiose rutilare se flammis et causas potionibus praeparare? euenta haec omnia quae fiunt et accidunt mole sub hac mundi commodulis non sunt nostris
10 sed ipsius pendenda sunt rationibus ordinibusque naturae. nec si aliquid accidit quod nosmet ipsos aut res nostras parum laetis successibus fouit, continuo malum est et in exitiabilis rei opinione ponendum. pluit mundus aut non pluit: sibimet pluit aut non pluit, et quod forsitan nescias, aut uliginem nimiam siccitatis ardore decoquit aut longissimi temporis ariditatem pluuiarum effusionibus temperat. pestilentias morbos fames atque alias suggerit malorum exitiabiles formas: unde tibi est scire, ne quod exuberat sic tollat ut per sua dispendia
11 modum rebus luxuriantibus figat? tu audeas dicere: hoc et illud est in mundo malum, cuius explicare, dissoluere neque originem ualeas neque causam, et quia tuas impediat deliciarum forsitan et libidinum uoluptates, perniciosum esse atque asperum dicas? quid ergo, quia frigus membris tuis aduersum est et congelare, constringere sanguinis tui feruorem solet, idcirco in mundo hiemps esse non debet? et quia sustinere, perferre flagrantissimos soles nequis, ex anno aestas tollenda est atque aliis legibus alia rursus ordinanda natura? ueratrum uenenum est hominibus: numquid ob hanc causam non debuit nasci? ouilibus insidiatur lupus: numquid in culpa
f. 5b natura est, | quod lanitiis extulit inportunissimam beluam? morsu animam serpens tollit: maledicas primordiis rerum,

1 ratione *Sab*, *r:* rationem *P* 4 otiose ******** *P* otiosae *Urs* ustulare *Urs* 11 uliginem *Gel*, *r:* oliginem *P* 12 sicciuitatis *P corr* decoquit *Sab:* decoquet *P* 13 moruos *P corr* 15 dispe^{n}dia *P* 17 dissoluere *expunxit c* 18 tuas *Sab*, *r:* tua *P* 21 constringere *expunxit c* 22 hiems *r* sustinere *expunxit c* 23 solem *P corr* nequis *Vahlenus:* neque *P* nequeas *r* non potes *Sab* 26 obilibus *P corr* 28 morsu *Sab:* morsũ *P* maledicas *Urs:* maledicam si *P* maledicam scilicet *Gel* primordiis *Sab*, *r:* primordis *P*

quod tam saeua prodigia genituris spirantibus addiderunt. 12
superciliosa nimium res est, cum ipse sis non tuus, aliena
etiam in possessione uerseris, potentioribus dare condicionem
uelle, ut id fiat quod cupias, non quod in rebus inueneris
antiquis constitutionibus fixum. quare habere si locum uestras
uultis querimonias, homines, prius est ut doceatis, unde uel
qui sitis, uobisne sit genitus et fabricatus mundus an in eum
ueneritis alienis ex regionibus inquilini. quod cum dicere non
sit uestrum neque explicare possitis cuius rei causa sub hac
caeli conuexione uersemini, desistite arbitrari pertinere ad uos
quicquam, cum ea quae fiunt non partiliter fiant, sed ad cen-
sus summam redeant referanturque totius. Christianorum, inqui- 13
unt, causa mala omnia di ingerunt et interitus comparatur
ab superis frugibus. rogo, cum haec dicitis, non calumniari uos
improbe in apertis conspicitis manifestisque mendaciis? trecenti
sunt anni ferme minus uel plus aliquid, ex quo coepimus esse
Christiani et terrarum in orbe censeri: numquid omnibus his
annis continua fuerunt bella, continuae sterilitates, pax nulla
in terris, nulla protinus uilitas aut abundantia rerum fuit? hoc
enim primum efficiendum est ei qui nos arguit, perpetuas et
iuges calamitates fuisse has, numquam omnino respirasse mor-
talia et sine ullis ut dicitur feriis multiplicium | formas f. 6
sustinuisse discriminum. atquin uidemus mediis his annis 14
mediisque temporibus ex uictis hostibus innumerabiles esse uic-
torias reportatas, prolatos imperii fines et in potestatem redactas
inauditi nominis nationes: saepenumero maximos annorum fuisse
prouentus, uilitates atque abundantias rerum tantas ut com-
mercia stuperent uniuersa pretiorum auctoritate prostrata. quem-

3 possesione *P* condicionem: uelle ut *Stewechius* 6 quaerimonias *P* est *sup. uers. P* doceamtis *P corr* 8 ueneri^{us}s *P* 11 partiliter *Urs:* pariliter *P* census *Urs:* sensu^{s} *P* 12 **** totius *P* 13 di ingerunt *scripsi:* dii erunt *P* dii ferunt *r* adiierunt *sic Sab* dii eruunt *Klussmannus* 14 calumniari *Sab in err:* calumniare *P* 15 mendaciis *Sab, r:* mandaciis *P* 16 fermeme *P corr* 18 nullam *P corr* 20 ei *Gel:* et *P* 21 omnino *Gel:* omnia non *P* 23 atquiu *P* 24 ex *Sab in err:* et *P* 26 inauditi* *P* annonae *Urs* 27 prouentos *P corr* uilitatis *P corr*

admodum enim res agi et usque ad hoc tempus genus quisset durare mortalium, si non omnia quae usus uitae posceret sub-
15 ministraret fertilitas rerum? sed fuerunt aliquando nonnulla in necessitatibus tempora: et relaxata sunt abundantiis rursus: contra uoluntatem quaedam bella administrata: et uictoriis postmodum successibusque correcta. quid ergo, dicemus iniuriarum nostrarum deos modo memores esse modo esse rursus immemores? si quo tempore fames est irati esse dicuntur, sequitur ut abundantiae tempore irati et difficiles non sint: atque ita perducitur res eo ut uicibus ludicris et ponant et repetant iras et in integrum se semper offensionum * recordatione
16 restituant. quamquam istud quod dicitur quale sit explicabili non potest conprehensione cognosci. si Alamannos Persas Scythas idcirco uoluerunt deuinci, quod habitarent et degerent in eorum gentibus Christiani: quemadmodum Romanis tribuere uictoriam, cum habitarent et degerent in eorum quoque genti-
f. 6^{b} bus Christiani? si in Asia, Syria idcirco mures et locustas | efferuescere prodigialiter uoluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Christiani: in Hispania, Gallia cur eodem tempore horum nihil natum est, cum innumeri uiuerent in his quoque prouinciis Christiani? si apud Gaetulos, † cum aquitanos huius rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt, cum religio similis his quoque in regionibus uerteretur? si in ciuitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis auersione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri uerum etiam Christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? aut igitur cuncti nihil laetum

1 quisset *scripsi:* quis *P* qui *Sab*, *r* quiret *Urs* 2 durare *Urs:* duraret *P* uitae *Klussmannus:* ut *P om Sab* 4 at *Urs* abundanti^{i}s *P* abundantiis. rursus *ante Klussmannum* 5 at *Urs* uictori^{i}s *P* 8 famis *P corr* 10 ludricris *P corr* 11 sese per offensionum recordationem *Urs* *post* offensionum *intercidisse uidentur* nunc uenia nunc *uel similia* 13 aliamannos *P corr* Alanos *Urs* 14 scytas *P* 17 christiani *Sab*, *r:* christianis *P* 21 getulos *P* tum Aquitanos *Sab* et Tingitanos *Urs* 25 semori *P corr* 28 laeti *Sab*

habere debuerunt, si malorum causa nos sumus, nationibus enim sumus in cunctis, aut cum mixta uideatis cum incommodis laeta, desinite nobis adscribere id quod offendit res uestras, cum nihil laetis officiamus et prosperis. si enim ego ut male sit facio, cur ut bene sit non obsto? si ut inopia magna sit meum nomen in causa est, cur nihil impedio ut sit feracitas maxima? si ut in bellis accipiatur uulnus ego dicor adferre fortunam, cur, duelles cum pereant, laeuum augurium non sum nec in aduersas res bonas mali ominis obscenitate traduco? et tamen o magni cultores atque antistites **17**
numinum, cur irasci populis Christianis augustissimos illos adseueratis deos? ita, non aduertitis non uidetis, adfectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis insanias? quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere, | quam in ulti- f. 7
onis libidinem ferri et in alterius doloris crucibus efferati pectoris alienatione bacchari? hoc ergo dii magni norunt perpetiuntur et sentiunt, quod ferae, quod beluae, quod mortiferae continent uenenato in dente natrices, quod leuitatis in homine, quod terreno in animante culpabile est, praestans illa natura et in perpetuae uirtutis firmitate consistens scire adseueratur a uobis et quid ergo sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillae emicent flammeae, aestuet anhelum pectus, spumae iactentur ex ore et ex uerbis ardentibus labrorum siccitas ualbescat? quod si uerum est istud et est exploratum et cogni- **18**
tum, ecferuescere deos ira et huiusmodi motu, perturbatione iactari, immortales et perpetui non sunt nec in diuinitatis alicuius

7 .. *maxima P* sic *P corr* 8 pereunt *Sab* 9 in aduersas *Heraldus:* in aduersa *P* aduersus *Sab* in aduersum *r* res *Urs:* spes *P* ominis *Sab*, *r:* hominis *P* 10 traduco *Heraldus:* traducor *P* 11 numinum *Sab*, *r:* nominum *P* cur] sicut *uel* cum' *Urs* ut *Canterus* cur ut *Salm* 12 deos, ita non *uulgo* 15 crucibus *Zinkius:* crucis *P* crucem *Sab* cruces *Orellius* dolores, cruces *Vahlenus* 20 sentire *Urs* 22 scintil*lae *P* flammeae *Salm:* flammae *P* aestuet *Salm:* aestuent *P* spumae *r:* spum' *P* spiritum *Sab* spumas *Urs* spuma *Salm* 23 iactetur *r:* iacietur *P* iaciat *Sab* iaciatur *Salm* ex] et *P corr* 25 ecferuescere *r:* et feruescere *P* efferuescere *Elmenhorstius* motus *Sab* motos *Meursius* iactari *Sab:* iactare *P*

existimatione ponendi. ubi enim est ullus, sicut sapientibus
uidetur, adfectus, ibi esse necesse est passionem: ubi passio
sita est, perturbationem consentaneum est consequi: ubi per-
turbatio est, ibi dolor et aegritudo est: ubi dolor et aegritudo
est, imminutioni et corruptioni iam locus est: quae duo si
uexant, adest uicinus interitus, mors omnia finiens et cunctis
19 adimens sentientibus uitam. quid? quod isto modo non tantum
illos leues ac feruidos, uerum, quod ab diis conuenit procul esse
dimotum, et iniquos inducitis et iniustos et aequitatis uel mo-
dicae nullam prorsus optinere rationem. quid est enim tam
iniustum, quam aliis irasci et alios laedere, de hominibus con-
queri et innoxia dilacerare frumenta, Christianum nomen odisse
f. 7b et dispendiis omnibus suos | labefactare cultores? an num-
20 quid idcirco in uos etiam saeuiunt, ut intestinis vulneribus
concitati in ultionem consurgatis illorum? ergo humana patro-
cinia dii quaerunt, et nisi uestra fuerint adsertione protecti,
idonei non sunt ipsi, qui propulsare, defendere suas ualeant
contumelias. quinimmo si uerum est ardere illos ira, permittite
illis potestatem sui, defendant se ipsi atque in ultionem
maiestatis offensae intestinas exerant experianturque uirtutes.
possunt nos, si uoluerint, aestu, possunt nocentissimo frigore,
possunt auris pestilibus, possunt morborum obscurissimis causis
enecare, consumere atque ab omni penitus coetu exterminare
mortali, aut si malum consilium est adgredi nos ui, emittant
aliquod iudicationis signum, per quod esse liquidum cunctis
21 possit, inuitissimis nos eis habitare sub caelo. uobis secundas
tribuant ualetudines, aduersas nobis ac pessimas. opportunis

2 ubi** *P* 3 si^{ta} *P* perturbatione (ne *eras*) *P* perturbatio *Sab corr in err* 8 et *Sab* 11 aliis *Salm:* in aliis *P* in alios *Sab* legere (g *in* d *corr*) *P* 13 an *Urs:* at *P* 16 uest^{e}ra (e *eras*) *P* 17 defenderes (s *eras*) *P expunxit c* 20 maiestates *P corr* experianturque *P* expediantque *Urs* 22 morruorum *P corr* 23 ene^{c}gare *P* consumere *P expunxit c* paenitus *P* 24 mortali aut *r:* mortalia. ut *P* 'mortali: aut *uel* mortalium: sin alia consilium est aggredi nos via, mittant' *Urs* 25 indignationis *Gel* indicationis *Urs* uindicationis *Meursius* 27 oportunis *P*

imbribus uestra inrigent rura, pluuiarum quicumque sunt rores
nostris ab agellulis abigant. lanitia curent uestra numerosis
fetibus multiplicari, sterilitatem infaustam nostris pecuariis in-
ferant. ex oliuetis uestris atque uinetis plenam faciant autum-
nitatem fundi, at ex nostris exprimi unum prohibeant pal-
mitibus rorem. ad extremum et ultimum in uestro ore praecipiant
suam fruges retinere naturam, at uero in nostro mel amarum
fieri, olearum fluenta rancescere et sub ipsius poculi labris
in acoris perfidiam uinum repente mutari. quod cum minime 22
fieri testificentur res ipsae ¦ neque minus ad nos quicquam f. 8
neque ad uos plurimum redundare uitalibus ex beneficiis con-
stet, libido quae tanta est inimicos atque hostes deos esse con-
tendere Christianis, quos in rebus tristissimis atque laetis nihil
abs te uideas ratione in aliqua discrepare? si uerum nobis per-
mittitis ac sine ullis adsentationibus dici: uerba sunt haec,
uerba sunt, res immo per calumnias creditae, non cognitionis
alicuius testimonio comprobatae. ceterum dii ueri et qui habere 23
qui ferre nominis huius auctoritatem condigni sunt, neque
irascuntur neque indignantur neque quod alteri noceat insidiosis
machinationibus construunt. etenim reuera est impium et sa-
crilegia cuncta transcendens, sapientem illam credere beatissi-
mamque naturam magnum aliquid putare, si se sibi aliquis adu-
latoria humilitate summittat: et si fuerit non factum, despectam
se credere et ab summi culminis decidisse fastigio. puerile,
pusillum est et exile, uix et illis conueniens, quos iamdudum
experientia doctorum daemonas appellat et heroas, non nosse
caelestia et in hac rerum materia crassiore condicionis suae

2 nistris *P corr* numorosis *P corr* 4 oliuetis *r:* oliuis *P*
5 u'num (i *ras*) *P* ullum *Urs* palmitibus *Sab in err:* palmites *P*
palmitis *Gel, r* 8 rancescere *Sab, r:* racescere *P* ipsius poculi
scripsi: ipsius potu *P* ipsis potum *Gel* ipsis positum *Salm*
9 sin *P corr* perfidiam *Sab:* perfidia *P* 15 adsentatiob. *P*
16 credite *P* 17 comprobate *P* ueri *Gel:* uestri *P*
22 siui *P* 24 summi culminis *Sab:* summis culminibus *P*
fastidigio *P corr* 25 exile *Sab:* exire *P* 26 et heroas *Urs:*
*errores *P* et hos *Gel* 27 crassiorae *P corr* conditionis *P*

24 sorte uersari. uestra sunt haec, uestra sunt inreligiose opinata et inreligiosius credita. quinimmo, ut uerius proloquar, haruspices has fabulas, coniectores harioli uates et numquam non uani concinnauere fanatici, qui ne suae artes intereant ac ne stipes exiguas consultoribus excutiant iam raris, si quando uos uelle rem uenire in inuidiam compererunt, negleguntur dii, clamitant, atque in templis iam raritas summa est, iacent antiquae
f. 8b derisui caerimoniae et sacrorum quondam ueterrimi ritus | religionum nouarum superstitionibus occiderunt, et merito humanum genus tot miseriarum angustiis premitur, tot laborum excruciatur aerumnis: et homines, brutum genus et quod situm sub lumine est caecitate ingenita nequeuntes uidere, audent ad-
25 seuerare furiosi quod uos credere non erubescitis sani. ac ne quis nos tamen diffidentia responsionis tranquillitatis existimet deos donare muneribus, innoxias adfingere his mentes atque ab omni perturbatione dimotas, concedamus, sicut libitum uobis est, intendere in nos iras, sanguinem illos sitire nostrum et iamdudum nos cupere mortalium submouere de saeculis. sed si non est molestum, non graue, si communis officii res est, non ex gratia, sed ex uero disceptationis huius disceptare momenta, audire a uobis exposcimus, quaenam sit haec ratio, quae causa propter quam in nos tantum et dii saeuiant superi et asperati homines inardescant. religiones, inquiunt, impias atque inauditos cultus terrarum in orbe tractatis. quid o participes rationis audetis homines proloqui, quid effutire, quid promere temerariae uocis desperatione temptatis? deum principem, rerum cunctarum quaecumque sunt dominum, summitatem omnium summorum obtinentem, adorare, obsequio uenerabili inuocare, in rebus fessis totis ut ita dixerim sensibus amplexari amare suspicere execrabilis religio est et infausta,

1 exsortes *Salm* 5 nos bellorum *Lipsius* nos malorum *ego malim* 6 dii, clamitant] declamitant *Sab* 8 cerimoniae *P* 10 angusti^i^s *P* praemitur *P* 12 neq.^ue^untes *P* 20 disputationis *Urs* dispectare *Salm* 22 dii* *P* 24 trac^ta^tis *P* 25 rationis *Sab, r:* rationes *P* 26 'disparatione *uel* disceptatione' *Urs* temtatis *r*

impietatis et sacrilegii plena, caerimonias antiquitus institutas
nouitatis suae superstitione contaminans? hoccine est quaeso **26**
audax illud facinus et inmane, propter quod maximi caelites
| aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum su- f. 9
arum, propter quod uos ipsi, cum libido incesserit saeua,
exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, inrogatis suppli-
cia capitalia, torquetis dilaceratis exuritis et ad extremum
nos feris et beluarum laniatibus obiectatis? quisquis istud in
nobis damnat aut in aliqua ducit criminatione ponendum, is
aut nomine appellandus est hominis, quamuis ille uideatur
sibi, aut deus esse credendus est, quamuis ipse se esse mille
profiteatur in uatibus? profanos nos, impios Dodonaeus aut *
Iuppiter nominat, et ipse dicetur deus atque in ordine conpu-
tabitur numinum. qui aut summo seruientibus regi crimen
impietatis adfingit aut sibi torquetur maiestatem eius cultum-
que praeponi? Delius Apollo uel Clarius, Didymaeus Philesius
Pythius † ethis habendus diuinus est, qui aut summum impe-
ratorem nescit aut ignorat a nobis cotidianis ei precibus sup-
plicari? qui si pectorum secreta nesciret nec quid in intimis
sensibus contineamus agnosceret, summum tamen inuocare nos
deum et ab eo quod postulamus orare uel auribus potuit scire
uel ipsius uocis sono qua utimur in precibus noscitare. non- **27**
dum est locus ut explicemus, omnes isti qui nos damnant
qui sint uel unde sint, quantum possint uel nouerint, cur ad
Christi paveant mentionem, discipulos cur eius inimicos ha-
beant et inuisos: quod tamen humanum pollicentibus sensum
una pariter definitione figamus: nihil sumus aliud Christiani
nisi magistro Christo summi regis ac principis ueneratores;
| nihil, si consideres, aliud inuenies in ista religione uer- f. 9b

1 carimonias *P corr* 6 exsuitis *P* nos *Sab*: non *P* 8 uel^u^arum *P corr* 10 haud *Sab* numinis *Urs* 11 haud *Sab* mille *Salm*: similem *P* 12 profanos *Urs*: profan*us *P* Trophonius *Pithoeus* aut impios Dodonaeus *Urs* dodoneus *P* *lacunam signaui: aliud Iouis cognomen intercidisse uidetur* 16 appollo *P* didimaeus *P* filesius *P* 17 et is *Sab in err: cognomen Apollinis* (Smintheus ?) *latere suspicor* 23 istos *Sab* 25 habeant *Sab*: habent *P* 27 ficamus *P corr* aliut *P corr*

sari. haec totius summa est actionis, hic propositus terminus diuinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more prosternimur, hunc conlatis precibus adoramus, ab hoc iusta et honesta et auditui eius condigna deposcimus, non quo ipse desideret supplices nos esse aut amet substerni tot milium uenerationem uidere: utilitas haec nostra est et commodi nostri rationem spectans. nam quia proni ad culpas et ad libidinis uarios adpetitus uitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur se semper nostris cogitationibus concipi ut, dum illum oramus et mereri eius contendimus munera, accipiamus innocentiae uoluntatem et ab omni nos labe delictorum omnium amputatione
28 purgemus. quid dicitis o sacri, quid diuini interpretes iuris? meliorisne sunt causae, qui Grundulios adorant Lares, Aios Locutios, Limentinos, quam sumus nos omnes, qui deum colimus rerum patrem atque ab eo deposcimus rebus fessis languentibusque tutamina? et illi cati sapientes prudentissimi uobis uidentur nec reprehensionis ullius, qui Faunos, qui Fatuas ciuitatumque genios, qui Pauores reuerentur atque Bellonas: nos hebetes stolidi fatui obtunsi pronuntiamur et bruti, qui dedidimus nos deo, cuius nutu et arbitrio omne quod est constat et in sententiae suae perpetuitate defixum est? hanccine sententiam promitis, hanc legem constituitis, hanc promulgatis, ut honoribus adficiatur amplissimis quisquis uestros
f. 10 adorauerit seruulos: crucem mereatur extremam | quisquis uobis ipsis dominis supplicarit? in ciuitatibus maximis atque in potentioribus populis sacra publice fiunt scortis meritoriis quondam atque in uolgarem libidinem prostitutis: nullus tumor indignationis in diis est. templa faelibus scarabeis et bucu-

1 propositus *Sab:* propositis *P* 2 ȟic finis *P* prosternimur *Sab:* prosternimus *P* 3 co^{n}latis *P* praecibus *P* 4 auditu *Sab* 6 comodi *P corr r* 7 libidinis *Sab:* libidines *P* 12 iuris *Gel:* . uiri *P* 13 Grundules *Sab* Lares, Aios Locutios *Gel:* laresa. iaceos. boeotios. (c *in* iaceos *ex* f) *P* Lares, Aiaceos, Boetios *Sab* 14 Limentinos *Urs:* libentinos *P* 16 tutami*na *P* 18 statuas *Sab* ciuitatumqu*e* *P* genios, qui *Sab:* geniosi si *P* Pauores *scripsi:* pausos *P* Panas *Guyetus* 19 haebetes (ae *ex* e) *P* 21 ha^{n}ccine *P* 27 uulgarem (uu *ex* uo) *P*

lis sublimibus sunt elata fastigiis: silent inrisae numinum potestates nec liuore afficiuntur ullo, quod sibi comparatas animantium uilium conspiciunt sanctitates. nobis solis sunt inimici, nobis asperrimi dii hostes, quia patrem ueneramur illorum, per quem, si sunt, esse et habere substantiam sui numinis maiestatisque coeperunt, a quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti esse sentiuntur et in rerum numero recognoscuntur, cuius uoluntate et arbitrio et interire et solui nec solui possunt nec interire? nam si omnes concedimus unum esse principem solum, quem nulla res alia uetustate temporis antecedat, post illum necesse est cuncta et nata esse et prodita et in sui nominis prosiluisse naturam. quod si fixum et ratum est, erit nobis consequens confiteri et deos esse natiuos et a principe rerum fonte ortus sui originem ducere. qui si sunt natiui et geniti, et interitionibus utique periculisque uicini. at enim esse creduntur immortales perpetui et nullius umquam participes finis. ergo istud munus dei patris et donum est, ut infinita meruerint idem esse per saecula, cum sint labiles solubilesque natura. atque utinam daretur in unius 29
speciem contionis toto orbe contracto oratione hac uti et humani in generis | audientia conlocari. ergone impiae religionis f. 10b
sumus apud uos rei, et quod caput rerum et columen uenerabilibus adimus obsequiis, ut conuicio utamur uestro, infausti et athei nuncupamur? et quis magis rectius horum feret inuidiam nominum, quam qui alium prae hoc deum aut nouit aut sciscitatur aut credit? nonne huic omnes debemus hoc ipsum primum, quod sumus, quod esse homines dicimur, quod ab eo uel missae animae uel lapsae caecitate huius in corporis continemur? non quod incedimus, quod spiramus et uiuimus, ab eo ad nos uenit uique ipsa uiuendi efficit nos esse et animali agitatione motari? nonne ab hoc effluunt causae, per

2 libore *P* atticiuntur *P* comparatas *P* 5 substantiam *Sab, r:* substantia *P* 7 sortitos esse se *Urs* sortiti se esse *Salm* sentiuntur *scripsi:* sentiunt *P* recognoscuntur *scripsi:* recognoscunt *P* 10 uestustate *P corr* 11 a *Sab:* ap *P* 15 periculisque *P* 16 ad *P corr* 20 contracto *Sab:* contracta *P* 21 collocari *Gel:* conlocare *P* 28 missi *Sab* animae *add Klussmannus* lapsi *Sab*

quas nostra fulcitur salus uariarum munificentia uoluptatum? mundus iste in quo degitis, cuius est aut quis eius uobis attribuit fructum possessionemque retinere? quis, ut subiectas res cernere, ut contrectare, ut considerare possetis, publicum istud lumen dedit? quis, ne fixa pigritiae stupore torpescerent elementa uitalia, solis ignes constituit ad rerum incrementa futuros? solem deum cum esse credatis, conditorem eius opificemque non quaeritis? luna cum apud uos dea sit, non simi-
30 liter scire curatis genitor eius et fabricator quis sit? nonne cogitatio uos subit considerare, disquirere, in cuia possessione uersemini, cuia in re sitis, cuius ista sit quam fatigatis terra, cuius aer iste quem uitali reciprocatis spiritu, cuius abutamini fontibus, cuius liquore, quis uentorum disposuerit
f. 11 flamina, quis undosas excogitauerit nubes, quis se|minum frugiferas potestates rationum proprietate distinxerit? Apollo uobis pluit, Mercurius uobis pluit, Aesculapius, Hercules aut Diana rationem imbrium tempestatumque finxerunt? et hoc fieri qui potest, cum in mundo profiteamini eos natos certoque tempore sensum adripuisse uitalem? si enim temporis antiquitate mundus eos anteuenit et priusquam nati sunt iam nouerat pluuias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi ius habent neque eis inserere rationibus se possunt quas in-
31 uenerunt hic agi et maiore ab auctore tractari. o maxime, o summe rerum inuisibilium procreator, o ipse inuisus et nullis umquam conprehense naturis, dignus, dignus es uere, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intelligensque natura et habere et agere numquam desinat gratias, cui tota conueniat uita genu nixo procumbere et continuatis precibus supplicare. prima enim tu causa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctorum quaecumque sunt, in-

3 possessionemque retinere *Sab*: *possessionem queret inre *P* 5 pigritiae *P* 7 opificemque *P* 11 cui* *P* 12 spiritu *Urs*: aspiritu *P* 15 potestateis *Sab*: potestatis *P* distincserit *P* 16 herculis *P* 18 certoque *P* 19 antiquitate* *P* 21 plubias *P corr* tempestatesque *P* 22 rationibus *Gel*: nationibus *P* 24 inuise *Gel* 25 conpraehense *P* 29 praecibus *P*

finitus ingenitus inmortalis perpetuus solus, quem nulla deliniat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, expers quantitatis, sine situ motu et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione uerborum, qui ut intellegaris tacendum est atque ut per umbram te possit errans inuestigare suspicio, nihil est omnino muttiendum. da ueniam, rex summe, tuos persequentibus | f. 11b
famulos, et quod tuae benignitatis est proprium, fugientibus ignosce tui nominis et religionis cultum. non est mirum, si ignoraris, maioris est admirationis, si sciaris, nisi forte audet quisquam — hoc enim furiosae restat insaniae — ambigere, dubitare, an sit iste deus an non sit, explorata fidei ueritate an rumoris cassi opinatione sit creditus. audimus enim quosdam philosophandi studio deditos partim ullam negare uim esse diuinam partim an sit cotidie quaerere; alios casibus fortuitis et concursionibus temerariis summam rerum construere atque diuersitatis impetu fabricari, cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino super tali erit obstinatione certamen. aiunt enim sana sentientes contradicere rebus stultis stultitiae esse maioris.
sermo cum his nobis est, qui diuinum esse consentientes genus 32
de maioribus dubitant, cum idem esse plebeia atque humiliora fateantur. quid ergo, res tantas argumentis nitemur atque elaborabimus obtinere? discedat haec longe atque a nobis procul, procul inquam, ut dicitur, auerruncetur amentia. tam est enim periculosum argumentis adgredi deum principem conprobare quam ratione huiusmodi esse illum uelle cognoscere. nec quicquam refert aut discrepat, utrumne neges illum an asseras atque existere fatearis, cum in eadem culpa sit et adsertio talis rei et abnegatio refutatoris increduli. quisquamne 33
est hominum, qui non cum istius principis notione diem primae natiuitatis intrauerit? cui non sit ingenitum, non adfixum, immo ipsius | paene in genitalibus matris non impressum, non f. 12

3 expers, expers *Klussmannus*: expers *P* 4 potest *Sab* 7 tu's *P* 12 no' *P* 17 impetum *P* nul*lum* *P* 22 es *P* 23 elaborauimus *P corr* 24 aueroruncetur *manus antiqua in P* tam] ita *Sab* 32 ipsius *scripsi*: ipsi *P* ipsis *Gel* paenae *P*

insitum, esse regem ac dominum cunctorum quaecumque sunt moderatorem? ipsa denique hiscere si animantia muta potis essent, si in linguarum nostrarum facilitatem solui, immo si arbores glaebae saxa sensu animata uitali uocis sonitum quirent et uerborum articulos integrare, ita non duce natura et magistra, non incorruptae simplicitatis fide et intellegerent esse
34 deum et cunctorum dominum solum esse clamarent? sed frustra, inquit, nos falso et calumnioso incessitis et adpetitis crimine, tamquam eamus infitias esse deum maiorem, cum a nobis et Iuppiter nominetur et optimus habeatur et maximus cumque illi augustissimas sedes et Capitolia constituerimus immania. dissimilia copulare atque in unam speciem cogere inducta confusione conamini. nam deus omnipotens mente una omnium et communi mortalitatis adsensu neque genitus scitur neque nouam in lucem aliquando esse prolatus nec ex aliquo temporis puncto coepisse esse uel saeculo. ipse est enim fons rerum, sator saeculorum ac temporum. non enim ipsa per se sunt sed ex eius perpetuitate perpetua et infinita semper continuatione procedunt. at uero Iuppiter ut uos fertis et patrem habet et matrem, auos auias fratres, nunc nuper in utero matris suae formatus, absolutus mensibus et consummatus dicitur decem ignotam sibi in lucem sensu inruisse uitali. ergo, si haec ita sunt, Iuppiter esse deus qui potest, cum illum
f. 12b esse perpetuum constet et perhibeatur alter a uobis | et dies habuisse natales et pauefactus re noua lamentabilem extulisse
35 uagitum? sed sint, ut uultis, unum nec in aliqua ui numinis et maiestate distantes: ecquid ergo iniustis persequimini nos odiis? quid ut ominis pessimi nostri nominis inhorrescitis mentionem, si quem deum colitis, eum et nos? aut quid in eadem causa uobis esse contenditis familiares deos, inimicos atque

2 hiscere *Sab:* inscere *P* *muta P* potis essent *Salm:* potuissent *P* possent *Urs* 4 glaeuae *P corr r* 5 ducę *P* 13 indocta *Urs* 16 tempore *Sab* puncto *addidi* 17 *saeculorum P* 19 ^{i}uppiter *P* 22 dicitur *add Klussmannus* sensum *P corr* irruit se *Urs* 24 constet et *Sab:* constet *P* 26 ui* *P* 27 maiestate* *P* ecquid *Sab:* et quid *P* 28 ominis *Gel:* homines *P* mentione *Sab*

infestissimos nobis? etenim si una religio est nobis uobisque communis, cessat ira caelestium: sin nobis infesti sunt solis, manifestum est nescire et uos et illos deum, quem Iouem non esse ipsis clarum est indignationibus numinum. sed non, in- **36**
quit, idcirco dii nobis infesti sunt, quod omnipotentem colatis deum, sed quod hominem natum et, quod personis infame est uilibus, crucis supplicio interemptum et deum fuisse contenditis et superesse adhuc creditis et cotidianis supplicationibus adoratis. si uobis iucundum est, amici, edissertate, quinam sint hi dii, qui a nobis Christum coli suam credant ad iniuriam pertinere. Ianus Ianiculi conditor et ciuitatis Saturniae Saturnus auctor? Fenta Fatua, Fauni uxor, Bona Dea quae dicitur sed in uini melior et laudabilior potu? Indigetes illi qui in flumen repunt et in alueis Numici cum ranis et pisciculis degunt? Aesculapius et Liber pater, Coronide ille natus et ex genitalibus matris alter fulmine praecipitatus? Mercurius utero fusus Maiae et, quod est diuinius, candidae? arquitenentes Diana et Apollo, circumlati per fugas matris atque in insulis errantibus uix tuti? Dioneia Venus proles, | uiri materfami- f. 13
lias Troici atque intestini decoris publicatrix? in Trinacriae finibus Ceres nata atque in floribus legendis occupata Proserpina? Thebanus aut Tyrius Hercules, hic in finibus sepultus Hispaniae, flammis alter concrematus Oetaeis? Tyndaridae Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus et crudo inexuperabilis caestu? Tisianes et Bucures Mauri et

1 *sq.* uobisque, communis esset *Meursius* 2 sunt *Sab:* sint *P* 4 nominum *P corr* inquid *P corr* 10 cristum *P* 12 Fauna *Sab* fanda *r* 13 uino meliori et laudabiliori potu *Sab* indigetis *P* in *add Klussmannus* 15 esculapius *P* 16 praecip'tatus *P* 17 diuinius *Sab:* diuini ut *P* candidi *Sab* *arquitenentes *P* 19 Dionea (Dioneia *Salm*) Venus *Sab:* ioneia uenas *P* 20 t'inacriae *P* dedecoris *Rigaltius* 21 caeres *P* 22 thyrius *P* herculis *P* 23 Hispaniae *Sab*: inspaniae *P* oetaeis *Gel:* ethenis *P* aetaeis *Sab* Tyndaridae *Gel:* tunc daride *P* tunc clari Decastores *Sab* (*in err* tunc clari dii Castores) 25 cestu *P* Cestutisianes (*in err* caestu Tisianes) *Sab* Titanes et Bocchores *Salm*

ouorum progenies dii Syri? Apis Peloponensi proditus et in Aegypto Serapis nuncupatus? Aethiopicis solibus Isis furua maerens perditum filium et membratim coniugem lancinatum? praeterimus et transgredimur Opis suboles regias, quas in libris auctores uestri quae fuerint et quales uobis ediscentibus prodiderunt: hine ergo Christum coli et a nobis accipi et existimari pro numine uulneratis accipiunt auribus, et obliti paulo ante sortis fuerint et condicionis cuius, id quod sibi concessum est inpertiri alteri nolunt? haec est iustitia caelitum, hoc deorum iudicium sanctum? nonne istud liuoris est atque auaritiae genus, non obtrectatio quaedam sordens, suas eminere tantummodo uelle fortunas, aliorum res premi et in contempta
37 humilitate calcari? natum hominem colimus. quid enim, uos hominem nullum colitis natum? non unum et alium? non innumeros alios? quinimmo non omnes, quos iam templis habetis uestris, mortalium sustulistis ex numero et caelo sideribusque donastis? si enim forte uos fugit, sortis eos hu-
f. 13b manae et condicionis | fuisse communis, replicate antiquissimas litteras et eorum scripta percurrite qui uetustati uicini sine ullis adsentationibus cuncta ueritate in liquida prodiderunt. iam profecto discetis, quibus singuli patribus, quibus matribus fuerint procreati, qua innati regione, qua gente, quae fecerint egerint pertulerint actitarint, quas in rebus obeundis aduersorum senserint secundantiumque fortunas. sin autem scientes uteris esse gestatos et frugibus eos uictitasse terrenis nihilominus tamen nobis nati hominis obiectatis cultum, res agitis satis iniustas, ut id in nobis constituatis esse damnabile quod et ipsi uos factitatis, aut quae uobis licere permittitis consimi-
38 liter aliis licitum esse nolitis. sed concedamus interdum manum uestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis animae corporis fragilitatis et condicionis unius: nonne

1 Syriapis *Sab* 2 furuā erens *P corr c* 4 Opis *Sab:* opes *P* 5 prodiderunt *Gel:* prodiderint *P* 6 hine *Canterus:* hinc *P* 10 liboris *P* 12 praemi *P* 18 conditionis *P corr* replicate *P* 19 uetustati *Sab:* uetustate *P* 22 in nati *Canterus* 23 ac tolerarint *Wopkensius* 24 secundantiumque *P* 25 nihilhominus *P* 26 nobis *om Sab* hominis *Sab:* homines *P*

dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam deus dici deusque sentiri? si enim uos Liberum, quod usum reppererit uini, si quod panis, Cererem, si Aesculapium, quod herbarum, si Mineruam, quod oleae, si Triptolemum, quod aratri, si denique Herculem, quod feras, quod fures, quod multiplicium capitum superauit conpescuitque natrices, diuorum retulistis in censum: honoribus quantis adficiendus est nobis, qui ab erroribus nos magnis insinuata ueritate traduxit, qui uelut caecos passim ac sine ullo rectore gra|dientes ab deruptis, ab deuiis f. 14
locis planioribus reddidit, qui, quod frugiferum primo atque humano generi salutare, deus monstrauit quid sit, quis, quantus et qualis, qui profundas eius atque inenarrabiles altitudines, quantum nostra quiuit mediocritas, capere et intellegere permisit et docuit, qui quo auctore, quo patre mundus iste sit constitutus et conditus, fecit benignissime sciri, qui natiuitatis eius exprompsit genus et nullius aliquando cognitione praesumptam materiam illius, unde ignibus solis genitalis feruor adscitus, cur luna semper in motu, isdemne quis creditur an aliis causis lucem semper atque obscuritatem resumens, animalium origo quae sit, rationes quas habeant semina, quis ipsum finxerit hominem, quis informarit uel ex materiae quo genere constructionem ipsam confirmauerit corporum, quid sit sensus, quid anima, aduolaritne ad nos sponte an cum ipsis sata sit et procreata uisceribus, mortis particeps degat an inmortalitatis perpetuitate donata sit, qui status nos maneat, cum dissolutis abierimus a membris, uisurine nos simus an memoriam nullam nostri sensus et recordationis habituri. qui

3 *caererem P* 4 minerbam *P corr* olaeae *P corr* Triptolemum *Gel:* treptolemum *P* Neoptolemum *Sab* 7 censum] coetum *Sab* 9 *ab* deruptis *P* 11 generis *P* 16 cognitione *Gel:* cognatione *P* praesumptam materiam *Gel:* praesumptum materia *P* 18 adscitus *Rigaltius:* adscitur *P* adsciscitur *Urs* in motu] in mutuis *Salm* isdemne quis creditur *Vahlenus:* isdem. (idem *corr*) nequis creditur *P* idem ne quis creditur *Sab* indemnis creditur *Gel* idemne orbis redditur *Urs* (in mutuis) damnis ac crementis *Salm* ideis nouis cernitur *Meursius* an aliis *scripsi:* animalibus *P* annualibus *Salm* 20 sit *P* habeant *Sab:* habent *P* 22 conformauerit *Urs* 26 dissolu*tis *P* uisturine *Sab* simus *Sab:* sumus *P*

adrogantiam constrinxit nostram et elatas supercilio ceruices modum fecit suae infirmitatis agnoscere, qui animantia monstrauit informia nos esse, uanis opinionibus fidere, nihil com-
f. 14b prehensum habere, nihil scire et quae nostros | sita sunt ante oculos non uidere, qui quod omnia superauit et transgressum est munera, ab religionibus nos falsis religionem transduxit ad ueram, qui ab signis inertibus atque ex uilissimo formatis luto ad sidera subleuauit et caelum et cum domino rerum deo supplicationum fecit uerba atque orationum conloquia miscere.
39 uenerabar, o caecitas, nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos et ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, ueternosis in arboribus taenias; si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex oliui unguine sordidatum, tamquam inesset uis praesens, adulabar, adfabar et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco, et eos ipsos diuos quos esse mihi persuaseram adficiebam contumeliis grauibus, cum eos esse credebam ligna lapides atque ossa aut in huius * rerum habitare materia. nunc doctore tanto in uias ueritatis inductus omnia ista quae sint scio, digna de dignis sentio, contumeliam nomini nullam facio diuino, et quid cuique debeatur uel personae uel capiti, inconfusis gradibus atque auctoritatibus tribuo. ita ergo Christus non habeatur a nobis deus neque omni illo qui uel maximus potest excogitari diuinitatis adficiatur cultu, a quo iamdudum tanta et accepimus dona
40 uiuentes et expectamus, dies cum uenerit, ampliora? sed patibulo adfixus interiit. quid istud ad causam? neque enim qualitas et deformitas mortis dicta eius immutat aut facta, aut
f. 15 eo minor uidebitur disciplinarum eius auctoritas, | quia uinculis corporis non naturali dissolutione digressus est sed ui

1 constrinxit *Gel:* constringit *P* 4 si*ta *P* 6 religionem *Sab:* religione *P* 7 ueram *Sab:* uera *P* 8 domino] dm̃ ó *P* 11 elefantorum *P* 12 *in *P* 13 unguine sordidatum *Salm:* unguines ordinatum *P* unguine ordinatum *Sab* 16 afficiebam *Sab:* adfaciebam *P* 17 *lacunam signaui:* huius modi *Sab* 23 neque omni illo qui *Rigaltius:* neque omnes alioquin *P* nec qui omnium alioquin *Sab* 24 iandudum *P corr* 27 *aut *P* 29 disolutione *P* ui *Sab:* ut *P*

inlata decessit. Pythagoras Samius suspicione dominationis iniusta uiuus concrematus in fano est: numquid ea quae docuit uim propriam perdiderunt, quia non spiritum sponte sed crudelitate adpetitus effudit? similiter Socrates ciuitatis suae iudicio damnatus capitali adfectus est poena: numquid inrita facta sunt quae sunt ab eo de moribus uirtutibus et officiis disputata, quia iniuria expulsus e uita est? innumerabiles alii gloria et uirtute et existimatione pollentes acerbissimarum mortium experti sunt formas, ut Aquilius Trebonius Regulus: numquid idcirco post uitam iudicati sunt turpes, quia non publica lege fatorum sed mortis asperrimo genere lacerati excruciatique perierunt? nemo umquam innocens male interemptus infamis est, nec turpitudinis alicuius commaculatur nota, qui non suo merito poenas graues sed cruciatoris perpetitur saeuitate. et tamen, o isti, qui hominem nos colere 41
morte functum ignominiosa ridetis, nonne Liberum et uos patrem membratim ab Titanis dissipatum fanorum consecratione mactatis? nonne Aesculapium medicaminum repertorem post poenas et supplicia fulminis custodem nuncupauistis et praesidem sanitatis ualetudinis et salutis? nonne ipsum Herculem magnum sacrificiis hostiis et ture inuitatis incenso, quem ipsi uos fertis uiuum arsisse post poenas et concrematum in funestis busticetis? nonne illum Attin Phrygem abscisum et spoliatum f. 15
uiro magnae matris in adytis deum propitium, deum sanctum Gallorum conclamatione testamini? nonne ipsum Romulum patrem senatorum manibus dilaceratum centum et Quirinum esse Martium dicitis et sacerdotibus et puluinaribus honoratis et in aedibus adoratis amplissimis et post haec omnia caelum ascendisse iuratis? aut igitur ridendi et uos estis, qui homines grauissimis cruciatibus interemptos deos putatis et colitis, aut

5 capitali*s* *P* 7 ali*i* *P* 8 acerraissimarum *P corr* 11 excruciatiqu*e* *P* 12 per*ierunt *P* inte*remptus *P* 15 saeuitate *Urs*: saeuitatem *P* 17 ti*t*anis *P* consecrationi aptatis *Sab* 18 nonne *Sab*: non *P* 21 hosti*i*s *P* 22 funestis *Urs*: funestibus *P* 23 trige *P* abscissum *Sab* 24 propitium deum *add c* 25 none *P corr r* 26 sena°rum *P* 29 hominis *P corr c* 30 interempto *P corr c*

si certa est ratio, cur id uobis faciendum putetis, et nobis permittite scire, quibus istud causis rationibusque faciamus.

42 natum hominem colitis. etiamsi esset id uerum, locis ut in superioribus dictum est, tamen pro multis et tam liberalibus donis quae ab eo profecta in nobis sunt deus dici appellarique deberet. cum uero deus sit re certa et sine ullius seriae dubitationis ambiguo, infitiaturos arbitramini nos esse, quam maxime illum ab nobis coli et praesidem nostri corporis nuncupari? ergone, inquiet aliquis furens iratus et percitus, deus ille est Christus? deus, respondebimus, et interiorum potentiarum deus et quod magis infidos acerbissimis doloribus torqueat, rei maximae causa a summo rege ad nos missus. postulabit forsitan insanior et furiosior factus, an se ita res habeat, quemadmodum dicimus, comprobari. nulla maior est comprobatio, quam gestarum ab eo fides rerum, quam uirtutum nouitas, quam omnia uicta decreta dissolutaque fatalia, quae populi f. 16 gentesque suo geri sub lumine nullo dissentiente uiderunt, | quae nec ipsi audent falsitatis arguere, quorum antiquas et patrias leges uanitatis esse plenissimas atque inanissimae superstitionis ostendit.

43 occursurus forsitan rursus est cum aliis multis calumniosis illis et puerilibus uocibus: magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Aegyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina et remotas furatus est disciplinas. quid dicitis, o paruuli, incomperta uobis et nescia temerariae uocis loquacitate garrientes? ergone illa quae gesta sunt daemonum fuere praestigiae et magicarum artium ludi? potestis aliquem nobis designare, monstrare ex omnibus illis magis, qui umquam fuere per saecula, consimile aliquid Christo millesima ex parte qui fecerit? qui sine ulla ui carminum, sine herbarum et graminum sucis, sine ulla aliqua obseruatione

1 uobus *P corr r* 3 esse *P* 5 appellariquae *P corr* 6 seriae *scripsi:* rei *P del Urs* 8 a *Sab* 11 aceruissimis *P corr* 12 maxime *P* postulabit *Sab:* postulauit *P* 17 gentesque *Sab:* gentes quae *P* geri sub lumine *Urs:* generis sublimine *P* uider̃ *P* uidere *Sab* 18 et *Gel:* sed *P* seu *Sab* 21 et *sup. uers. P* 24 *naescia *P* 27 ill*is *P*

sollicita sacrorum libaminum temporum? non enim urgemus et quaerimus quae sese spondeant facere uel in quibus generibus actuum soleat omnis illorum doctrina et experientia contineri. quis enim hos nesciat aut imminentia studere praenoscere, quae necessario uelint nolint suis ordinationibus ueniunt, aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem aut familiarum dirumpere caritates aut sine clauibus reserare quae clausa sunt aut ora silentio uincire aut in curriculis equos debilitare incitare tardare aut uxoribus et liberis | alienis, f. 16b
siue illi mares sunt siue feminei generis, inconcessi amoris flammas et furiales immittere cupiditates aut si utile aliquid uideantur audere, non propria ui posse sed eorum quos inuocant potestate? atquin constitit Christum sine ullis admini- 44
culis rerum, sine ullius ritus obseruatione uel lege omnia illa quae fecit nominis sui possibilitate fecisse et quod proprium consentaneum dignum deo fuerat uero, nihil nocens aut noxium sed opiferum, sed salutare, sed auxiliaris plenum nobis potestatis munifica liberalitate donasse. quid dicitis o iterum? 45
ergo ille mortalis aut unus fuit e nobis, cuius imperium, cuius uocem popularibus et cotidianis uerbis missam ualetudines morbi febres atque alia corporum cruciamenta fugiebant? unus fuit e nobis, cuius praesentiam, cuius uisum gens illa nequibat ferre mersorum in uisceribus daemonum conterritaque ui noua membrorum possessione cedebat? unus fuit e nobis, cuius foedae uitiligines iussioni obtemperabant pulsae statim et concordiam colorum commaculatis cutibus relinquebant? unus fuit e nobis, cuius ex leui tactu stabant profluuia sanguinis et inmoderatos cohibebant fluores? unus fuit e nobis, cuius manus intercutes et ueternosae fugiebant undae, penetrabilis ille uitabat liquor et turgentia uiscera salutari ariditate deflabant?

1 sollitita *P corr* urgemus *Sab:* urgemur *P* 3 actuum *Sab:* actum *P* 7 familiarium *Urs* 8 aequos *P* 10 sint *Sab* feminaei *P* 12 uideatur *Sab* 15 numinis *Urs* 17 auxiliaris *Memmius:* auxiliaribus *P* nobis] bonis *Urs* 18 munifica *Memmius:* munificae *P* 26 cutibus *scripsi:* uisceribus *P* 30 turgentia *Sab:* turgenti *P* defluebant *Urs*

unus fuit e nobis, qui claudos currere praecipiebat, et iam † ope-
f. 17 ris res erat, porrigere mancos | manus, et articuli mobilitates iam ingenitas explicabant; captos membris adsurgere, et iam suos referebant lectos alienis paulo ante ceruicibus lati; uiduatos uidere luminibus, et iam caelum diemque cernebant
46 nullis cum oculis procreati? unus, inquam, fuit e nobis, qui debilitatibus uariis morbisque uexatos centum aut hoc amplius semel una intercessione sanabat? cuius uocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria, procellarum turbines tempestatesque sidebant? qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum, calcabat ponti terga undis ipsis stupentibus in famulatum subeunte natura? qui sequentium se milia quinque quinque saturauit e panibus, ac ne esse praestigiae incredulis illis uiderentur et duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerabat? unus fuit e nobis, qui redire in corpora iamdudum animas praecipiebat efflatas, prodire ab aggeribus conditos et post diem funeris tertium pollinctorum uelaminibus expediri? unus fuit e nobis, qui quid singuli uoluerent, quid sub obscuris cogitationibus continerent tacitorum in cordibus peruidebat? unus fuit e nobis, qui cum unam emitteret uocem, ab diuersis populis et dissona oratione loquentibus familiaribus uerborum sonis et suo cuique utens existimabatur eloquio? unus fuit e nobis, qui cum officia
f. 17b religionis certae suis sectatoribus traderet, | mundum totum repente conplebat quantusque et qui esset reuelata nominis inmensitate monstrabat? unus fuit e nobis, qui deposito corpore innumeris se hominum prompta in luce detexit, qui ser-

1 et iam *Gel:* etiam *Sab* processerant *Hauptius* ambulare atque exilire coeperant *Hugius* ambulare nullius illis operis res erat *Klussmannus* compedes reserabantur ? 2 mobilitates (b *ex* u) *P* immobilitates *Urs* 3 ingenitas *Sab, r:* ingentas *P* incognitas *Urs* 4 referrebant *P* 5 biduatos *P* 7 ****uexatos *P* 12 quinque quinque *Urs:* quinque *P* 14 uideretur *P* 15 aggerabat *Sab:* aggerebat *P* 16 corpora *Sab:* corpore *P* iandudum *P corr* 17 fueris *P corr c* 18 pollinctorum *P* uelaminibus *Sab:* uoluminibus *P* 22 loquetibus *P corr r* 24 certa *Urs* 25 numinis *Urs*

monem dedit atque accepit, docuit castigauit admonuit, qui ne illi se falsos uanis imaginationibus existimarent, se semel iterum saepius familiari conlocutione monstrauit, qui iustissimis uiris etiamnunc inpollutis ac diligentibus sese non per uana insomnia sed per purae speciem simplicitatis apparet, cuius nomen auditum fugat noxios spiritus, inponit silentium uatibus, haruspices inconsultos reddit, adrogantium magorum frustrari efficit actiones, non horrore ut dicitis nominis sed maioris licentia potestatis? et haec quidem summatim exposita 47 non ea ratione protulimus, tamquam magnitudo facientis solis in his esset perspicienda uirtutibus. quanta sint enim haec uel exilitatis cuius reperientur et ludi, si traditum fuerit nosci, ex quibus ad nos regnis, cuius numinis ministrator aduenerit. quae quidem ab eo gesta sunt et factitata, non ut se uana ostentatione iactaret sed ut homines duri atque increduli scirent non esse quod spondebatur falsum et ex operum benignitate quid esset deus uerus iam addiscerent suspicari. simul et illud uolumus sciri, cum summatim ut dictum est enumeratio facta gestorum est, non ea Christum * potuisse quae fecit, sed constituta etiam exsuperasse fatorum. nam si, ut liquet et constat, debilitates | et corporum passiones [surdi f. 18 manci et muti], neruorum contractio et amissio luminis fatalibus accidunt inroganturque decretis, si solus haec Christus correxit restituit atque sanauit: sole ipso est clarius, potentiorem illum fuisse quam fata sunt, cum ea soluit et uicit quae perpetuis nexibus et immobili fuerant necessitate deuincta. sed frustra, inquit nescio quis, tantum adrogas Christo, cum 48 saepe alios sciamus et † scierimus deos et laborantibus pluri-

2 se semel *Meursius:* semel *P* 3 conlocutionē *P corr* 4 etiam num *Sab* non *P* 12 exilitates cuiuis *Gel* repperientur *P* reperirentur *Sab* reperietur *Carrio* datum fuerit nosse *Urs* 13 numinis *Urs:* nominis *P* 15 incredulis *P corr* 18 sciri *Gel:* scire *P* 19 solum Christum *Sab* *lacunam signaui: intercidisse puto* ut hominem 21 *sq.* surdi manci et muti *seclusi* 22 contractio *Sab:* contractatio *P* 23 si solus *Hildebrandius:* solus *P* et solus *Sab* 25 fata *Sab:* facta *P* 26 immobili *Sab:* immouilis *P* 27 inquid *P corr* 28 sepae *P* noverimus *proponit Zinkius*

mis dedisse medicinas et multorum hominum morbos ualetudinesque curasse. non inquiro, non exigo, quis deus aut quo tempore cui fuerit auxiliatus aut quem fractum restituerit sanitati: illud solum audire desidero, an sine ullius adiunctione materiae id est medicaminis alicuius ad tactum morbos iusserit ab hominibus euolare, imperio aut fecerit et emori ualetudinum causam et debilium corpora ad suas remeare naturas. Christus enim scitur aut admota partibus debilitatis manu aut uocis simplicis iussione aures aperuisse surdorum, exturbasse ab oculis caecitates, orationem dedisse mutis, articulorum uincula relaxasse, ambulatum dedisse contractis, uitiligines querqueras atque intercutes morbos omniaque alia ualetudinum genera, quae humana corpora sustinere nescio qua uoluit inportuna crudelitas, uerbo solitus imperioque sanare. quid simile dii omnes, a quibus opem dicitis aegris et periclitantibus latam? qui si quando ut fama est nonnullis adtribuere medicinam, f. 18b aut cibum aliquem | iusserunt capi aut qualitatis alicuius ebibi potionem aut herbarum et graminum sucos superponere inquietantibus causis, ambulare, cessare aut re aliqua quae officiat abstinere. quod esse non magnum nec admirationis alicuius stupore condignum promptum est, si uolueritis attendere: et medici enim sic curant, animal humi natum nec confisum scientiae ueritate sed in arte suspicabili positum et coniecturarum aestimationibus nutans. nulla autem uirtus est medicaminibus amouere quae noceant: beneficia ista rerum, non sunt curantium potestates, et ut sit laudabile scire, qua quibus conueniat medicina aut arte curari, locus huius laudis non in deo sed in homine constitutus est. hunc enim non est turpe rebus extrinsecus sumptis ualetudinem hominis fecisse meliorem: indecorum deo est, non ipsum per se posse, sed externarum adminiculis rerum sanitatem incolumitatemque

1 ualetudinesquae *P corr* 6 imperio aut *scripsi:* imperauerit *P* 13 nesci° *P* quae *Sab* 14 imperioquae *P corr* quit *P corr* 16 aut tribuere *Sab* 18 superimponi *Sab* 22 et *del r*, *Elmenhorstius* enim] etiam *Sab* 26 qua quibus *Urs:* quae quib, *P del r* qua quos *Salm* 28 non ^{in} *P* 31 incolumitatemquae *P corr*

praestare. et quoniam beneficia salutis datae aliorum numinum **49** comparatis et Christi, quot milia uultis a nobis debilium uobis ostendi, quot tabificis adfectos morbis nullam omnino rettulisse medicinam, cum per omnia supplices irent templa, cum deorum ante ora prostrati limina ipsa conuerrerent osculis, cum Aesculapium ipsum datorem ut praedicant sanitatis, quoad illis superfuit uita, et precibus fatigarent et inuitarent miserrimis uotis? nonne alios scimus malis suis commortuos, cruciatibus alios consenuisse morborum, perniciosius alios sese | habere f. 19 coepisse, postquam dies noctesque in continuis precibus et pietatis expectatione triuerunt? quid ergo prodest ostendere unum aut alterum fortasse curatos, cum tot milibus subuenerit nemo et plena sint omnia miserorum infeliciumque delubra? nisi forte dicetis, opem bonis ab diis ferri, malorum miserias despici atquin Christus aequaliter bonis malisque subuenit nec repulsus ab hoc quisquam est qui rebus auxilium duris contra impetum postulabat iniuriasque fortunae. hoc est enim proprium dei ueri potentiaeque regalis, benignitatem suam negare nulli nec reputare, quis mereatur aut minime, cum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non uoluntatis seu iudicationis electio. dicere porro meritis opem laborantibus ab diis ferri, hoc est in medio ponere et dubitabile quod adseras facere, ut et ille qui sanus est factus fortuito possit uideri esse seruatus et ille qui non est non meriti causa sed infirmitate credatur ualetudinem expellere non potuisse diuina. quid quod istas uirtutes, quae sunt a nobis summatim, **50** non ut rei poscebat magnitudo, depromptae, non tantum ipse perfecit ui sua, uerum, quod erat sublimius, multos alios experiri et facere sui nominis cum adiectione permisit. nam cum

1 numinum *Sab:* nominum *P* 2 et *P* quod *P corr* 3 quod *P* tabefecis *P corr* 5 conuerterent *P corr* 7 praecibus *P* miserrimi *Stewechius* 10 praecibus *P* 11 triuerunt *Gel:* tribuerunt *P* 13 sint *Sab:* sunt *P* omnia *Sab:* omnium *P* 14 dicatis *Sab* 16 qui rebus *Sab:* qui rebus qui *P* qui rebus sibi? 21 sed *Sab* 22 dubitabile *P* 24 no meriti *P* 25 infirmitate *Canterus, Urs:* firmitate *P* 26 summatim *P* 29 adiectione *Heraldus:* adfectione *P*

uideret futuros uos esse gestarum ab se rerum diuinique operis f. 19b abrogatores, ne qua subesset suspicio, magicis se artibus | munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quae suam gratiam sectabatur admirans, piscatores opifices rusticanos atque id genus delegit imperitorum, qui per uarias gentes missi cuncta illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent. uerbo ille compescuit uerminantium membrorum cruces, et illi uerbo compescuerunt furialium uermina passionum. imperio ille uno exturbauit a corporibus daemonas et exanimatis suos restituit sensus, sub eorum tortantes et illi se † casibus iussione non alia sanitati et constantiae reddiderunt. ille notas albicantium uitiliginum manu admota detersit, liniamenta et hi corporum haud dissimili conciliauere contactu. uliginosa ille et turgentia uiscera siccitatem iussit reciperare natiuam, et famuli eius hoc modo statuerunt errantes aquas et a pernicie corporum suos labi iussere per tramites. ille ulcera oris inmensi et recusantia perpeti sanitatem intra unius uerbi moram continuato frenauit a pastu, et illi haud aliter contumaciam canceris saeui ad subeundam cicatricem circumscriptis euaginationibus compulerunt. incessum ille claudis dedit, uisum luminibus caecis, interemptos reuocauit ad uitam, nec minus et hi quoque contractionem relaxauere neruorum, luce oculos impleuere iam perdita et ab tumulis remeare defunctos exequiarum conuersione f. 20 iusserunt. | neque quicquam est ab illo gestum per admirationem stupentibus cunctis, quod non omne donauerit faciendum 51 paruolis illis et rusticis et eorum subiecerit potestati. quid dicitis, o mentes incredulae difficiles durae, alicuine mortalium Iuppiter ille Capitolinus huiusmodi potestatem dedit? curionem

1 uos *Gel:* suos *P* 2 abrogatores *Urs:* adrogatores *P* derogatores *Gel* 11 tortantes *Salm:* portantes *P* illis *P corr* incursibus *Heraldus* caestibus *?* non alia] nuda *Urs* 12 salbicantium *P corr* 13 hii *P* haut *P corr* 14 ille *Sab:* illa *P* 16 perniciae *P* 17 *ius*sere *P* recusantia *Sab:* recusanitia *P* 18 frenauit *Sab:* frenabit *P* 19 haut *P corr* 20 euagationibus *Gel, r* 22 hii *P* 27 potestatis *P corr*

aut pontificem maximum, quinimmo dialem, quod eius est.
flaminem isto iure donauit? non dicam, ut mortuos excitaret,
non ut caecis restitueret lucem, non ut membrorum situs cur-
uatis redderet et dissolutis, sed ut pustulam reduuiam papu-
lam aut uocis imperio aut manus contrectatione comprimeret.
ergo illud humanum fuit aut ex ore terrenis stercoribus in-
nutrito tale potuit ius dari, talis licentia proficisci, et non
diuinum et sacrum, aut si aliquam superlationem res capit,
plusquam diuinum et sacrum? nam si facias ipse quod possis
et quod tuis sit uiribus potentatuique conueniens, admiratio
non habet quod exclamet: id enim quod potueris feceris et
quod praestare debuerit uis tua, ut operis esset una et ipsius
qui operaretur aequalitas. transscribere posse in hominem ius
tuum et quod facere solus possis fragilissimae rei donare et
participare faciendum, supra omnia sitae est potestatis conti-
nentisque sub sese est rerum omnium causas et rationum
facultatumque naturas. age nunc ueniat quaeso per igneam **52**
zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut adsen-
tiamur auctori. Bactrianus et ille conueniat, cuius Ctesias f. 20b
res gestas historiarum exponit in primo, Armenius Zostriani
nepos et familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius Damigero et
Dardanus, Belus Iulianus et Baebulus, et si quis est alius qui
principatum et nomen fertur in talibus habuisse praestigiis:
permittant uni ex populo in officium sermonis dandi ora coar-
ticulare mutorum, surdorum auriculas returare, sine luminibus
procreatis oculorum redintegrare naturas et in frigentia olim
membra sensus animasque reducere. aut si ardua res ista est

1 quod eius est] quo deus est *Carrio* quo diu usus est *Klussmannus* 3 situm *Sab* curuatis *Rigaltius:* eruatis *P* eratis *r* eneruatis *Sab* 4 pustulam reduuiam *Gel:* ponsula ponsulā *r* redubiam *P* pullulare dubiam *Sab* 6 tercoribus *P corr c* 12 prestare *P* operis *Urs:* poteris *P* 13 qualitas *Sab* 17 quaeso per *Salm:* quae super *P* qui super *Sab* 20 Hosthanis *Gel* 21 panfylus *P* 22 Belus *Stewechius:* uelus *P* 25 mu*torum *P* returare *Salm:* recusare *P* resesare *sic Sab* reserare *Gel* recludere *uel* reclusare *Hugius* 26 redtintegrare *P* in frigentia *Sab in err:* infrigentiae *P* 27 redducere *P* ardua* *P*

neque aliis permittere talium possunt operum potestates, ipsi
faciant et cum suis ritibus faciant, quidquid malefici graminis
nutricant terrarum sinus, quidquid uirium continet fremor ille
uerborum atque adiunctae carminum necessitates, non inuide-
mus, adiciant, non interdicimus, colligant: experiri libet et
recognoscere, an cum suis efficere diis possint, quod ab rusticis
53 Christianis iussionibus factitatum est nudis. desistite, o nescii,
in maledicta conuertere res tantas nihil ei nocitura qui fecit,
periculum adlatura sed uobis, periculum inquam non paruum,
sed in rebus eximiis, sed in praecipuis constitutum, si quidem
res anima pretiosa est, nec ipso se homini quicquam potest
carius inueniri. nihil ut remini magicum, nihil humanum,
praestigiosum aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo,
derideatis licet ex more atque in lasciuiam dissoluamini ca-
chinnorum. deus ille sublimis fuit, deus radice ab intima,
f. 21 deus ab incognitis | regnis et ab omnium principe deo sospi-
tator est missus, quem neque sol ipse neque ulla, si sentiunt,
sidera, non rectores, non principes mundi, non denique dii
magni, aut qui fingentes se deos genus omne mortalium terri-
tant, unde aut qui fuerit potuerunt noscere uel suspicari: et
merito. exutus at corpore, quod in exigua sui circumferebat
parte, postquam uideri se passus est, cuius esset aut magni-
tudinis sciri, nouitate rerum exterrita uniuersa mundi sunt
elementa turbata, tellus mota contremuit, mare funditus re-
fusum est, aer globis inuolutus est tenebrarum, igneus orbis
solis tepefacto ardore deriguit. quid enim restabat ut fieret,
postquam deus est cognitus is, qui esse iamdudum unus iudi-
54 cabatur e nobis? sed non creditis gesta haec. sed qui ea con-
spicati sunt fieri et sub oculis suis uiderunt agi, testes optimi
certissimique auctores, et crediderunt haec ipsi et credenda
posteris nobis haud exilibus cum adprobationibus tradiderunt.

3 uirium *Sab:* uirum *P* fraemor *P* 5 c re cognoscere *Meursius* 9 paruulum *Sab* 10 eximiis *Sab:* exiguis *P* 11 praeciosa *P* 13 delituit *Heraldus:* delitu *P* delicti *Sab* 14 lasciuiam *Sab:* asciuiam *P* 16 deo *Zinkius:* deus *P* 17 quem neque *P* 21 at *Salm:* a *P* 22 *aut *P* 23 scire *Sab* 30 certissimiquae *P corr* 31 haut *P corr*

quinam isti sint fortasse quaeritis? gentes populi nationes et incredulum illud genus humanum, quod nisi aperta res esset et luce ipsa quemadmodum dicitur clarior, numquam rebus huiusmodi credulitatis suae commodaret adsensum. an numquid dicemus illius temporis homines usque adeo fuisse uanos mendaces stolidos brutos, ut quae numquam uiderant uidisse se fingerent et quae facta omnino non erant falsis pro- f. 21b
derent | testimoniis aut puerili adsertione firmarent, cumque possent nobiscum et unanimiter uiuere et inoffensas ducere coniunctiones, gratuita susciperent odia et execrabili haberentur in nomine? quodsi falsa ut dicitis historia illa rerum est, 55
unde tam breui tempore totus mundus ista religione completus est, aut in unam coire qui potuerunt mentem gentes regionibus dissitae, uentis caeli conuexionibusque dimotae? adseuerationibus inlectae sunt nudis, inductae in spes cassas, et in pericula capitis immittere se sponte temeraria desperatione uoluerunt, cum nihil tale uidissent quod eas in hos cultus nouitatis suae posset excitare miraculo? immo quia haec omnia et ab ipso cernebant geri et ab eius praeconibus, qui per orbem totum missi beneficia patris et munera † dis animis hominibusque portabant, ueritatis ipsius ui uictae et dederunt se deo nec in magnis posuere dispendiis membra uobis proicere et uiscera sua lanianda praebere. sed conscriptores nostri men- 56
daciter ista prompserunt, extulere in immensum exigua gesta et angustas res satis ambitioso dilatauere praeconio. atqui ut iam cuncta referri in scripta potuissent, uel quae ab ipso gesta

4 commodaret *Meursius:* comodarent *P* an *Urs:* at *ex* ad *P* 8 aut *Urs:* ut *P* 10 conuictiones ? 11 omine *Urs* 12 tam *Sab in err:* iam *P* 14 dissitae *P* disiunctae *Sab* caeli *Urs:* caelo *P* conuexionibusque *P corr* 16 disperatione *P* 18 posset *&* *P corr* 20 munerandis *e. Sab* munera sanandis *Carrio* 'munera dis hominibusque *uel* munera nudis animis ominibusque *uel* munera piis animis ominibusque' *Urs* munera diuinis animis ominibusque *Klussmannus* hominibusque] omnibus ? 24 prompserunt *Urs:* promiserant *P* extulere *add c* 25 atqui *Gel:* atque *P* ut iam *scripsi:* uti... a *P*

sunt uel quae ab eius praeconibus pari iure et potentia terminata, magis uos incredulos faceret uis tanta uirtutum, et adprehendere locum fortasse possetis, quo uideretur esse simillimum ueri, et incrementa rebus adposita et inditas scriptis et
f. 22 commentariis falsitates. | sed neque omnia conscribi aut in aures omnium peruenire potuerunt gesta gentibus in ignotis et usum nescientibus litterarum, aut siqua sunt litteris conscriptionibusque mandata, maleuolentia daemonum, quorum cura et studium est hanc intercipi ueritatem, et consimilium his hominum interpolata quaedam et addita, partim mutata atque detracta uerbis syllabis litteris, ut et prudentium tardarent fidem et gestorum corrumperent auctoritatem. sed numquam fuerit, his bene ut Christus qui fuerit litterarum testimoniis colligatur, cuius in id solum dimissa est causa, ut si esse constiterit ea uera quae dicimus, confessione omnium
57 deus fuisse monstretur. non creditis scriptis nostris: et nos uestris non credimus scriptis. falsa de Christo conpingimus: et uos de diis uestris inania et falsa iactatis; neque enim caelo deus aliquis lapsus est aut suis res uestras commentatus est manibus aut ratione consimili nostris rebus et religionibus derogauit. ab hominibus haec scripta: et illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus: et quidquid dicere de nostris conscriptoribus intenderitis, et de uestris haec dicta paribus sumite atque habetote momentis. uultis uera esse quae in uestris conprehensa sunt scriptis: et quae in nostris consignata sunt litteris confiteamini necesse est esse uera. falsitatis arguitis res nostras: et nos uestras
f. 22[b] arguimus falsitatis. | sed antiquiora, inquitis, nostra sunt ac per hoc fidei et ueritatis plenissima: quasi uero errorum non

1 terminata. magis *uulgo* 2 faceret *P* et] aut *Sab* 3 quo *Urs:* quod *P* 9 intercipere *Sab* 11 adque *P* et prudentium] id credentium *Urs* 12 tardarent *Gel:* tardaret *P* corrumperent *Gel:* corrumperet *P* 13 numquam fuerit, his bene ut *cum Sab Gel Urs etc Zinkius, nisi quod* erit *proponit:* numquam fuerit his bene, ut *Orellius* 14 dimissa sunt *Sab* 16 mos *P corr* 17 conpingimus *P* 20 au *P corr c* 22 edisertata *P* edisserta *Sab* 23 quicquid (c *ex* d) *P* 24 dicta *P*

antiquitas plenissima mater sit et non ipsa pepererit res eas quae turpissimas diis notas ignominiosis concinnauerunt in fabulis. ante milia enim annorum decem non potuerunt falsa et audiri et credi aut non simillimum ueri est, fidem uicinis et finitimis quam spatiorum inesse longinquitate distantibus? testibus enim haec, illa opinionibus adseruntur et procliuius multo est, minus esse in recentibus fictionis quam in antiqua obscuritate summotis. sed ab indoctis hominibus et rudibus 58
scripta sunt et idcirco non sunt facili auditione credenda. uide ne magis haec fortior causa sit, cur illa sint nullis coinquinata mendaciis, mente simplici prodita et ignara lenociniis ampliare. triuialis et sordidus sermo est. numquam enim ueritas sectata est fucum nec quod exploratum et certum est circumduci se patitur orationis per ambitum longiorem. collectiones enthymemata definitiones omniaque illa ornamenta quibus fides quaeritur adsertioni suspicantes adiuuant, non ueritatis liniamenta demonstrant. ceterum qui scit, quid sit illud quod dicitur, nec definit nec colligit neque alia sectatur artificia uerborum, quibus capi consueti sunt audientes et ad consensum rei circumscriptionis necessitate traduci. barbarismis, soloe- 59
cismis obsitae sunt, | inquit, res uestrae et uitiorum deformi- f. 23
tate pollutae. puerilis sane atque angusti pectoris reprehensio. quam si admittemus ut uera sit, abiciamus ex usibus nostris quorundam fructuum genera, quod cum spinis nascuntur et purgamentis aliis, quae nec alere nos possunt nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter * antecedit et saluberrimum nobis uoluit esse natura. quid enim officit, o quaeso, aut quam praestat intellectui tarditatem, utrumne quid glabre

1 easque *m. al. P* 4 gredi *P corr* 6 preclibius *P corr* 10 cum *Sab* 11 mendacis *P corr c* lenocinis *P corr c* 13 *et* certum *P* 16 adsertioni *Urs:* adsertionis *P* adiubant *P corr c* 21 inquid *P corr* nostrae *Sab corr in err* 22 sanie *P corr* adque *P corr c* 23 admittemus *Hildebrandius:* admitteremus *P* admittimus *Urs* 26 *lacunam signaui: intercidisse uidetur* allicientia *uel simile quid* 27 uoluit *Sab in err:* ualuit *P* o *P* 28 inlectui *P corr c* *tarditatem *P* glabre *Grotius* graue *P*

an hirsuta cum asperitate promatur, inflectatur quod acui an acuatur quod oportebat inflecti? aut qui minus id quod dicitur uerum est, si in numero peccetur aut casu praepositione participio coniunctione? pompa ista sermonis et oratio missa per regulas contionibus litibus foro iudiciisque seruetur deturque illis immo, qui uoluptatum delenimenta quaerentes omne suum studium uerborum in lumina contulerunt. cum de rebus agitur ab ostentatione summotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amoenitate dicatur, nec quid aures commulceat, sed quas adferat audientibus utilitates, maxime cum sciamus etiam quosdam in sapientia deditos non tantum abiecisse sermonis cultum uerum etiam, cum possent ornatius atque uberius eloqui, triuialem studio humilitatem secutos, ne conrumperent scilicet grauitatis rigorem et sophistica se potius ostentatione iactarent. enimuero dissoluti est pectoris in rebus seriis quaerere uoluptatem et cum tibi sit ratio cum male se habentibus atque aegris, sonos f. 23 auribus infundere dulciores, non medicinam | uulneribus admouere. quamquam si uerum spectes, nullus sermo natura est integer, uitiosus similiter nullus. quaenam est enim ratio naturalis aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur et haec sella, cum neque sexus habeant femininis generibus masculinisque discretos neque quisquam docere doctissimus me possit ipsum hic et haec quid sint aut cur ex his unum sexum uirilem designet, femininis generibus id quod sequitur adplicetur. humana ista sunt placita et ad usum sermonis faciendi non sane omnibus necessaria: nam et haec paries forsitan et hic sella dici sine ulla reprehensione potuissent, si ab initio sic dici placuisset et a sequentibus

5 iudiciisquae *P corr* 6 deturquae *P corr* deturque: illis immo *Elmenhorstius* delinimenta *Gel, r:* deliniamenta *P* 7 querentes *P* omne suum *Gel, r:* omnes unum *P* 11 in sapientia *Hildebrandius:* sapientia *P* sapientiae *r* 13 ornatius *P* adque *P corr* tribialem *P* 15 sophisticam *P* enim uero *Sab:* etenim uera *P* 19 *in mg* φ 25 ^{h}is *P* uirilem *Sab:* uirile *P* 26 applicet *Sab* 29 potuisset *Sab*

saeculis communi esset in sermocinatione seruatum. et tamen o isti, qui pollutas res nostras uitiorum criminamini foeditate, stribiligines et uos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis? nonne alias haec utria alias dicitis hos utres, caelus et caelum, non item pileus et pileūm, non item crocus et crocum, non item fretus et fretum? non item apud uos est positum hoc pane et hic panis, hic sanguis et hoc sanguen, candelabrum et iugulum ratione eadem iugulus et candelaber? nam si singula nomina non possunt genera plura habere quam singula neque eadem possunt huius esse generis et illius, genus enim transire genus in alterum | non f. 24b potest, tam peccat qui genera masculina femininis pronuntiat legibus quam ab eo peccatur qui articulos masculinos femininis generibus anteponit. atqui uos conspicimus et res masculinas feminine et femineas masculine et quas esse dicitis neutras et illo et hoc modo sine ulla discretione depromere. aut igitur nulla est culpa indifferenter his uti et frustra nos dicitis soloecismorum obscenitate deformes, aut si certum est singula quibus debeant rationibus explicari, in similibus uitiis uos quoque uersamini, quamuis Epicados omnes, Caesellios Verrios Scauros teneatis et Nisos. sed si deus, inquiunt, fuit Christus, **60** cur forma est in hominis uisus et cur more est interemptus humano? an aliter potuit inuisibilis illa uis et habens nullam substantiam corporalem inferre et commodare se mundo, conciliis interesse mortalium, quam ut aliquod tegmen materiae solidioris adsumeret, quod oculorum susciperet iniectum et ubi se figere inertissimae posset contemplationis obtutus? quis etenim

2 foeditate, stribiligines *Elmenhorstius:* foeditates stribiligines *P* foeditates *expunxit c, om Sab* 4 alias *Heraldus:* alius *P, Urs* aliud *c, Sab* alias *Heraldus:* aliud *P* alius *Urs* 5 pileus *Pithoeus:* filius *P* filus *Sab* pileum *Pithoeus:* filium *P* filum *Sab* 7 uos *Sab:* quos *P* panem *P corr* et *ante* hoc *om Sab* 8 sanguen *Sab:* sanguem (m *eras*) *P* 11 genus* *P* 13 foeminis *Sab corr in err* 14 uos *Sab:* nos *P* ÷ *in mg c* 15 feminine *add Gel* masculinae *P* 16 ill° *P* 20 ·R· *in mg c* Epicados *Gel:* epicam deos *P* Scauros *Sab:* ascauros *P* 26 sustineret *Urs* 27 inertissimae *Urs:* ineptissimae *P* etenim *Urs:* est enim *P* enim ?

mortalium quiret eum uidere, quis cernere, si talem uolu-
isset inferre se terris qualis ei primigenia natura est et
qualem se ipse in sua esse uoluit uel qualitate uel numine?
adsumpsit igitur hominis formam et sub nostri generis simili-
tudine potentiam suam clausit, ut et uideri posset et conspici,
uerba faceret et doceret atque omnis exequeretur res eas
f. 24b propter quas | in mundum uenerat faciendas summi regis im-
61 perio et dispositione seruatis. quid enim, dicit, rex summus
ea quae in mundo facienda esse decreuerat sine homine simu-
lato non quibat efficere? si oporteret ita fieri quemadmodum
dicitis, ita fortasse fecisset; quia non oportuit, aliter fecit.
quare isto uoluit et illo genere noluit, latent [aliter] inuolutae et
uix ullis comprehensibiles causae, quas accipere fortasse potuisses,
si non esses iamdudum ad non accipiendum paratus et prius
te formares ad non credendi frontem quam tibi esset expo-
62 situm id quod nouisse atque audire conquiris. sed more est
hominis interemptus. non ipse: neque enim cadere diuinas in
res potest mortis occasus nec interitionis dissolutione dilabi id
quod est unum et simplex nec ullarum partium congregatione
conpactum. quis est ergo uisus in patibulo pendere, quis mor-
tuus? homo quem induerat et secum ipse portabat. incredi-
bile dictu est et caecis obscuritatibus inuolutum. si uelis, non
caecum est et similitudine proxima constitutum. si quo tem-
pore Sibylla praesagia, oracula illa depromens fundebat ui ut
dicitis Apollinis plena, ab impiis esset caesa atque interempta

1 qui quęret *c* qui quęreret *c'*, *Sab* 2 inferre* *P* 3 uoluit *uel* nouit *Urs:* noluit *P* 6 adque *P corr* 7 quas* *P* 8 seruatis *Gel:* seruatus *P* dicite *Sab* dicitis *Gel* 9 que *P corr c'* 11 ista *Sab* latent [aliter] *Hoffmannus et Hugius:* latent aliter *P* latenter *Sab* latent taliter *Meursius* latent fataliter *Klussmannus* 12 ulli *Gel* potusses *P corr c'* 16 nouisse *Hildebrandius:* non esse *P* nosse *Gel* adque *P corr* conquiris *Urs:* conquireres *P* 20 mortuus est *Sab* 22 dictu *Urs:* dictum *P* 23 similitudine proxima *Salm:* similitudine proximo *P* similitudini proxime *Sab* 24 sybilla *P* Sibylla praesaga, oracula *Gel* Sibylla praesaga oracula *Salm*

latronibus: numquid Apollo diceretur in ea esse occisus? si Bacis, si Helenus, Marcius aliique similiter uates hariolantes essent uita et luce priuati: numquid aliquis diceret lege eos humanitatis extinctos qui illorum per ora loquentes uias rerum f. 25a postulantibus explicabant? mors illa quam dicitis adsumpti hominis fuit non ipsius, gestaminis non gestantis, quam nec ipsa perpeti succubuisset species, tanta si non agenda res esset et inexplicabilis ratio fati clausis patefacienda mysteriis. quae 63 sunt ista, inquies, clausa atque obscura mysteria? quae nulli nec homines scire nec ipsi qui appellantur dii mundi parte queunt aliqua suspicionis atque opinationis attingere, nisi quos ipse dignatus est cognitionis tantae inpertire muneribus et in abditos recessus thesauri interioris inducere. quid enim? si nollet inferri sibi a quoquam manus, summa illi fuisset contentione nitendum, ut hostes ab se suos uel potestate uniuersa prohiberet? qui caecis restituerat lumina, is efficere si deberet non poterat caecos? qui debilibus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit aut labori? qui claudos praecipiebat incedere, is motus conligare membrorum neruorum duritia nesciebat? qui extrahebat ab tumulis mortuos, huic arduum fuerat letum cui uellet indicere? sed quia fieri ratio ea quae fuerant destinata poscebat et hic in ipso mundo nec modo quam gestum est alio, inaestimabilis illa atque incredibilis lenitas iniurias in se hominum puerilibus pro ineptiis ducens manus in se porrigi ab inmanibus passa est durissimisque latronibus nec reputandum putauit quid illorum | dissignasset f. 25b audacia, dummodo suis ostenderet, quid ab sese expectare de-

2 Bacis *Mercerus:* uatis *P* uates *Sab* si Marcius *Urs* hariolanites *P* 3 lege *P* deos *Urs* 5 assumpti *Gel:* adsumptio *P* 7 ipsa ... species *scripsi:* ipsam ... uis *P* uis *del Gel* 8 fati *Gel:* satis *P* patefacienda *P* 11 quaeunt *P corr* 12 in *P* 13 quid *Urs:* uides *P* 14 fuisset *Urs:* fuisse *P* 15 uniuersa *Sab:* inuersa *P* 18 praeciebat *Sab* 19 colligare *Urs:* caligare *P* alligare *Gel* duritiis *Gel:* duritiam *P* 20 a *Sab* 21 loetum *c'* 24 ineptiis *Sab:* ineptis *P* 26 nec *Gel:* haec *P* imputandum *Gel* quit *P* designasset *Sab* 27 dummodo *Gel:* cummodo *P* quit *P corr*

berent. cum enim de animarum periculis multa † mala de illarum contra insinuator, magister atque auctor ad officiorum conuenientium fines suas leges et constituta direxit: non superbiae fastum comminuit, non libidinum extinxit flammas, non hiatum compressit auiditatis, non tela extorsit e manibus atque omnia seminaria totius uitiositatis abscidit? ipse denique non lenis, non placidus, non accessu facilis, non familiaris adfatu, non humanas miserias indolescens omnes omnino crucibus et corporalibus adfectos malis, morbis unica illa benignitate
64 miseratus reddidit et restituit sanitati? quid ergo uos subigit, quid hortatur maledicere conuiciari inexpiabiles cum eo conserere simultates, quem redarguere, quem tenere nemo omnium possit ullius facinoris in reatu? tyrannos ac reges uestros, qui postposito deorum metu donaria spoliant populanturque templorum, qui proscriptionibus exiliis caedibus nudant nobilitatibus ciuitates, qui matronarum pudorem ac uirginum ui subruunt atque eripiunt licentiosa, appellatis indigetes atque diuos, et quos odiis acrioribus conueniebat a uobis carpi, puluinaribus aris templis atque alio mactatis cultu, ludorum et celebritate natalium. nec non et illos omnes, qui conscriptione
f. 26 uoluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt | publicos mores, qui luxurias ac uitia uestra secant urunt dilacerant, qui sui temporis posteris notas scriptorum perpetuitate prolatant: qui matrimonia persuadent habenda esse communia, qui cum pueris cubitant formonsis lasciuientibus nudis, qui pecudes uos esse, qui fugitiuos, qui exules, qui uilissimae seruos notae, furiosos praedicant et insanos, admirantes plaudentes

1 *sq.* medelarum contra insinuator *Gel* multa de illarum natura insinuator *Urs* multa de illarum natura insinuaret *Oudendorpius* male de aliorum doctrina insinuarentur ? 2 auctor noster ? 3 superuiae *P corr c'* 4 extincsit *P* 9 morbis *expunxit c'*, *om Sab* 10 quit *P corr* 11 quit *P* 12 hominum *Sab* 14 populanturquae *P corr* 15 exiliis *Salm:* exuis *P* et suis *Sab* et saeuis *Urs* 17 ubruunt *P corr c'* 18 diuos *Gel:* duros *P* deos *Sab in err* comueniebat *P* 20 caelebritate *P* 22 uitia uestra *Urs:* uitas uestras *P* 23 sui *Urs:* in *P* 25 formosis *c'* 26 suos *Sab*

ad caeli sustollitis sidera, bybliothecarum reponitis in arcanis, quadrigis et statuis muneramini et quantum est in uobis uelut quadam aeternitate donatis inmortalium testificatione titulorum: solum Christum conpellare, dilacerare, potestis si deum, uultis, immo solum si liceat beluarum agrestium ritu cruentis oribus mandere, comminutis cum ossibus transuorare. quodnam quaeso ob meritum dicite, cuius ob peccati culpam? quid ab eo conmissum est, quod tenorem inflecteret recti et in odia uos aspera furialibus stimulis concitaret? quia animarum uestrarum custodem se missum solo indicauit ab rege, quia uobis inmortalitatem ferre, quam uos habere confiditis humanis paucorum adseuerationibus suasi? quodsi esset apud uos certum falsa illum dicere, spes etiam uanissimas polliceri, nec sic uideo fuisse causam, cur eum deberetis odisse, cur hostili animaduersione damnare, immo si animus uobis clemens fuisset et mitis, uel propter id solum eum deberetis | amplecti, quod f. 26b optabilia uobis sponderet et prospera, quod bonarum esset nuntius rerum, quod ea praedicaret quae nullius animum laederent, securioris quinimmo expectationis implerent. o ingratum 65 et impium saeculum, o in priuatam perniciem incredibili pectoris obstinatione paratum. si aliquis ad uos medicus ex summotis uenisset et numquam uobis regionibus cognitis medicamen pollicens tale quod a uestris corporibus omnia omnino prohiberet morborum et ualetudinum genera: non certatim omnes accurreretis, non blanditiis omnibus atque honoribus fotum familiaria susciperetis in moenia, non illud medicaminis genus optaretis esse certissimum, non uerum, quod immunes uos fore ab tam innumeris uexationibus corporum usque ad ultimos fines sponderet aetatis? et licet ambigua res esset, commit-

1 byblitecarum *P* 4 conuellere *Urs* dilacer*are *P* dilacerare potestis. si deum *Sab: correxit Salm* 5 ueluarum *P corr* 6 eum *Memmius* 7 quit *P* 12 tcertum *P* 17 obtabilia *P* 19 saecuriores *P* implerent *scripsi:* impleret *P* 20 incredibili *Sab:* incredibile *P* 21 paratum *Urs:* priuatum *P* pronum *Gel: lacunam signare mauolt Zinkius* 23 pollicen[s] *P* 24 *sq.* omnes accurreretis non *om Sab* 25 blanditis *P corr c* 28 ap *P corr* inumeris *P corr c*

teretis uos tamen nec potionem incognitam dubitaretis haurire spe salutis proposita atque amore incolumitatis incensi. eluxit atque apparuit Christus rei maximae nuntiator auspicium faustum portans et praeconium salutare credentibus. quaenam est ista crudelitas, inhumanitas quae tanta, quinimmo, ut uerius eloquar, fastidium, supercilium, nuntiatorem muneris et portitorem tanti non tantum uerborum maledictionibus scindere uerum etiam bello graui atque omnibus persequi telorum effusionibus et ruinis? non placent ea quae dicit et f. 27 cum | offensionibus audiuntur a uobis: pro ludicris ea uaticinationibus computate. stolidissimas res loquitur et fatua dona promittit: ridete ut sapientes uos uiri et in suis erroribus fatuitatem relinquite uolutari. quaenam est haec feritas, ut repetamus quae dicta sunt saepius, quae libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere nihil de te merito, dilacerare si detur eum uelle per uiscera, qui non modo nullum intulerit malum ulli sed aequaliter benignus hostibus diceret, quidnam animis salutis deo portaretur a principe, quid esset facto opus ut interitum fugerent et immortalitatem consequerentur ignotam? cumque nouitas rerum et inaudita promissio audientium turbaret mentes et credulitatem faceret haesitare, uirtutum omnium dominus atque ipsius mortis extinctor hominem suum permisit interfici, ut ex rebus consequentibus scirent in tuto esse spes suas quas iamdudum acceperant de animarum salute nec periculum mortis alia se posse ratione uitare.

5 inhumanitasque *Sab* 6 loquar *Sab* fastidiosum *Sab* 9 *ea* quae *P* 11 compotate *P* comportate *Sab* 13 fatuitatem *Sab:* fatuitantem *P* 15 dilacerare *Sab:* delacerare *P* 17 ulli *Meursius:* nulli *P* omnibus *Gel* diceret *Sab in err:* dicere *P* docuerit *Gel* 18 animis *scripsi:* his *P* esse^{t} *P* 19 consequere^{n}tur *P* 20 turbarent *Sab* 21 facerent *Sab* hesitare *P* 25 ARNOUII LIB̃ ·I· EXP. INC̃ LIB̃ ·II· FELICIT̃. *P*

LIBER SECVNDVS

Hoc in loco tribui si ulla facultas posset, uellem cum his **1**
omnibus quibus nomen inuisum est Christi ab instituta principaliter defensione deuerticulo paulisper facto talia uerba miscere: si nullam esse ducitis contumeliam respondere aliquid interrogatos, edissertate nobis et dicite: quid rei, quid causae est, quod tam grauibus insectamini Christum bellis, uel | quas f. 27b
eius continetis offensas, ut ad eius nominis mentionem rabidorum pectorum efferuescatis ardoribus? numquid regiam sibi uindicans potestatem terrarum orbem cunctum legionibus infestissimis occupauit et pacatas ab exordio nationes alias deleuit ac sustulit alias sibi parere ceruicibus compulit subiugatis? numquid ardoribus auaritiae flagrans uniuersas opes illas, quibus se genus humanum studiose contendit impleri, possessionis suae mancipio uindicauit? numquid libidinum cupiditatibus gestiens pudicitiae repagula ui fregit aut alienis furtim insidiatus est matrimoniis? numquid adrogantiae supercilio tumidus iniurias et contumelias passim sine ullius personae discriminibus inrogauit? et non in cunctos et lumen praetendit uitae et peri- **2**

4 diuerticulo *Sab* 5 aliquit *P corr c* 6 quit *P corr c* 8 offe^{n}sas *P* 9 numquit *P corr c'* 13 numquit *P corr* 14 gen^{u}s *P* studiosae *P* 15 numquit *P corr* 17 numquit *P corr* 18 ullis ullius *Klussmannus* 19 in cunctos] cunctis ? praetendit *scripsi:* praetenderit *P*

47,19 — 52,20 *in P sic se excipiunt:* et non 47,19 omnium uirtutum 51,9 — malorum tanta experiatur examina utrum 52,20 in cunctos et lumen praetenderit 47,19 — quadam dulcedine atque 51,9 ne illum tellus 52,20 *e. q. s. ad uerba* in cunctos et lumen *adnotauit manus quaedam recen-*

culum ignorationis amouit? qui si dignus non esset, cui auscultare deberetis et credere, uel hoc ipso fuerat non aspernandus a uobis, quod salutaria uobis ostenderet, quod uias uobis ad caelum et uota immortalitatis apertaret. at enim odio dignus est, quod ex orbe religiones expulit, quod ad deorum cultum prohibuit accedi. ergone ille religionis extinctor et impietatis auctor arguitur, qui ueram in orbe religionem induxit, qui

tior in mg: Transpositio. *ad uerba* quadam dulcedine atque *manus alia recentior, quae r esse uidetur, scripsit* Haec desunt in impressis hactenus codicibus. *eadem rectum fere ordinem indicauit: uide infra. postremo tertia manus recentior addidit* // ex lib. I *transpositionis a Gelenio et Ursino factae ratione habita. ille enim uerba* at enim odio dignus est 48,4 (*deletis uerbis* in cunctos lumen praetenderit — uota immortalitatis optaret) — quadam dulcedine atque 51,9 nectare ebrii cuncta contemnant *quattuor ultimis uerbis praeter* ne *litteras coniectura additis, hic asteriscis in mg positis uerba* in cunctos et lumen praetenderit — quadam dulcedine atque *in librum primum ante caput 65 reiecit. in secundo libro haec habent* ut (*pro* et) non 47,19 omnium uirtutum 51,9 — malorum tanta experiatur examina? utrumne (utrum *Gel*) illum tellus 52,20 *e. q. s. reliqui editores secundi libri fines egressi non sunt. Canterus uerba sic transposuit* ut non omnium uirtutum amore in cunctos et lumen praetenderit — quadam dulcedine atque amore (amore *addidit*) correpti cognitas — malorum tanta experiatur examina? utrum illum tellus *e. q. s. eumque secutus est Elmenhorstius. alia transpositione usus est Salmasius:* qui si dignus non esset 48,1 — uota immortalitatis optaret, 48,4 ut non in cunctos lumen et praetenderit 47,19 — amouerit 48,1? at enim odio dignus est 48,4 — ueluti quadam dulcedine atque omnium uirtutum — malorum tanta experiatur examina? utrumne illum tellus *e. q. s. Orellius et Oehlerus Salmasii exemplum imitati sunt, nisi quod hic manus illius recentioris vestigiis insistens pauca immutauit:* utrum in cunctos et lumen praetenderit — quadam dulcedine et nouo (*pro* non) omnium uirtute — malorum tanta experiatur examina atque ne illum tellus *e. q. s. et ego Salmasianam emendandi rationem praeter turbas in capite 2 factas recepi uerbis* omnium uirtutum amore — malorum tanta experiatur examina utrum *inter uerba* quadam dulcedine atque *et uerba* ne illum tellus *collocatis. nempe folia in codice antiquiore permutata erant: caue enim Oehlero credas, qui in Parisino libro foliorum transpositionem factam esse somniat.*

1 amouit *scripsi:* amouerit *P* ascultare *P* 3 quod salutaria uobis *add c* 4 apertaret *Heraldus:* optaret *P* aptaret *Meursius*

hominibus caecis et reuera in impietate degentibus pietatis aperuit ianuas et cui se summitterent indicauit? an ulla est religio uerior officiosior potentior iustior, quam deum principem nosse, scire deo principi supplicare, qui bonorum omnium solus caput et fons est perpetuus, cunctarum pater fundator et conditor rerum, a quo omnia terrena cunctaque caelestia animantur motu irriganturque uitali, et qui si non esset, nulla profecto res esset quae aliquod nomen substantiamque portaret. nisi 3
forte dubitatis, an sit iste de quo loquimur imperator, et magis esse Apollinem creditis, Dianam Mercurium Martem. da uerum iudicium, et haec omnia circumspiciens quae uidemus magis an sint dii ceteri dubitabit quam | in deo cunctabitur, quem esse f. 29
omnes naturaliter scimus, siue cum exclamamus o deus, siue cum illum testem † deum constituimus improborum et quasi nos cernat faciem subleuamus ad caelum. sed minoribus supplicare diis homines uetuit. dii enim minores qui sint aut ubi sint scitis? perstrinxit nos aliquando suspicio illorum aut mentio, ut merito feratis indigne abrogatos his cultus et honoris inpertitione uiduatos? quod si non mentis elatio et typhus qui appellatur a Graecis obstaret atque officeret uobis, iamdudum scire potuissetis, quid aut quare prohibuerit fieri, intra fines quos stare religionem uoluerit ueram, quantum uobis periculum nasceretur ex eo quod putatis obsequio uel ex quibus malis emergeretis, si insidioso renuntiaretis errori. uerum 4
haec omnia inlustrius commemorabuntur et planius, cum ulterius prorsus fuerimus euecti. monstrabimus enim Christum non impietatem docuisse nationes, sed ab latronibus pessimis miserorum hominum inprudentiam uindicasse. non credimus,

2 submitterent *Sab. r* 5 perpetuus, cunctarum *Orellius:* perpetuarum *P* pater] pariter *Sab* 10 puerum iudicem *uel* naturae iudicium *uel* uerum animae iudicium *Heraldus* 14 deum *om Gel* aut uindicem ? improborum *Sab:* improbarum *P* 15 sublebamus *P* 17 perstrinxit *Sab:* perinstrixit *P* 19 typhus *Gel:* typus *P* 20 qui *Sab:* quia *P* appellatur *Gel:* appellatus *P* 21 quit *P corr* 23 putatis *dubitanter Oehlerus:* putaretis *P* 26 monstrabimus *Sab:* monstrauimus *P* 27 impietate *P corr c*

inquitis, uera esse quae dicit. quid enim? quae uos negatis uera esse, non uera esse apud uos liquet, cum imminentia et nondum passa nullis possint rationibus refutari? sed et ipse quae pollicetur non probat. ita est: nulla enim, ut dixi, futurorum potest existere comprobatio. cum ergo haec sit condicio futurorum, ut teneri et comprehendi nullius possint antici-
f. 29b pationis attactu, nonne purior ratio est, ex duobus | incertis et in ambigua exspectatione pendentibus id potius credere quod aliquas spes ferat quam omnino quod nullas? in illo enim periculi nihil est, si quod dicitur imminere cassum fiat et uacuum; in hoc damnum est maximum id est salutis amissio, si cum tempus
5 aduenerit aperiatur non fuisse mendacium. quid dicitis, o nescii, etiam fletu et miseratione dignissimi? ita non extimescitis, ne forte haec uera sint quae sunt despectui uobis et praebent materiam risus? nec saltem uobiscum sub obscuris cogitationibus uoluitis, ne quod hoc die credere obstinata renuitis peruersitate, redarguat serum tempus et inreuocabilis paenitentia castiget? nonne uel haec saltem fidem uobis faciunt argumenta credendi, quod iam per omnes terras in tam breui temporis spatio inmensi nominis huius sacramenta diffusa sunt; quod nulla iam natio est tam barbari moris et mansuetudinem nesciens, quae non eius amore uersa molliuerit asperitatem suam et in placidos sensus adsumpta tranquillitate migrauerit; quod tam magnis ingeniis praediti oratores grammatici rhetores consulti iuris ac medici, philosophiae etiam secreta rimantes magisteria haec expetunt spretis quibus paulo ante fidebant; quod ab dominis se serui cruciatibus adfici quibus statuerint malunt, solui coniuges matrimoniis, exheredari a parentibus liberi quam fidem rumpere Christianam et salutaris
f. 30 militiae | sacramenta deponere; quod cum genera poenarum

1 negatis *P* 2 non uera esse *addidi* liquent *Sab* 3 cassa *Urs* '*excidit aut accusatiuus aut infinitiuus aut utrumque*' *Klussmannus* 6 futurorum *Sab:* futurarum *P* 7 attactu* *P* est *Gel:* est et *P* 10 si *add Gel* 12 non] hoc *Sab* 14 despectui *Sab:* dispectui *P* 17 rennuitis *P sic fere semper* 18 castigaet *P corr* 20 tempore *Sab* spatio *Salm*: et parui *P* et paruo *Sab* 21 ba^{r}bari *P* 26 spraetis *P* 29 rumpere *P*

tanta sint a uobis proposita religionis huius sequentibus leges,
augeatur res magis et contra omnes minas atque interdicta
formidinum animosius populus obnitatur et ad credendi stu-
dium prohibitionis ipsius stimulis excitetur? an numquid haec
fieri passim et inaniter creditis, fortuitis incursibus adsumi
has mentes? itane istud non diuinum et sacrum est? aut sine
deo eorum tantas animorum fieri conuersiones, ut, cum carni-
ficis unci aliique innumeri cruciatus quemadmodum diximus
impendeant credituris, uelut quadam dulcedine atque ** om-
nium uirtutum amore correpti cognitas accipiant rationes atque
mundi omnibus rebus praeponant amicitias Christi? nisi forte **6**
obtunsi et fatui uidentur hi uobis, qui per orbem iam totum
conspirant et coeunt in istius credulitatis adsensum. quid ergo?
uos soli sapientiae † conditi atque intellegentiae ui mera nescio
quid † aliud uidetis et profundum: soli esse nugas intellegitis
haec omnia, soli uerba et pueriles ineptias ea quae nobis
promittimus principali ab rege uentura. unde quaeso est uobis
tantum sapientiae traditum, unde acuminis et uiuacitatis tan-
tum uel ex quibus scientiae disciplinis tantum cordis adsumere,
diuinationis tantum potuistis haurire? quia per casus et tem- f. 28
pora declinare uerba scitis et nomina, quia uoces barbaras
soloecismosque uitare, quia numerosum et structum compo-
situmque sermonem aut ipsi uos nostis ecferre aut incomptus
cum fuerit scire, quia Fornicem Lucilianum et Marsyam Pom-
poni obsignatum memoria continetis, quia quae sint in litibus
constitutiones, quot causarum genera, quot dictionum, quid
sit genus, quid species, oppositum a contrario quibus rationi-
bus distinguatur, idcirco uos arbitramini scire, quid sit falsum,

3 animosius *Sab, r:* animus *P* animusius *c* 4 stimulis *Sab:* stimulus *P* 7 carnificis *Urs:* carnifices *P* 8 aliique *Sab:* ali. quem *P* alique *r* 9 a quadam *Sab* *lacunam signaui: cf. p. 47 adn.* 11 praeponant *Gel:* proponant *P* 13 quit *P corr* 14 conditi *om Urs* aliti *?* maera *P* 15 quit *P corr* aliud] abditum *Urs* altum *Liuineius* conditum *?* profundum] conditum *Urs* 16 inaeptias *P* 18 uibacitatis *P corr* 22 structum *Vahlenus:* instructum *P* 23 efferre *c'* 24 Lucilianum *Gel:* lucialinum *P* 26 quod *P* quod *P* quid sit genus *om Sab* 27 quit *P corr c: sic et postea*

quid uerum, quid fieri possit aut non possit, quae imorum summorumque natura sit? numquamne illud uulgatum perstrinxit aures uestras, sapientiam hominis stultitiam esse apud
7 deum primum? atque ipsi penitus perspicitis uos ipsos, si quando de rebus disceptatis obscuris et naturalia pergitis reserare secreta, et ipsa quae dicitis, quae adseueratis, quae capitali plerumque contentione defenditis, nescire uos et unumquemque suspiciones suas pro probatis et comprehensis pertinaci obluctatione tutari. quid enim, si uerum perspiciam, etiamsi omnia saecula in rerum inuestigatione ponantur, scire per nos possumus, quos ita caecos et superbos nescio quae res protulit et concinnauit inuidia, ut, cum nihil sciamus, omnino fallamus nos tamen et in opinionem scientiae sub inflati pectoris tumore tollamur. ut enim diuina praeteream et naturali obscuritate res mersas, potest quisquam explicare mortalium, id quod
f. 28b Socrates ille | conprehendere nequit in Phaedro, homo quid sit aut unde sit, anceps uarius mobilis pellax multiplex multiformis, in quos usus prolatus sit, cuius sit excogitatus ingenio, quid in mundo faciat, cur malorum tanta experiatur examina, utrumne illum tellus uliginis alicuius conuersa putore tamquam uermes animauerit, tamquam mures, an fictoris alicuius et fabricatoris manu liniamenta haec corporis atque oris acceperit formam? potest, inquam, scire in medio haec posita atque in sensibus constituta communibus, quibus causis mergamur in somnos, quibus euigilemus, quibus modis fiant insomnia, quibus uisa: immo, quod ambigit in Theaeteto Plato, uigilemus aliquando an ipsum uigilare quod dicitur somni sit perpetui portio, et quod agere uideamur, insomnium; cum uidere

3 Cor. I 3, 19 16 Plato Phaedr. p. 230 cf. Alcib. p. 129 26 Theaet. p. 158

2 perstrincxit *P* 4 dem *P corr c'* deum? primum *Sab: corr Meursius et Klussmannus* atque *Meursius:* et quae *P* aeque *Urs* ecqui *Klussmannus* paenitus *P* 8 pro *add Stewechius* 9 perspiciamus *Urs* fateamur *Gel* 11 qua *Sab* 13 subinflati *Salm* 16 fedro *P* Phredo *Sab* Phaedone *Gel* quit *P corr* 17 animans anceps *?* mouilis *P corr c* 19 quit *P corr c* 20 utrumne] *cf. p. 47 adn.* 23 acceperint *Sab* 26 ambigit *Sab:* ambit *P* Theaeteto *Sab:* theaetote *P* 28 quid *Sab* uideamur insomnium, cum uidere nos dicimus; radiorum *uulgo*

nos dicimus, radiorum et luminis intentione uideamus an
rerum imagines aduolent et nostris in pupulis sidant; utrum
sapor in rebus sit an palati contagionibus fiat; quibus ex
causis pili nigrorem ingenitum ponant neque omnes pariter
sed paulatim adiciendo | canescant; quid sit quod humores f. 30b
uniuersi unum corpus efficiant mixtione, solum oleum respuat
inmersionem in se pati, sed in suam naturam inpenetrabile
semper perspicue colligatur: ipse denique animus, qui inmor-
talis a uobis et deus esse narratur, cur in aegris aeger sit,
in infantibus stolidus, in senectute defessus, delira ecfuttiat
et insana? uerum infirmitas et inscientia miserabilis hoc magis
est, quod cum fieri possit, ut ueri aliquid aliquando dicamus,
et hoc ipsum nobis incertum sit, an ueri aliquid dixerimus.
et quoniam ridere nostram fidem consuestis atque ipsam cre- 8
dulitatem facetiis iocularibus lancinare, dicite, o festiui et
meraco sapientiae tincti et saturi potu, estne operis in uita
negotiosum aliquod atque actuosum genus, quod non fide prae-
eunte suscipiant sumant atque adgrediantur actores? pere-
grinamini, nauigatis non domum uos credentes peractis nego-
tiationibus remeaturos? terram ferro scinditis atque oppletis
seminum uarietate non credentes uos frugem percepturos esse
uicibus temporariis? coniugalia copulatis consortia non futura
esse credentes casta et officiosi foederis in maritos? liberorum
susceptatis prolem non incolumem credentes fore et per gradus
aetatis uenturam senectutis ad metas? aegritudines corporum
medicorum committitis manibus non credentes morbos posse
mitigata asperitate leniri? bella cum hostibus geritis non uic-
toriam uos credentes | proeliorum successionibus relaturos? f. 31

1 adiorum *P corr r* 2 et *Sab:* e *P* pupulis *Sab:* populis *P* 7 impenetrabile *Sab:* inpenetrabilis *P* 8 perspicuae *P corr* 10 defessus delira ecfuttiat et insana? uerum *scripsi:* defessus delira et futura et insana quorum *P* defessus? delira et fatua et insana quorum *Gel* defessus deliret et fatue et insane? quorum *N. Heinsius* defessus, delira effutiat et insana? quorum *Oehlerus* 11 inscientia *Sab:* insientia *P* 12 quod *Gel:* ut *P* et *Sab* aliquando *Sab, r:* aliqua dò *P* 16 *tincti *P* 18 actores *Meursius, r:* attoros *P* an terris *Sab* 20 sci*nditis *P* 24 susceptatis *Liuineius:* suscipiatis *P* suscipitis *Sab* 26 committi'is *P*

ueneramini deos et colitis non credentes illos esse et propitias
9 aures uestris supplicationibus accommodare? quid? illa de rebus ab humana cognitione sepositis, quae conscribitis ipsi, quae lectitatis, oculata uidistis inspectione et manibus tractata tenuistis? nonne uestrum quicumque est huic uel illi credit auctoribus? non quod sibi persuaserit quis uerum dici ab altero uelut quadam fidei astipulatione tutatur? qui cunctarum rerum originem ignem esse dicit aut aquam, non Thaleti aut Heraclito credit? qui causam in numeris ponit, non Pythagorae Samio, non Archytae? qui animam diuidit et incorporales constituit formas, non Platoni Socratico? qui quintum elementum principalibus adplicat causis, non Aristoteli Peripateticorum patri? qui ignem minatur mundo, aduenerit cum tempus, arsurum, non Panaetio Chrysippo Zenoni? qui indiuiduis corporibus mundos semper fabricatur et destruit, non Epicuro Democrito Metrodoro? qui nihil ab homine comprehendi ait atque omnia caecis obscuritatibus inuoluta, non Arcesilae, Carneadi, non alicui [denique] Academiae ueteris recentiorisque
10 cultori? ipsi denique principes et praedictarum patres sententiarum, nonne ea quae dicunt suis credita suspicionibus dicunt? uidit enim Heraclitus res ignium conuersionibus fieri, concretione aquarum Thales, Pythagoras numeros coire, incor-
f. 31b porales | formas Plato, indiuiduorum Democritus concursiones? aut illi, qui autumant nihil posse omnino conprehendi, an sit uerum quod dicunt sciunt, ut ipsum quod definiunt ueritatis esse intellegant pronuntiatum? cum igitur comperti nihil habeatis et cogniti omniaque illa quae scribitis et librorum

5 auctori *Sab* 7 cunctorum *Sab* rerum *add Hildebrandius* rerum cunctarum *Klussmannus* 8 originem ignem *Hildebrandius:* originem *P* dicit ignem *Sab* 10 architae *P* 13 igne minatur mundum *Urs* aduenerit *scripsi:* et uenerit *P* uenerit *Urs* 14 crysippo *P* 15 mundos *Sab:* mundis *P* 16 ait *addidi* 17 archesilae *P* Archesilao *Sab* 18 denique *seclusi* recentiorisue *Urs* 19 denique *Sab:* denius *P* sectarum *Urs* 20 apud ea *Sab* 22 numeros coire *Urs:* numero scire *P* 25 *sq.* aut ... intelligunt *Sab* 27 omniaquae *P corr*

conprehenditis millibus credulitate adseueretis duce, quaenam haec est iudicatio tam iniusta, ut nostram derideatis fidem, quamquam uos habere conspicitis nostram credulitatem communem? sed sapientibus uos uiris omnibusque instructis disciplinarum generibus creditis. nempe illis, qui nihil sciscunt nec pronuntiant unum, qui pro suis sententiis bella cum aduersantibus conserunt et peruicacia semper digladiantur hostili, qui cum alter alterius labefactant destruunt conuelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt nec posse aliquid sciri ex ipsa dissensione monstrarunt. sed officiant haec nihil nihilque im- 11
pediant, plurimum quominus eis credere atque auscultare debeatis: et quid est, quod in hac parte aut uos plurimum habeatis aut nos minus? uos Platoni, uos Cronio, uos Numenio uel cui libuerit creditis: nos credimus et adquiescimus Christo. iniquitas haec quanta est, ut cum utrique auctoribus stemus sitque nobis et uobis unum et socium credere, uobis uelitis dari quod ita ab illis dicatur accipere, nos ea quae proferuntur a Christo | audire et spectare nolitis? atquin si causas f. 32
causis, partes partibus uoluerimus aequare, magis nos ualemus ostendere, quid in Christo fuerimus secuti quam in philosophis quid uos. ac nos quidem in illo secuti haec sumus: opera illius magnifica potentissimasque uirtutes, quas uariis edidit exhibuitque miraculis, quibus quiuis posset ad necessitatem credulitatis adduci et iudicare fideliter, non esse quae fierent hominis sed diuinae alicuius atque incognitae potestatis. uos in philosophis uirtutes secuti quas estis, ut magis uos illis quam nos Christo oportuerit credere? quisquamne illorum aliquando uerbo uno potuit aut unius imperii iussione non dicam

1 milibus *P* 3 quamquam *scripsi:* quam *P* nostram credulitatem *scripsi:* nostra in credulitate *P* nostra cum credulitate *Urs* 9 aliquit *P corr* 10 dissesione *P* efficiant *Sab* nihil *add Meursius* nihilquae *P corr* 13 Plotino *Urs* Cronio *Urs:* crotonio *P* 15 utrisque *Sab* stemus sitque *Gel:* tempus sit quae *P* 17 dicatur: accipere *Gel* nos *Gel*: uos *P* 18 adquin *P* 20 sicuti *P corr* philosofis *P* 22 illius *scripsi:* illi *P* illa *Sab in err* potentissimasquae *P corr* 28 unus *Sab*

maris insanias aut tempestatum furores prohibere, compescere, non caecis restituere lumina aut sine luminibus natis dare, non ad uitam reuocare defunctos, non annosas dissoluere passiones: sed quod leuissimum multo est, feruunculum, scabiem aut inhaerentem spinulam callo una interdictione sanare? non quo illos negemus aut morum esse integritate laudabiles aut non omni genere studiorum et disciplinarum paratos; nam et uerbis eos luculentissimis scimus loqui et compositionibus fluere leuigatis, concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones, suas reddere definitionibus formulas, partiri, diuidere, multa dicere de numerorum generibus, multa de musicis, geometricas res etiam suis scitis et praeceptionibus explicare. f. 32^b sed quid istud ad causam? numquid enthymemata | syllogismi resque aliae similes scire illos ueritatem spondent aut ea re digni sunt quibus necessario debeat rebus de obscurissimis credi? personarum contentio non est eloquentiae uiribus sed gestorum operum uirtute pendenda. ille non est dicendus auctor bonus, qui sermonem candidule prompsit, sed qui quod

12 pollicetur diuinorum operum prosequitur sponsione. argumenta uos nobis et suspicionum argutias proferatis: quibus ipse si Christus — cum pace hoc eius et cum uenia dixerim — populorum in conuentibus uteretur, quis adquiesceret, quis audiret, quis eum promittere aperte aliquid iudicaret, aut quis cassa et nuda iactantem, quamuis esset inprudens et facilitatis stolidae, sequeretur? uirtutes sub oculis positae et inaudita illa uis rerum, uel quae ab ipso fiebant palam uel ab eius praeconibus celebrabantur in orbe toto, tantas subdidit adpetitionum flammas et ad unius credulitatis adsensum mente una concurrere gentes et populos fecit et moribus dissimillimas nationes. enumerari

1 au^t *P* 4 furunculum *Sab* 6 esse *om Sab* 7 peritos *Sab* 8 loculentissimis *P* 12 praeceptionibus *Urs:* perceptionibus *P* 13 enthymemata *Sab:* enthymocemata *P* 15 debeat *Sab:* debeant *P* 16 sed *Gel:* et *P* 17 non *add Sab* 18 qui *Sab:* quis *P* 20 proferetis *Gel* profertis *Urs* 23 promittere *Urs:* promitteret *P* aliquit *P corr* iudicaret *Urs:* iudicare *P* 24 stolidae *Gel:* solidae *P* 26 fiebat *Sab* celebrabantur *Oehlerus:* celebrabatur *P* 27 tantas *scripsi:* ea *P* eas *Gel*

enim possunt atque in usum computationis uenire ea quae in India gesta sunt, apud Seras Persas et Medos, in Arabia, Aegypto, in Asia, Syria, apud Galatas Parthos Phrygas, in Achaia Macedonia Epiro, in insulis et prouinciis omnibus quas sol oriens atque occidens lustrat, ipsam denique apud dominam Romam, in qua cum homines essent Numae regis artibus atque antiquis superstitionibus occupati, non distulerunt | tamen res patrias linquere et ueritati coalescere Christianae. f. 33
uiderant enim currum Simonis magi et quadrigas igneas Petri ore difflatas et nominato Christo euanuisse: uiderant, inquam, fidentem dis falsis et ab eisdem metuentibus proditum pondere praecipitatum suo cruribus iacuisse praefractis, post deinde perlatum Brundam cruciatibus et pudore defessum ex altissimi culminis se rursum praecipitasse fastigio. quae omnia uos gesta neque scitis neque scire uoluistis neque umquam uobis necessaria iudicastis, ac dum uestris fiditis cordibus et quod typhus est sapientiam uocatis, dedistis circumscriptoribus locum, illis, inquam, noxiis, quorum nomen interest obsolefieri Christianum, superfundendi caligines atque obscurandi res tantas, eripiendae uobis fidei subiciendique contemptus, ut, quia sibi praesentiunt finem pro meritis imminere, uobis quoque immitterent causam, per quam periculum adire possetis et uiduari benignitate diuina.
13 interea tamen o isti, qui admiramini, qui stupetis doctorum et philosophiae scita, ita non iniustissimum ducitis inequitare, inludere tamquam stulta nobis et bruta dicentibus, cum uel ea uel talia reperiamini et uos dicere quae nobis dici pronuntiarique ridetis? nec mihi cum his sermo est qui per uaria sectarum deuerticula dissipati has atque illas partes opinionum diuersitate fecerunt: | uos, uos appello qui Mercurium, qui f. 33b

2 aput *P corr* 3 aput *P corr* frygas *P* 4 acaia *P* epyro *P* 6 essent *Stewechius*: sint *P* 7 ritibus *Stewechius* 9 currum *Meursius, r*: cursum *P* paetri *P corr* 11 diis *P* 13 Brendam *Meursius* altissimis *P corr* 16 et *Sab in err*: ut *P* typhas *Gel*: typus *P* 19 aeripiendae *P corr* 20 subiciendiquae *P corr* 24 philosofyae *P* inaequitare *P* 26 repperiamini *P* pronuntiariquae *P corr* 28 diuerticula *Sab*

Platonem Pythagoramque sectamini, uosque ceteros, qui estis unius mentis et per easdam uias placitorum inceditis unitate. audetis ridere nos, quod patrem rerum ac dominum ueneramur et colimus quodque illi dedamus et permittamus spes nostras? quid Plato uester in Theaeteto, ut eum potissimum nominem, nonne animo fugere suadet e terris et circa illum semper quantum fieri potis est cogitatione ac mente uersari? audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere confitemur sed a uobis aliter quam sentiamus audiri? quid in Politico idem Plato? nonne cum mundus occeperit ab occiduis partibus exoriri et in cardinem uergere qui orientis est solis, rursus erupturos homines telluris e gremio scribit senes canos decrepitos et cum anni coeperint accedere longiores per eosdem gradus quibus hodie crescitur ad incunabula infantiae desituros? audetis ridere nos, quod animarum nostrarum prouideamus saluti id est ipsi nobis? quid enim sumus homines nisi animae corporibus clausae? uos enim non omnes pro illarum geritis incolumitatibus curas? non quod uitiis omnibus et cupiditatibus abstinetis, metus ille uos habet, ne uelut trabalibus clauis adfixi corporibus haereatis? quid
f. 34 illi sibi uolunt secretarum | artium ritus, quibus adfamini nescio quas potestates, ut sint uobis placidae neque ad sedes reme-
14 antibus patrias obstacula impeditionis opponant? audetis ridere nos, cum gehennas dicimus et inextinguibiles quosdam ignes, in quos animas deici ab earum hostibus inimicisque cognouimus? quid Plato idem uester in eo uolumine, quod de animae inmortalitate conposuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluuios et Pyriphlegetontem nominat, in quibus animas adseuerat uolui mergi exuri? et homo prudentiae non

5 p. 173 10 p. 270 26 Phaed. p. 113

3 qui *Sab* deum *Sab* 5 Theaeteto *Sab:* theato *P* 6 adde (*eras*) suadet *P* 7 potis *Salm:* potes *P* pote *Sab* 10 im *P* 11 occeperit *Sab:* acceperit *P* uergere *Sab:* uercere *P* 15 redituros *Urs* exituros *Salm* 19 abstineatis *Sab* 20 traualibus *P* 24 quosdam *Sab:* quasdam *P* 28 Cocytum *Gel:* cocytem *P* pyriflegetontem *P* nominat, in *Sab:* nominati *P*

paruae et examinis iudiciique perpensi rem inenodabilem suscipit, ut cum animas dicat immortales, perpetuas et corporali soliditate priuatas, puniri eas dicat tamen et doloris adficiat sensu. quis autem hominum non uidet, quod sit immortale, quod simplex, nullum posse dolorem admittere, quod autem sentiat dolorem, immortalitatem habere non posse? nec tamen eius auctoritas plurimum a ueritate declinat. quamuis enim uir lenis et beniuolae uoluntatis inhumanum esse crediderit capitali animas sententia condemnare, non est tamen absone suspicatus iaci eas in flumina torrentia flammarum globis et caenosis uoraginibus taetra. iaciuntur enim et ad nihilum redactae interitionis perpetuae frustratione uanescunt. sunt enim mediae qualitatis, | sicut Christo auctore compertum est, et f. 34b
interire quae possint deum si ignorauerint, uitae et ab exitio liberari, si ad eius se misericordias atque indulgentias adplicarint, ut quod ignotum est pateat. haec est hominis mors uera, haec nihil residuum faciens — nam illa quae sub oculis cernitur animarum est a corporibus diiugatio, non finis abolitionis extremus — haec inquam est hominis mors uera, cum animae nescientes deum per longissimi temporis cruciatum consumentur igni fero, in quem illas iacient quidam crudeliter saeui et ante Christum incogniti et ab solo sciente detecti. quare nihil est quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur 15
spes cassas id quod a nouis quibusdam dicitur uiris et inmoderata sui opinione sublatis, animas immortales esse, domino rerum ac principi gradu proximas dignitatis, genitore illo ac patre

1 paruae *Canterus:* prauae *P* iudiciiquae *P corr* rem *Sab, r:* re *P* 2 et *Gel:* et ex *P* 3 doloribus *Sab* 4 sensu *Urs:* sensum *P* sensuum *Sab in err* 9 condemnari *Sab* 11 cenosis *P* tetra *P* 13 qualitatis *Gel:* qualitates *P* 14 *ab *P* 15 liberar*i* *P* se misericordias *scripsi:* seminas *P* semina *Sab* se minas *Gel* se misericordiam *Urs* applicarint *Gel:* adplicarent *P* 16 ut *scripsi:* et *P* et ut *Gel* 17 *sqq. verba* nam ... extremus *parenthesin efficere editores non intellexerunt* 20 perlongissimi temporis cruciatu *Sab* circuitum *Urs* consumuntur *Sab* 21 ignifero *Sab* iacient *Salm:* iacent *P* iaciunt *Sab* 22 anti *P* 24 cassas. id *uulgo* id *om Sab* nouis *Gel:* nobis *P* 25 sui *Gel:* sibi *P* domino *Vahlenus:* deo *P* 26 ac *om Urs* dignitatis *Sab:* dignitates *P*

prolatas, diuinas sapientes doctas neque ulla corporis attrectatione contiguas. quod quia uerum et certum est, a perfecto sumus inemendabili perfectione prolati, inculpabiles et ideo inreprehensibiles uiuimus, boni iusti et recti, uitiositatis nullius rei, nulla cupiditas nos uincit, nulla libido dehonestat, uirtutum omnium seruamus atque integramus tenorem. et quia uno ex fonte omnium nostrum defluunt animae, idcirco unum conueniensque sentimus, non moribus, non opinionibus discrepamus,
f. 35 idem omnes nouimus nec, quot in orbe sunt homines, nobis sunt
16 sententiae totidem neque infinita uarietate | discretae. at dum ad corpora labimur et properamus humana, ex mundanis circulis secuntur nos causae, quibus mali simus et pessimi, cupiditatibus atque iracundia ferueamus, exerceamus in flagitiis uitam et in libidinem publicam uenalium corporum prostitutione damnemur. et quemadmodum se possunt incorporalibus corpora coniungere aut a deo principe res factae ab infirmioribus causis ad uitiorum dehonestamenta traduci? uultis homines insitum typhum superciliumque deponere, qui deum uobis adsciscitis patrem et cum eo contenditis immortalitatem habere uos unam? uultis quaerere peruestigare rimari, quid sitis uos ipsi, cuius sitis, censeamini quo patre, quid in mundo faciatis, quanam ratione nascamini, quo pacto prosiliatis ad uitam? uultis fauore deposito cogitationibus tacitis peruidere animantia nos esse aut consimilia ceteris aut non plurima differitate distantia? quid est enim, quod nos ab eorum indicet similitudine discrepare? uel quae in nobis eminentia tanta est, ut animantium numero dedignemur adscribi? ex ossibus illis fundata sunt corpora et neruorum conligatione deuincta: et nobis comparili

1 ulla *Sab:* ull*am *P* 2 est *scripsi:* est et *P* 5 uincit *Sab:* uincet *P* 9 idem *Zinkius:* deum *P* quod *P* nobis *Oehlerus:* non *P om Sab* 10 at *Gel:* ac *P* 11 ad *Sab, r:* ac *P* lauimur *P corr c* 12 fimus *Elmenhorstius* fiamus ? 13 flagiti*i*s *P* 15 sed *Urs* 17 insitum typhum *Klussmannus:* institutum *P* 'fasti typhum *uel* fastum, typhum *uel* o isti typhum' *Urs* istum typhum *Salm* 18 deum *Gel:* dum *P* 23 fastu *Urs* tumore *Salm* feruore *Klussmannus* 24 ceteris aut *Gel:* cetera ut *P* 25 *discrepare *P*

ratione ex ossibus fundata sunt corpora et neruorum conligatione deuincta. auras accipiunt naribus et per anhelitum reciprocatas reddunt: et nos spiritum consimiliter ducimus et respiramus commeatibus crebris. femininis generibus masculinisque distincta sunt: | in totidem et nos sexus nostro sumus ab auc- f. 35b tore formati. edunt per uteros fetus et corporalibus conciliis procreant: et nos corporum coniugationibus nascimur et ex aluis fundimur atque emittimur matrum. cibo sustentantur et potu et superfluas foeditates inferioribus egerunt abiciuntque posticis: et nos cibo sustentamur et potu et quod natura iam respuit per eosdem effundimus tramites. cura illis est omnibus famem prohibere mortiferam et necessario inuigilare pro uictu: quid aliud nos tantis agimus in occupationibus uitae, nisi ut ea quaeramus quibus famis periculum deuitetur et infelix sollicitudo ponatur? morbos illa et inedias sentiunt et ad ultimum senectute soluuntur: quid enim? nos immunes malis ab his sumus et non eadem ratione morborum incommoditatibus frangimur et senectutis destruimur tabe? quod si et illud est uerum, quod in mysteriis secretioribus dicitur, in pecudes atque alias beluas ire animas improborum, postquam sunt humanis corporibus exutae, manifestius comprobatur, uicinos nos esse neque interuallis longioribus disparatos. siquidem res eadem nobis et illis est una, per quam esse animantia dicuntur et motum agitare uitalem. sed rationales nos 17 sumus et intellegentia uincimus genus omne mutorum. crederem istud uerissime dici, si cum ratione et consilio cuncti homines uiuerent, seruarent officiorum tenorem, abstinerent ab inlicitis sese, | negotia turpia non adirent, neque quisquam f. 36 prauitate consilii atque ignorantiae caecitate contraria sibimet atque inimica deposceret. uellem tamen scire, quaenam sit haec

3 spiritu *Sab* 4 crebris] reciprocis *?* 5 sexus *Sab:* sexu *P* 6 conciliis *Sab:* consiliis *P* 8 aluis *Sab:* alueis *P* emittimur. matrum cibo sustentamur et potu. et *Sab* 15 illa *Sab:* illas *P* inaedias *P* 18 tabe *Sab:* tubae *P* 20 ueluas *P corr* 21 exutae *Gel:* sumptae *P* 'exutae *uel* submotae *uel* (humanis rebus) exemptae' *Urs* 24 dicuntur *scripsi:* dicitur *P* dicimur *Urs* 28 sese *Salm:* esse *P* et si *Sab* 29 prauitate *Gel:* paruitate *P*

ratio, per quam sumus potiores animalium generibus cunctis. quia nobis domicilia fecimus, quibus possimus hiemalia frigora et aestatis flagrantias euitare? quid, animantia cetera huius rei prouidentiam non habent? nonne alia cernimus opportunissimis sedibus nidulos sibi construere, mansiones alia e saxis et rupibus tegere et communire suspensis, excauare alia telluris sola et in fossibilibus foueis tutamina sibimet et cubilia praeparare? quodsi ministras manus illis etiam donare parens natura uoluisset, dubitabile non foret, quin et ipsa construerent moenium alta fastigia et artificiosas excuderent nouitates. tamen in his ipsis quae rostris atque unguibus faciunt, multa inesse conspicimus rationis et sapientiae simulacra, quae homines imitari nulla meditatione possimus, quamuis sint nobis opifices
18 manus atque omni genere perfectionis artifices. uestem illa non norunt, sellas naues atque aratra conpingere nec denique superlectilem ceteram quam familiaris usus exposcit. non sunt ista scientiae munera sed pauperrimae necessitatis inuenta. neque cum animis artes caeli ex penetralibus ceciderunt, sed exquisitae et natae sunt in terris hic omnes et cum processu
f. 36b | temporum paulatim meditatione conflatae. quodsi haberent scientias animae, quas genus scilicet habere diuinum atque immortale condignum est, ab initio homines cuncti omnia scirent nec saeculum esset ullum, quod artis esset ignarum alicuius aut rerum experientia non paratum. nunc uero inops uita et multarum indigens rerum fortuita conspiciens quaedam commodule prouenire, dum imitatur experitur et temptat, dum labitur reformat immutat, ex adsidua reprehensione paruas et concinnauit scientiolas artium et ad unum exitum temporibus

5 nidulos *scripsi:* nidulorum *P* construere mansiones, alia *uulgo* alia e *scripsi:* aliae *P* alia *Sab* saxis se *Urs* 7 fossilibus *Sab* sibimet *Sab:* simet *P* 9 construerent *Gel:* construeret *P* 10 artificiosas *r:* artificiosa *P* nouitate *Sab* nauitate *Urs* 13 possumus *Sab* 14 omnigenae *Urs* 18 penetrabilibus *Sab corr in err* 21 scientias *Sab:* sentias *P* scilicet *scripsi:* et *P om Gel* nosse et *Vahlenus* 23 esset *Sab, r:* esse *P* illum *P corr c* esset *Sab, r:* esse *P*

plurimis coemendatas perduxit. quodsi homines penitus aut **19**
ipsos se nossent aut intellectum dei suspicionis alicuius acciperent aura, numquam sibi adsciscerent diuinam immortalemque naturam nec existimarent quiddam magnificum se esse, quia sibi craticulas trulleos creterrasque fecerunt, quia subuculas suppara laenas lacernulas trabeas cultros loricas et gladios, quia rastra securiculas uomerem. numquam, inquam, crederent typho et adrogantia subleuati, prima esse se numina et aequalia principis summitati, quia grammaticam musicam oratoriam pepererunt et geometricas formulas: in quibus artificiis quidnam insit admirabile non uidemus, ut ex eorum inuentione credatur esse animas potiores et sole et sideribus cunctis, hunc totum, cuius membra sunt | haec, mundum et dignitate et f. 37
substantia praeterire. quid enim aliud se spondent uel insinuare posse uel tradere, quam ut regulas nominum differentiasque noscamus, ut interualla in uocum sonis, ut loquamur suadenter in litibus, ut terrarum continentias metiamur? quae si secum animae diuinis ex regionibus adtulissent, ea esset necessarium scire omnis, ea iamdudum in omni orbe tractarent neque ullum hominum reperiretur genus, quod non esset his omnibus aequaliter atque uniformiter eruditum. nunc uero in mundo quotusquisque est musicus dialecticus et geometres, quotus orator poeta grammaticus? ex quo apparet, ut saepius dictum est, inuenta haec esse locorum necessitate ac temporum neque diuinas et eruditas aduolauisse huc animas, quod neque

1 coemendatas *scripsi:* coemendata *P* commendatas *Sab* commentata *Urs* paenitus *P* 3 aura *Sab:* auras *P* 4 esse] nosse *Sab* 5 craticulas *Sab:* graticulas *P* trullas *Sab* creterrasque *Hildebrandius:* ceteraque *P* craterasque *Urs* 6 lenas *P* lo*ricas *P* 7 qui *Sab* saecuriculas *P* 8 tyfo *P* typo *Sab* 9 principi *Liuineius* quia *Urs:* qui *P* 10 pepererunt *scripsi:* pepererant *P* repererunt *Urs* 12 et hunc *Urs* 13 *mundum *P* dignitatem *P corr* 14 insi*nu*are *P* 16 **** noscamus *P* sonis *Gel:* sonos *P* 17 metiamur *Sab:* mentiamur *P* 18 regionibus *Sab in err, r:* religionibus *P* ea *scripsi:* et *P* aut *Urs* 19 scire, omnes *uulgo* omnes *c'* 20 repperiretur *P* 21 omnibus *Gel, r:* hominibus *P* ominibus *Sab* 22 ge°metres *P* 24 necessitatem *P corr* 25 diuinitus *Gel* et *add Vahlenus* eruditus *P corr c'* aduolabisse *P corr*

omnes doctae sint neque discere omnes possint et sint in his plurimae acuminis obtunsioris et bardi et ad discendi studium plagarum coercitione cogantur. quodsi ea quae discimus reminiscentias esse constaret, ut antiquis opinionibus scitum est, conueniebat nos omnes ab una ueritate uenientes unum nosse unumque reminisci, non habere diuersas, non plurimas dissidentisque sententias; nunc uero cum singuli aliud atque aliud adseramus, manifestum et promptum est nihil nos adtulisse de caelo sed hic nata addiscere et suspicionibus coalita uindicare.

20 et ut uobis clarius manifestiusque monstremus, cuius sit | pretii
f. 37b homo, quem simillimum creditis potentiae superioris existere, concipite animis hanc imaginem uestris et, quod fieri si adgrediamur potest, tamquam si simus adgressi, similitudinis adsumptione teneamus. sit igitur nobis tellure in effossa locus habitabilis formam cubilis efficiens, tecto et parietibus clausus, non algidus in frigore, non feruoris nimii in calore, sed ita temperatus et medius, ut nec frigoris sensum nec ardorem ualidum perpetiamur aestatis. in hunc sonus omnino nullius incidat uocis, non auis, non bestiae, non tempestatis, non hominis, non denique fragoris alicuius aut concrepantis terribiliter caeli. excogitemus deinde quemadmodum lumen accipiat: non ex inlato igni neque ex sole conspecto sed nothum aliquid fiat, quod imaginem luminis caligine interposita mentiatur; ianua non una sit nec sit introitus rectus, adeatur inflexibus flexuosis nec recludatur aliquando, nisi cum necessaria ratio

21 postularit. nunc quoniam imagini praeparauimus sedem, acci-

1 possint et *Gel:* possunt ut *P* possint, cum *Urs* 2 *acuminis *P* tardi *Sab* 3 quodsi] *Gel:* quod et si *P* 6 diuersas *P* dissidentisquae *P corr* dissidentesque *c* 9 natos *Urs* discere *Urs* 10 praetii *P* 16 algidus in *r*, *Salm:* algidum *P* algidus *Sab* nimii *Urs:* nimium *P* nimius *Canterus* 17 frigoris hiemalis *Urs* 18 perpetiatur *Sab* sonus *Sab:* sonum *P* 19 uestiae *P corr* non tempestatis ?*delendum uidetur* non hominis non tempestatis *Meursius* tempestatis *Sab, r:* tempestates *P* 22 nothum *Urs:* notum *P* 24 non] modo *Zinkius* sed adeatur *Urs* inflexionibus *Sab*

piamus deinceps mox aliquem natum et * in loci illius hospitium, quod habeat rem nullam et sit inane ac uacuum. Platonica licet aut Pythagorea progenie aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuisse diuini aut ex deum responsis sapientissimi nuncupati. quod cum actum fuerit, nutriri ut debeat sequitur et ali|moniis conuenientibus educari. adhi- f. 38
beamus igitur et nutricem, quae semper ad eum nuda, semper silens accedat, uerbum nullum faciens nec in sermonis alicuius similitudinem ora et labra diducat, sed cum mammas dederit et consequentia supplerit officia, datum quieti linquat et ante fores clausas dies noctesque continuet: poscit enim plerumque res, nutricias adesse curas et obseruare temporarios motus. at uero cum coeperit solidioribus cibis infans debere fulciri, nutrice inferantur ab eadem ueste ut diximus posita et tenore reticentiae seruato. ipse autem qui infertur cibus sit unus atque idem semper, nihil materia differens nec per uarios redintegratus sapores, sed aut fitilla de milio aut sit panis ex farre aut, ut saecula imitemur antiqua, ex cinere caldo glandes aut ex ramis agrestibus baculae. potio autem uini sit prorsus incognita nec sedandae aliud admoueatur siti quam liquor purus e fontibus caldore ignis intactus et, si fieri potis est, manibus subministratus cauis. fiet enim familiaris e more consuetudo in naturam uersa nec adpetitio porrigetur ulterius, esse amplius nesciens quod petatur. quorsum igitur haec spectant? **22**
ut, quoniam creditum est, animas diuinas atque immortales esse et ad hominum corpora disciplinis cum omnibus aduolare, experiamur ex isto quem hoc genere uoluimus educari, capiatne

1 et *om Urs* *lacunam signaui* 3 pytagorea *P* 4 diuini *Sab:* diuinis *P* 6 et *Sab:* ut *P* 8 sermonis alicuius similitudinem *scripsi:* sermonis alicuius *P* sermone alicuius *Sab* sermonem aliquem *Gel* sermones aliquos *Urs* 9 diducat *Gel:* deducat *P* 14 inferatur *Sab* 15 infer*tur *P* 16 redintegratus *Sab:* redintegratos *P* 17 fitilla *Salm:* fit illa *P* sit ille *Sab* 18 glandes *Sab:* grandes *P* 20 furus *P corr* 22 subministratus *Gel:* subministratum *P* 23 porrigetur *Urs:* corrigetur *P* 25 atque *Vahlenus:* adeo *P* a deo *Sab* atque adeo *Urs*

f. 38b res fidem an sit leuiter credita et frustrabili | expectatione praesumpta. procedat igitur nobis solitudine in operta nutritus quot uultis annos agens: uultis uicenarius? uultis tricenarius? immo cum annos fuerit quadraginta permensus, mortalium conciliis inferatur, et si uerum est, illum principalis esse substantiae portionem † iam laeta ex fontibus uitae deriuatum hic agere, antequam notitiam rei sumat alicuius aut sermone imbuatur humano, det responsum rogatus, quisnam sit ipse aut quo patre, quibus sit in regionibus editus, quo pacto aut quanam ratione nutritus, quid operis aut negotii celebrans ante acti temporis decurrerit aeuitatem: ita ille non omni pecore ligno saxo obtunsior atque hebetior stabit, non missus in res nouas et numquam sibi ante cognitas ipsum sese est ante omnia nesciturus? poteritne, si quaeras, sol quid sit ostendere, terra maria sidera nubes nebula pluuiae tonitrua nix grando? poterit arbores scire quid sint, herbae aut gramina,
23 taurus equus aut aries, camelus elephantus aut miluus? esurienti si dederis uuam mustaceum caepe carduum cucumerem ficum, sciet posse sedari omnibus ex his famem aut quo genere singula esse debeant esui? ignem si plurimum feceris aut uenenatas circumposueris bestias, nonne ibit per medias flammas uiperas solifugas, esse noxias nesciens et timere ipsum quid sit ignorans? iam uero si uestem, si superlectilem ponas
f. 39 in medio tam urbanam | quam rusticam, eritne, idem ut possit discriminare, discernere, cui negotio res quaeque conueniat, cuius muneris adcommodata sint usui? indicet in quos habitus uestis stragula facta sit, mitra strophium fascia

1 expectatione *Sab:* expectatio *P* 3 quod *P corr* 6 portionem *Gel:* portione *P* iam laeta] et *Gel* tam lectam (lautam *Zinkius*) et *Stewechius* tam laetam *Salm* iam laetae *Vahlenus* 13 est] esse *Sab* 15 plubiae *P* 17 camellus *P corr* elefantus *P* mulus *Stewechius* 18 mustacium *P* 19 is *P corr c* 20 debeant esui? *Salm:* debeant et sui *P* debeant? et sibi *Sab* debeat? et sibi *Urs* 22 solifugas *Sab:* solisfugas *P* 25 discernere *expunxit c′, om Sab* 27 strofium *P*

puluinus mucinnium laena calautica mantele mastruca soccus solea calceus? quid si adicias quaerere rota quid sit aut tribula, uannus dolium cupa, trapetum uomis aut cribrum, mola buris aut sarculum? quid arquata si sellula, acus strigilis polubrum siliquastrum trulla lancicula candelabrum pattioca scopae scyphus saccus? quid si cithara tibia argentum aes aurum codex radius liber? quid instrumenta si cetera quibus uita succingitur et continetur humana? ita ut diximus ille non bouis ritu aut asini, porci aut si ullum est animal tardius, conspiciet haec quidem formaturas uarias respectans sed quae sint singula nesciens et quam in causam possideantur ignorans? nonne uocem si fuerit necessitate aliqua coactus emittere, ut solemne est mutis, inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit? quid in Menone, o Plato, **24**
quaedam rationibus numeri admota ex puerculo sciscitaris et ex eius niteris responsionibus comprobare, quae discamus non discere sed in eorum memoriam quae antiquitus noueramus redire? qui si tibi uere respondet — non enim nos conuenit fidem rebus abiudicare quas dicis — non rerum scientia sed intellegentia ducitur, et ex eo quod aliquos numeros cottidianis habet ex usibus notos fit ut sequatur rogatus et ipsa illum semper | multiplicationis adducat accessio. quodsi uere confidis f. 39b
immortales huc animas et plenas scientiae peruolare, adulescentulum istum rogare desinito, quem esse conspicis gnarum rerum et humanitatis esse in finibus constitutum: quadragenarium istum ad te uoca et ex eo percontare non abstrusum

14 p. 82 sqq.

1 lena *P* cala*utica *P* utica *Sab* tunica *Gel* calantica *Salm* soccus solea calceus *Sab:* soccos solex calceos *P* 2 querere *P om Sab* rota] traha *Urs* 3 cribrum *Sab:* cibrum *P* 4 sit *Elmenhorstius* 5 strigil *Sab* polubrum *Gel:* colubrum *P* lenticula *Urs* 6 pattiocas *P om Sab* batiolae *Meursius* batiaca *Salm* scopae *Gel:* scophae *P* sacus *P* si *Sab:* sit *P* cithera *P corr* 7 aurum *om Sab* 9 bouis *Urs:* uobis *P* 11 sed *Urs:* et *P* 13 mutis *Gel:* multis *P* 14 clamauit *P corr c* 15 numeri *Sab:* muneri *P* sciscitaris et *Sab:* sciscitari sed *P* 16 quae *Sab:* quas *P* 19 adiudicare *Sab* 23 hunc *P corr* 24 gnarum *Urs:* ignarum *P* 25 esse *del Urs* 26 percontrare *P corr*

aliquid, non inuolutum, non de triangulis, non de quadratis, quid sit cubus aut dynamis, sesqueoctauus aut sesquetertius † ultimus, sed quod in medio situm est, bis bina, bis terna quam efficiant summulam quaerito. uolumus uidere, uolumus scire, quid rogatus respondeat, an inquisitam expediat quaestionem. ita ille sensurus est, quamuis ei pateant aures, an aliquid dicas, an aliquid quaeras, an tibi ab sese responderi aliquid postules? et non stipes ut aliquis aut Marpesia ut dictum est rupes stabit elinguis et mutus, hoc ipsum ignorans et nesciens, secum potius an cum altero conloquaris, cum altero sermocineris an secum, oratio sit ista quam promis an sonitus uocis nihil rerum significans sed inani continuatione pertractus?

25 quid dicitis, o uiri plus quam satis est uobis ex aliena generositate tribuentes? haecine est anima docta illa quam dicitis, immortalis perfecta diuina, post deum principem rerum et post daemones et genios locum optinens quartum et affluens ex crateribus uiuis? hic est ille pretiosus et rationibus homo augustissimis praeditus, mundus minor qui dicitur et totius f. 40 in speciem similitudinemque mundi fabricatus | atque formatus, nullo melior ut apparuit pecore, obtunsior ligno, saxo? qui nesciat homines et in mutis semper solitudinibus degat, demoretur, iners † ualeat inaere, quamuis annis uiuat innu-

8 Verg. Aen. 6,471

1 inuolutum *Sab:* uolutum *P* 2 cubus *Urs:* dib; *P* dynamis *Salm:* dynamus *P* pyramis *Urs* sesquioctauus *Sab* sesquitertius *Sab* 3 numerus *Urs* ultimo *Salm* arithmus *?* 4 summulam quaerito *Sab:* summula quaerit *P* 7 tibi *om Sab* ab sese respondere *Meursius tamquam ex codice:* absenseris ponderi *P* ab se responderi *Sab* 8 marpesia* 9 stauit *P corr* 10 cum altero sermocineris an secum *del Meursius* 11 promis an *Sab:* promisã *P* 12 pertractus *Sab:* pertractum *P* 14 haeccine est anima *Gel:* haec intestamina *P* 16 daemones et genios *Klussmannus:* mentes geminas *P* afluens *P* 17 grateribus *P* praetiosus *P* 18 augustissimis praeditus *Sab:* angustissimis praeditis *P* 19 similitudinemque mundi *scripsi:* similitudinis *P* similitudinemque *Urs* 20 qui cum *?* 22 demoretur *Sab, r:* demoret *P* idem erit *Salm* demoretur iners *uulgo* ueluti puer *Gel* ualeat manere *Salm* uelut infans est *?* uibat *P*

meris et numquam nodis corporeis eximatur. sed cum scholas attigerit et magistrorum fuerit institutionibus eruditus, efficitur prudens, doctus et quam nuper habuerat imperitiam ponit. et asellus et bos aeque usu atque adsiduitate cogendi discit arare ac molere, equus iugum subire et agnoscere in curriculo flexiones, camelus sese summittere siue cum sumit onera siue cum ponit, columba manumissa reuolare ad dominicas sedes, canis cum inuenerit praedam cohibere et continere latratum, uerba psittacus et integrare et nomina rostris expromere. sed **26**
ego cum audio nescio quid praestans animam dici, deo uicinum et proximum, scientem huc omnia superioribus aduentare de saeculis, nolo illam discere sed docere nec ex docta ut dicitur elementariam fieri sed retinentem res suas corporibus semet circumligare terrenis. nisi enim sese habuerit res ita, discerni qui poterit, utrumne illud quod audit reminiscatur an discat, cum multo facilius sit credere, discere illam quod nesciat quam oblitam quod paulo ante sciebat. ex oppositu corporis amittit repententiam priorum. et ubi est illud quod dicitur, † incorporalis animas substantiam non habere? quod enim nullius est corporis, oppositione alterius non inpeditur nec potest aliquid sua de ui perdere | id quod non potest tactum rei f. 40^b
oppositae sustinere. ut enim numerus sine corporibus constitutus, quamuis mille corporibus obruatur, intactus et inuiolabilis constat, ita necesse est animas, si sunt ut perhibetur incorporeae, obliuionem priorum nullam pati, quamuis eas solidissimae corporum circumligauerint uinctiones. quid quod eadem

1 scolas *P* 2 efficietur *Salm* 3 ponet *Salm* 4 cogente *Sab* 6 camellus *P corr* 7 reuolare *Gel:* reuocare *P* 9 psittapus *P corr* et *om Urs, Salm* integra *Urs* rostris *scripsi:* corsus *P* prorsus *Sab* coruus *Salm* exprimere *Urs* 10 praestrans *P corr* 11 hunc *P corr* 12 saeculis] sedibus *Urs* 15 audi^t *P* 16 sit *add Urs* 17 sciebat et (ex) oppositu *uulgo* ex *Urs:* et *P* 18 amitti *Gel* amittere *Urs* 19 incorporalem *Urs* incorporales *Stewechius* corporalem ? animas *in* anima *corr P* anima *Sab* 21 sua de ui *Oehlerus:* suaderi *P* uideri *Urs* 22 sine *scripsi:* in *P* in corporibus] incorporeus *Urs* 24 in corpore *P corr c* 25 obliuionem *Gel:* obliuione *P* 26 circumligaberint *P corr* uinctiones *Urs:* iunctiones *P*

ratio non tantum incorporeas indicat eas non esse, uerum etiam priuat immortalitate has omnis et ad fines adplicat quibus uita consueta est terminari? quicquid enim causa ingruente nonnulla ita mutatur et uertitur ut integritatem suam retinere non possit, id necesse est iudicari natura esse passiuum. quod autem est promptum atque expositum passioni, corruptibile
27 esse ipsa passibilitate interueniente denuntiatur. ergo si et animae perdunt omne quod nouerant, corporalibus uinculis occupatae patiantur necesse est aliquid quod eas efficiat obliuionis induere caecitatem. neque enim nihil omnino perpessae aut integritatem conseruantes suam possunt rerum scientiam ponere aut in alios habitus sine sui mutabilitate transire. atquin nos arbitramur, quod est unum, quod immortale, quod simplex, quacumque in re fuerit, necessario semper suam retinere naturam nec debere aut posse aliquid perpeti, si modo esse perpetuum cogitat et in finibus propriae immortalitatis haerere. omnis enim passio leti atque interitus ianua est, ad mortem ducens uia et ineuitabilem rebus adferens func-
f. 41 tionem *: quam si sentiunt animae | et tactui eius atque incursionibus cedunt, usu et illis est uita, non mancipio tradita, quamuis aliter quidam inferant et rei tantae fidem suis in
28 argumentationibus ponant. ac ne tamen instructi non plenius abeamus neu rideamur a uobis, quemadmodum dicitis animas, cum terrenis fuerint corporibus inuolutae, priorum reminiscentiam non habere, cum in ipsis corporibus positae et prope insensibiles eorum commixtione perfectae pertinaciter et fideliter teneant ea quae ante annos plures, si uelis dicere uel

2 pribat *P corr* immortalitate *Sab:* immortalitatem *P* 4 ut *Sab:* et *P* 7 denuntiatur *Sab:* denuntiat *P* 9 oblibionis *P corr* 13 arbitamur *P* 15 aliquid *Gel:* aliquod *P* 18 inaeuitabilem *P* 19 *lacunam signaui: intercidit* necessitas *uel simile uerbum* anime *P* 20 caedunt *P* illis *Gel:* illius *P* 23 ne (neu *scripsi*) rideamur *Meursius:* ne uideamus *P* ne (neu *Hildebrandius*) uideamur *Sab* audiamus *Gel* audire auemus *Urs* scire auemus *Salm* uideamus ne audiamus *Klussmannus* 24 reminiscentiam *Sab:* reminiis sententiã *P* 26 effectae *Urs* fideliter *Sab:* fideli *P* 27 aea *P corr*

octoginta uel hoc amplius, uel fecerunt uel passae sunt uel locutae sunt uel audierunt. si enim obstaculo perficitur corporis, ne meminerint eorum quae iamdudum et ante hominem sciebant, magis est ut ea debeant obliuisci quae conclusae in corporibus factitarunt quam quae foris positae ac nondum hominibus coniugatae. quod enim rebus ingressis priorum repetentiam detrahit, et intra se gesta inrecordabili debet obliteratione deperdere. una enim causa res duas efficere ac sibi contrarias non potest, ut aliorum memorias sopiat, alia patiatur actoris in recordationem uenire. quod si animae quas uocatis membrorum impediuntur obstaculo, quominus artes suas atque antiquas reminiscantur, in corporibus ipsis quemadmodum constitutae meminerunt et sciunt animas se esse et corporalem substantiam non habere, inmortalitatis condicione mactatas,
quem teneant in rebus gradum, quo sint | ordine a deo patre f. 41
discretae, ad infima haec mundi quanam ratione peruenerint, quas ex quibus circulis qualitates, dum in haec loca labuntur, adtraxerint? quemadmodum, inquam, sciunt doctissimas se fuisse et obstructione corporum amisisse quae nouerant? et hoc ipsum enim nescire debuerant, si aliquid eis labis corporalis inuexisset adiunctio: nam scire quid fueris et quid hodie non sis, non est signum memoriae perditae sed comprobatio indiciumque seruatae. quae cum ita se habeant, desinite, quaeso, **29**
desinite res paruas atque exigui mominis immanibus pretiis aestimare, desinite hominem, proletarius cum sit, classicis, et capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis, cum sit inops, paupere lare et tugurii pauperis nec patriciae claritatis

5 positae ac *scripsi:* positae *P* positae et *Urs* 6 rebus *del Rigaltius* se ? rerum ? 9 contrarias *Gel:* contraria *P* 12 atque *om Urs* antiqua *Oberthuerius* '*aut* antiqua *scribendum est aut, id quod malo, substantiuum neutrum plurale intercidisse uidetur*' *Klussmannus* 15 teneant *Gel:* tenent *P* 16 imfima *P* 20 labis *Sab:* labes *P* 22 **sed *P* 23 seruatae *Sab:* seruare *P* 24 mominis *Meursius:* nominis *P* praetiis *P* 25 desinit*e *P* proletarius *Gel:* proletari *P* protelari *Sab* classicis *Urs:* classicus *P* classibus *Gel* 26 capite (e *ex* ae) *P* caput *Sab* cum *add Gel* 27 paupere *Kettnerus:* pauper *P* patriciae *Gel:* patriae *P*

unquam meritus nuncupari. cum enim uos oporteret uiros recti atque integritatis auctores typhum et adrogantiam frangere, quorum alis cuncti extollimur et inani distendimur uanitate, non tantum accidere mala ista non censetis, uerum quod grauius multo est, addidistis causas quibus et uitia crescerent et inemendabilis nequitia permaneret. quis est enim hominum, quamuis ille sit indolis infamia semper atque ignominiosa fugientis, qui cum dici exaudiat uiris ab sapientibus maxime, immortalis animas esse nec fatorum esse obnoxias legibus, non in omnia flagitia praeceps se ruat, non securus,
42 f. intrepidus res obeat atque | adgrediatur inlicitas, non denique omnia suis cupiditatibus largiatur quae libido inpotens iusserit, inpunitatis praeterea etiam libertate munita? quid enim prohibebit, quominus haec faciat? metus supernae potestatis iudiciumque diuinum? et qui poterit territari formidinis alicuius horrore, cui fuerit persuasum tam se esse immortalem quam ipsum deum primum nec ab eo iudicari quicquam de se posse, cum sit una immortalitas in utroque nec ui alterius altera
30 condicionis possit aequalitate uexari? sed memoratae apud inferos poenae et suppliciorum generibus multiformes? et quis erit tam brutus et rerum consequentias nesciens, qui animis incorruptibilibus credat aut tenebras Tartareas posse aliquid nocere aut igneos fluuios aut caenosis gurgitibus paludes aut rotarum uolubilium circumactus? quod enim contiguum non est et ab legibus dissolutionis amotum est, licet amnibus ambiatur flammeis, torrentium fluminum uoluatur in caeno, saxorum imminentium casibus et immanium montium operiatur

1 meritus *Sab:* meritis *P* meritus heres ? patris clari, tantis cum meritis nuncupare *Salm* 2 auctorest *P corr* tyfum *P* Typhaeum *Sab* Typhoeum *in err* 3 alis *Urs:* malis *P* inani *Urs:* inanium *P* inani omnes ? 4 alas istas *Urs* non *add Klussmannus* 7 infamiam *Sab* 9 immortalis (i *in* e *corr*) *P* 10 se *om Gel* securus *expunxit c, om Sab* 14 supernae *Urs:* superbae *P* superae *idem Urs coniecit* 17 quiquam *P corr r* 18 ui *Meursius:* in *P* 19 conditionis *P* 20 ecquis *Sab* 24 *in mg c* ℞ 25 a^{m}otum *P* tutum *Salm* amnibus *scripsi:* omnibus *ex* omniuus *P* 26 flammeis *scripsi:* flammis *P* torrentium *Sab:* terrentium *P* flammis torrentium fluminum, uoluatur *uulgo* caeno *Sab:* caeno non *P*

ruinis, inlibatum necesse est permaneat et intactum neque ullum sensum mortiferae passionis adsumere. quid quod ista persuasio non tantum est incitatrix ad uitia libertate ex ipsa peccandi, uerum etiam philosophiae ipsius causam tollit et inaniter eam suscipi superuacanei | operis difficultate declarat. f 42b
nam si uerum est, animas nullius esse participes finis et cum omnibus saeculis aeuorum perpetuitate procedere, quid periculi res habet contemptis praetermissisque uirtutibus, quibus est contractior atque horridior uita, uoluptatibus se dare ac per omnia libidinum genera effrenatum spargere inmensae cupiditatis ardorem? ne deliciis marceat et corrumpatur mollitudine uitiorum? et qua poterit ratione corrumpi id quod immortale, quod semper est et nulli obnoxium passioni? ne sordescat et polluatur actionum turpium foeditate? et qui poterit pollui corporalem quod substantiam non habet, aut ubi sedem contaminatio ponere, ubi spatium nullum est in quo nota se possit ipsius contaminationis adfigere? rursus uero si animae leti adeunt ianuas, Epicuri ut sententia definitur, nec sic causa est conpetens, cur expeti philosophia debeat, etiamsi uerum est purgari hac animas atque ab omni puras uitiositate praestari. nam si communiter obeunt et cum ipsis corporibus sensus eis deperit extinguiturque uitalis, non tantum est erroris maximi uerum stolidae caecitatis, frenare ingenitos adpetitus, cohibere in angustiis uitam, nihil indulgere naturae, non quod cupidines iusserint atque instigauerint facere, cum nulla te praemia tanti laboris expectent cum dies mortis aduenerit et corporalibus fueris uinculis exsolutus. medietas | ergo quaedam et 31
animarum anceps ambiguaque natura locum philosophiae peperit f. 43
et causam cur appeteretur inuenit, dum periculum scilicet ex

2 adsumat *Urs* 5 superuacanei *Sab:* superuacuaneis *P* superuacua *Stewechius* 8 *·uirtutibus *P* 10 spatiari *Stewechius* 11 ardore *Stewechius* merceat *P corr* 16 ponere *Sab:* poneret *P* 17 russus *P* 18 sic *Sab:* si *P* 19 filo°°phia *P* sit *Urs* 20 hac *Urs:* has *P* 21 cum *Urs:* in *P* 22 bitalis *P* 26 *ad*·uenerit *P* 28 philosofiae *P* 29 appeteretur *Sab, r:* appetere cur *P*

malis iste formidat admissis, alter concipit spes bonas, si nihil
sceleris faciat et cum officio uitam iustitiaque traducat. inde
est quod inter doctos uiros et ingeniorum excellentia praeditos
de animarum qualitate certamen est et eas alii dicunt mortali
esse natura nec diuinam posse substantiam sustinere, alii uero
perpetuas nec in naturam posse degenerare mortalem. quod
istud ut fiat, medietatis efficitur lege, quod et illis argumenta
sunt praesto, quibus eas passiuas atque interibiles esse inuenitur,
et his contra non desunt quibus esse diuinas immortalesque
32 monstratur. haec cum ita se habeant et cum ab summo tra-
ditum teneamus auctore, non esse animas longe ab hiatibus
mortis et faucibus constitutas, posse tamen longaeuas summi
principis munere ac beneficio fieri, si modo illum temptent ac
meditentur adgnoscere — eius enim cognitio fermentum quod-
dam est uitae ac rei dissociabilis glutinum — tum deinde
feritate atque inhumanitate depositis resumant ingenia mitiora,
ut ad illud quod dabitur esse possint paratae, quid est quod
a uobis tamquam bruti et stolidi iudicemur, si propter hos
metus liberatori dedidimus et mancipauimus nos deo? aduersus
f. 43b ictus noxios | et uenenatos colubrarum morsus remedia saepe
conquirimus et protegimus nos lamminis, Psyllis Marsis uen-
dentibus aliisque institoribus atque planis, ac ne nobis fri-
gora solesque incommodent rapidi, munimenta domorum ac
33 uestium sollicitae praeparamus diligentia cautionis. mortis
nobis cum proponatur metus id est animarum interitus, quid?
non ex commodi facimus sensu quo amamus nos omnes, quod
eum qui nobis spondet tali a periculo liberaturum retinemus
amplectimur animisque ipsis nostris, si modo iusta est uicissi-
tudo, praeponimus? uos uestrarum animarum salutem in ipsis

6 naturam *r, Salm:* natura *P* mortali *Sab* quid *Sab* 8 interibiles *Sab:* interribiles *P* esse *add Orellius* 8 his *Sab:* hii *P* 10 monstratur *Sab:* monstrantur *P* 12 longeuas (u *ex* b) *P* 13 ullum *Sab corr in err* 21 Psyllis *Sab in err:* phyllis *P* Marsisue *Oehlerus* 22 institoribus *Sab:* institutoribus *P* 23 munimenta *Sab:* monimenta *P* 24 diligentia *Sab in err:* diligentiam *P* 25 quid non *uulgo* quin *Urs* 26 communi *Urs* facimus *Sab:* facinus *P* sensus *P corr* quin *uel* quid *Urs* 28 uicissitudo *Sab:* ut uicissitudo *P*

uobis reponitis fierique uos deos uestro fiditis intestinoque conatu; at uero nos nobis nihil de nostra infirmitate promittimus naturam intuentes nostram uirium esse nullarum et ab suis adfectibus in omni rerum contentione superari. uos cum primum soluti membrorum abieritis e nodis, alas uobis adfuturas putatis quibus ad caelum pergere atque ad sidera uolare possitis; nos tantam reformidamus audaciam nec in nostra ducimus esse positum potestate res superas petere, cum et hoc ipsum habeamus incertum, an uitam accipere mereamur et ab lege mortalitatis abduci. uos in aulam dominicam tamquam in propriam sedem remeaturos uos sponte nullo prohibente praesumitis; at uero nos istud rerum sine domino fieri neque speramus posse neque ulli | hominum tantum potestatis attribui f. 44 licentiaeque censemus. cum igitur haec ita sint, quaenam 34 iniustitia tanta est, ut fatui uobis credulitate in ista uideamur, cum uos et similia credere et in eadem uideamus expectatione uersari? si inrisione existimamur digni, quod spem nobis huiusmodi pollicemur, et uos eadem exspectat inrisio, qui spem uobis immortalitatis adsciscitis. si tenetis alioqui sequiminique rationem, et nobis aliquam portionem ex ista ratione concedite. si nobis haec gaudia, hoc est uiam fugiendae mortis, Plato in Phaedro promisisset aliusue ex hoc choro possetque eam praestare atque ad finem pollicitationes adducere, consentaneum fuerat eius suscipere nos cultus a quo tantum doni expectaremus et muneris. nunc cum eam Christus non tantum promiserit uerum etiam uirtutibus tantis manifestauerit posse compleri, quid alienum facimus aut stultitiae crimen quibus rationibus sustinemus, si eius nomini maiestatique substernimur, a quo speramus utrumque, et mortem cruciabilem fugere et

2 at *Sab:* ac *P* 5 e *Urs:* se *P* senodes *Sab* enodes *Gel* 7 nostra *Sab:* nostram *P* ducimus *Sab:* dicimus *P* 8 sedes *Salm* 14 licentiaequae *P corr c* 19 alioqui *Oehlerus:* aliquis *P* aliquam *Sab* 20 aliquem *P corr* 21 uiam *Sab:* uia *P* 22 in *add Gel* foedro *P* Phaedone *Gel* **ex *P* 23 ad *Sab:* ad in *P* pollicitationes *Hildebrandius:* pollicitationis *P* 24 cultus *Sab:* cultos *P* 28 susternimur *Sab:* substernimus *P*

35 uitae aeternitate donari? sed si animae, inquiunt, mortales et qualitatis sunt mediae, immortales quemadmodum fieri mediis ex qualitatibus possunt? si nos istud nescire dicamus ac tantummodo auditum ex potentiore credidisse, ubi nostra uidebitur credulitas lapsa, si omnipotenti credidimus regi nihil esse
f. 44b difficile, nihil arduum, si quod | inpossibile nobis est factu, illi possibile atque ad modum obsecutionis paratum? est enim quod obstare eius uoluntatibus possit, aut quod esse uoluerit, non necessario sequitur ut fiat? an numquid nostris ex diuisionibus colligemus, quid aut fieri possit aut non possit, nec rationes considerabimus nostras tam esse mortales quam sumus nos ipsi et nullius apud principem mominis? et tamen, o isti, qui mediae qualitatis animas esse non creditis et in medio limite uitae atque interitus contineri, nonne omnes omnino, quos esse opinatio suspicatur, dii angeli daemones aut nomine quocumque sunt alio, qualitatis et ipsi sunt mediae et in ambiguae sortis condicione nutabiles? nam si omnes concedimus, unum esse rerum patrem, immortalem atque ingenitum solum, nihilque omnino ante illum quod alicuius uocaminis fuerit inuenitur, sequitur ut hi omnes quos opinatio credit deos esse mortalium aut ab eo sint geniti aut eo iubente prolati. si sunt prolati et geniti, et ordinis sunt posterioris et temporis; si ordinis posterioris et temporis, ortus necesse est habeant et exordia natiuitatis et uitae: quod autem habet introitum et uitae incipientis exordium, necessario sequitur ut habere debeat
36 et occasum. sed immortales perhibentur dii esse. non ergo natura, sed uoluntate dei patris ac munere. quo igitur pacto immortalitatis largitus est donum deis die certa prolatis, et animas hoc pacto dignabitur immortalitate donare, quamuis

1 uitam *Sab* mortales *Salm:* mortalis *P* et *Salm:* est *P om Sab* 3 tuntummodo *P corr* 6 factu *Sab:* factū *P* 7 admodum executioni *Sab* 9 no *P corr r* sequatur *Sab* non quid *Sab* diuinationibus *dubitanter Klussmannus* 12 nominis *Sab* 14 limitae *P corr* 17 mutabiles *Gel* 20 hii *P* credidit *Sab* 21 iuuente *P* prolati. si sunt *Urs:* prolati sunt *P* prolati sint *Sab* 22 et temporis si ordinis posterioris *add c* 28 largitus *Urs:* largiter *P* deis *Urs:* dei *P* die *add Klussmannus* certa] ex se *Urs* sorte incerta *Zinkius* 29 quamuis *Sab:* quas uis *P*

eas mors saeua posse uideatur extinguere et ad nihilum | redactas inremeabili abolitione delere. Plato ille diuinus multa de deo digna nec communia sentiens multitudini in eo sermone ac libro cui nomen Timaeus scribitur deos dicit et mundum corruptibilis esse natura neque esse omnino dissolutionis expertes, sed uoluntate dei regis ac principis uinctione in perpetua contineri. quod enim recte sit uinctum et nodis perfectissimis conligatum, dei bonitate seruari: neque ullo ab alio nisi ab eo qui uinxit et dissolui, si res poscat, et salutari iussione * donari. ergo si res est ita nec aliud conuenit uel existimare uel credere, quid animas admiramini mediae dici qualitatis a nobis, cum numinibus ipsis dicat Plato medias esse naturas, sed continuam et inocciduam uitam principali beniuolentia subrogari? si enim forte nescitis et antea uobis incognitum propter rei nouitatem fuit, accipite sero ac discite ab eo qui nouit et protulit in medium Christo, non esse animas regis maximi filias nec ab eo quemadmodum dicitur generatas coepisse se nosse atque in sui nominis esse substantia praedicari, sed alterum quempiam genitorem his esse, dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore diiunctum, eius tamen ex aula et eminentium nobilem sublimitate natalium. quodsi 37
essent ut fama est dominicae prolis et potestatis animae generatio principalis, nihil eis ad perfectionem | defuisset uirtute f. 45v
perfectissima procreatis, unum omnes intellectum habuissent unumque consensum, aulam semper incolerent regiam nec praetermissis beatitudinis sedibus, in quibus augustissimas nouerant retinebantque doctrinas, imprudenter adpeterent terrena haec loca, tenebrosis ut corporibus inuolutae inter pituitas et sanguinem degerent, inter stercoris hos utres et saccati

f. 45 (margin, line 1)

4 p. 41

4 libro *Sab:* libri *P* inscribitur *Sab* 5 corruptibiles *c* corruptibili *Sab* 8 ab alio nisi *Urs:* abolitionis* *P* 9 poscat *P* missione *Gel* uinctione *Salm* *lacunam signaui: inciderunt* dono immortalitatis *uel similia* 10 enodari *Vahlenus* est ita *sic c* (?) 11 dici* *P* 15 propte *P corr c* 18 esse substantia *Klussmannus:* esse sententia *P* essentia *Urs* 19 alterum *Gel:* ad alterum *P* 23 defuisset *Sab:* defuisse *P* uirtutem *P corr* 24 hausissent *Urs* 26 angustissimas *Sab corr in err* 27 retinebrantque *P corr*

obscenissimas serias umoris. sed habitari oportuit et has partis,
et idcirco huc animas tamquam in colonias aliquas deus omni-
potens misit. et quid homines prosunt mundo aut ob rei cuius
sunt necessarii causam, ut non frustra debuisse credantur parte
in hac agere et terreni esse corporis inquilini? ad consum-
mandam molis huius integritatem partem aliquam conferunt,
et nisi fuerint additi, inperfecta et clauda est uniuersitatis haec
summa? quid ergo, si homines non sint, ab officiis suis cessabit
mundus, uicissitudines suas non peragent sidera, aestates atque
hiemes non erunt, uentorum flamina conticescent nec ex coactis
et pendentibus nubilis ad terram decident imbres ariditatibus
temperamenta laturi? atquin necesse est cuncta suos ire per
cursus nec ab ordinis nati continuatione discedere, etiamsi no-
men in mundo nullum hominis audiatur orbisque iste terrarum
f. 46 solitudinis uacuae silentio | conticiscat. quemadmodum ergo
iactatur, habitatorem debuisse regionibus his addi, cum ab
homine liqueat nihil ad mundi perfectionem redire omniaque
eius studia commoditatem semper spectare priuatam nec a fini-
38 bus propriae utilitatis abscedere? quid enim prodest mundo,
ut ab rebus incipiam seriis, maximos reges hic esse? quid
tyrannos, quid dominos, quid innumeras alias atque amplissimas
potestates? quid rei militaris experientissimos duces, capien-
darum urbium peritos, in equestribus proeliis aut in pedestri
pugna immobiles atque inuictissimos milites? quid oratores
grammaticos poetas? quid scriptores dialecticos musicos?
quid pantomimos, quid mimulos histriones cantores tuba
tibiis calamoque flatantes? quid cursores, quid pugiles qua-
drigarios desultores grallatores funiambulos praestigiatores?
quid picarios salinatores bolonas unguentarios aurifices au-

1 obscaenissimas saerias *P* umoris *addidi* partes *c*
4 sunt *Gel:* sint *P* 5 terrenis *P corr* 8 cessauit *P corr c'*
12 adquin *P corr* 13 cursus *Sab:* cursum *P* 20 regis *P corr c* 23 aut im pedestri *P corr r* 24 immouiles *P corr*
inbictissimos *P corr* 27 tibia *Sab* 28 grallatores *Sab:* gallatores *P* 29 qui^{d} *P* picarios *scripsi:* pigarios *P* bigarios *Sab*
cybiarios *Salm* uolones *Sab*

cupes uannorum sirpiarumque uitores? quid fullones lanarios phrygiones cocos panchristarios muliones lenones lanios meretrices? quid institorum alia genera, quid professorum et artium, quibus enumerandis omnis aetas angusta est, rationibus conferunt et constitutionibus mundi, ut sine hominibus condi non potuisse credatur nec optenturus integritatem sui, nisi ei **39** contentio animalis miseri et superuacui iungeretur? nisi forte rerum dominus, quae temeritatis est maximae humano ex ore depromere, | idcirco ex se genitas huc animas misit, ut quae f. 46ᵇ fuerant apud se deae, corporei tactus et terrariae circumscriptionis expertes, humana inmergerentur in semina, feminarum ex genitalibus prosilirent, ineptissimos ederent continuarentque uagitus, exsugerent fellitantes mammas, proluuie linerent et madidarent se sua, tunc ad silentium pauidae nutricis motibus et crepitaculis adducerentur auditis. idcirco animas misit, ut quae fuerant simplices et bonitatis nuper innoxiae, simulare in hominibus discerent, dissimulare mentiri circumscribere fallere, adulatoria humilitate captare, mente aliud uoluere aliud in facie polliceri, inlaqueare, decipere dolis atque insidiis nescios, per innumeras artes malitiarum uenena conquirere et ad usum temporis pellaciae mobilitate formari? idcirco animas misit, ut in pacata et placida tranquillitate degentes adsumerent ex corporibus causas quibus ferae fierent et immanes, simultates atque inimicitias gererent, consererent inter se bella, expugnarent atque euerterent ciuitates, seruitutis opprimerent et manciparent se iugo et ad ultimum fierent alterius altera potestatis natalium condicione mutata? idcirco animas misit, ut inmemores ueritatis effectae et quidnam esset deus oblitae simulacris inertibus supplicarent, ligna aera et lapides diuina

1 uinctores *Sab* 2 frygiones *P* panchrestarios *Turnebus:* panchrystarios *P* 3 institorum *Sab:* institutorum *P* 4 omnis* *P* 5 conferre *Sab* 8 rerum dominus *Vahlenus:* rex mundus *P* rex mundi *Sab* quae *Vahlenus:* quem *P* quod *Urs* hore *P corr* 10 d*eae P* terrariae *Orellius:* temerariae *P* terrenae *Urs* 11 seminas *P corr* 13 ex*ugerent *P* 14 tunc] et ut *Sab* pauidi *Sab* 17 dissimulare mentiri *Sab:* dissimularent iri *P* 18 adolatoria *P* 20 nesci°s *P* ninumeras *P corr r* 21 pellaci *Urs* formare *Sab* 23 faerae *P corr* 24 uella *P corr*

f. 47 adloquerentur | ut numina, auxilia poscerent caesorum animantium cruore, nullam sui facerent mentionem, quinimmo ex his aliae ut dubitarent se esse aut ullum deum esse penitus abnegarent? idcirco animas misit, ut quae in sedibus propriis mente fuerant una, intellectu et scientia paribus, postquam formas induere mortales, opinionum discriminibus dissiderent, aliud aliis iustum, aliud utile uideretur et rectum, de appetendis rebus fugiendisque certarent, malorum ac bonorum alios aliae constituerent fines, ueritatem cupientibus noscere rerum opponeretur obscuritas et uelut oculorum luminibus uiduae nihil certum uiderent et per ancipites semitas suspicionum
40 inducerentur errore? idcirco animas misit, ut cum animantia cetera sponte natis alerentur et nulla satione prolatis neque domorum aut uestium tutamina sibi aut uelamenta conquirerent, miserabilis istis necessitas adderetur, ut cum impendiis maximis perpetuisque sudoribus domos sibi construerent, membrorum conficerent tegmina, superlectilem uariam diurnorum contraherent egestati, inbecillitatis auxilia animalibus mutuarentur a mutis, uim facerent terris, ut non sua sufficerent gramina, sed imperatas extollerent fruges, et cum sanguinem totum in subigenda tellure fudissent, robigine grandine siccitate spem laboris amitterent et ad ultimum ui famis humanis cadaueribus incubarent et ab hominum formis tabifica macie
f. 47b dissociarentur abiunctae? idcirco animas misit, | ut quae secum commorantes possessionis alicuius nullum umquam habuissent amorem, auarissimae hic fierent et in habendi studium inexaturabili pectoris ardescerent adpetitu, effoderent altos montes et uiscera ignota terrarum in materias uerterent alieni nominis atque usus, penetrarent abditas discrimine cum capitis nationes et translatis mercibus caritatem semper uilitatemque captarent,

1 poscerent *Gel:* poscerentur *P* poscerent eos *Salm* 3 his *Sab:* is *P* deum *addidi* 10 ut *Meursius* 11 suspitionum *Sab:* suscipionum *P* 13 nata *Sab* prolata *Sab* 17 diu^{r}norum *P* 18 aegestati *P* egestate *Sab* inuecillitatis *P corr* 21 fudissent *Sab:* fugissent *P* grandini *P* 26 inexsaturabili *c* 30 utilitatemque *Meursius*

exercerent auidum atque iniustissimum faenus et miserorum ex sanguine supputandis augerent insomnia milibus, possessionum semper producerent fines et quamuis prouincias totas rus facerent unum, pro arbore una, pro sulco forum litibus tererent, cum amicis et fratribus inexpiabiles susciperent simultates? idcirco animas misit, ut quae dudum fuerant mites 41 et feritatis adfectibus nesciae commoueri, macella sibi et amphitheatra constituerent, loca sanguinis et publicae impietatis, ex quibus in altero mandi homines cernerent et bestiarum laniatibus dissipari, interficere se alios nullius ob meriti causam sed in gratiam uoluptatemque sessorum, ipsosque illos dies quibus tantum committeretur nefas in gaudiis communibus ducerent et festa hilaritate sacrarent, at in altero uero animalium miserorum discerperent uiscera, alias aliae raperent, ut canibus mos est et uulturiis, portiones, subigerent dentibus et crudelissimo uentri darent, et in tam saeuis atque horridis moribus sortem suam flerent quas ab talibus mensis paupertatis | angustiae uindicarent, pro beatis ac felicibus uiuerent f. 48 quarum ora et faciem tam crudeles polluerent apparatus? idcirco animas misit, ut diuini ponderis et grauitatis oblitae gemmas lapillos margaritas castitatis dispendio compararent, conspiciendis quaererent corporibus fucos, innecterent catenis colla, lamnas pertunderent aurium, imminuerent frontes limbis, fuligine oculos obumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris uibrare caesariem, cutem corporis leuigare, incedere poplitibus nudis omnique alio cultu uigorem uirilitatis

2 ex *Hildebrandius:* et *P* e *Sab* supputandi *Sab* augerent *Stewechius:* augeret *P* se angerent *Sab* insania *Sab* nominibus *Salm* millibus possessionum *uulgo* posessionum *P* 5 terent *Sab:* terrerent *P* 7 amphitheatra *Sab:* amphietra *P* 11 in gratiam *Cuiacius:* ingrata *P* uoluptatem consessorum *Sab* 13 ad *P corr* ac *Sab om Gel* altero *Sab:* altera *P* 14 aliae *Gel:* alia *P* aliarum *Klussmannus* 15 uulturibus *Sab* patrimonia subigerent *Klussmannus* carnes subigerent *?* 17 moribus *Urs:* horibus (h *eras.*) *P* 19 fauces *Urs* 22 conficiendis *Salm* conficiendis...fucos *post* aurium *transposuit Salm* catenis *Urs:* his *P* linis *Heraldus* lineis *Klussmannus* 23 laminas *Sab* lamnas *r*

42 et exponere et in habitum feminarum deliciasque molliri? id-
circo animas misit, ut uiarum aliae infestarent meatus, aliae
circumscriberent nescios, testamenta supponerent falsa, uenena-
tas conficerent potiones, domos ut effringerent noctibus, solli-
citarent abigerent praeuaricarentur et proderent, saporum
fastidia ut excuterent palato, ut in coquendis altilibus pingui-
tudinem nossent retinere labentem, ut spirulas et botulos
facerent, isicia castellamenta lucanica suminatam cum his
carnem et glacialia conditione tucceta? idcirco animas misit,
ut res sancti atque augustissimi nominis symphoniacas agerent
et fistulatorias hic artes, ut inflandis bucculas distenderent
tibiis, cantionibus ut praeirent obscenis, numerosos ut cierent
scabillorum concrepationibus sonores, quibus animarum alia las-
ciuiens multitudo incompositos corporum dissolueretur in mo-
f. 48b tus, saltitaret et cantaret, orbes saltatorios uerteret | et ad
ultimum clunibus et coxendicibus subleuatis lumborum cris-
pitudine fluctuaret? idcirco animas misit, ut in maribus ex-
soleti, in feminis fierent meretrices sambucistriae psaltriae,
uenalia ut prosternerent corpora, uilitatem sui populo publi-
carent, in lupanaribus promptae, in fornicibus obuiae, nihil pati
43 renuentes et ad oris aere conparatae constuprationem. quid dicitis,
o suboles ac primi progenies numinis? ergone sapientes illae
atque ex causis principalibus proditae genera haec animae tur-
pitudinum criminum malitiarumque nouerunt atque ut exer-

1 deponere *Urs* mollire *Sab* 6 altilibus *Urs:* alitibus *P* 7 spirulas *Sab:* spiculas *P* 8 suminatam *Gel:* suamminatam *P* suam innatam *Sab* summinatam *r* 9 glacialia *Meursius:* glacilia *P* glaciali *Gel* 10 symphoniacas *Salm:* symfonicas *P* 12 numerosos ut cierent (cierent *Vahlenus*) *scripsi:* numerosi*ter et *P* numeros *Urs* numerosos iterarent *Salm* 13 sonoris *Sab* lasciuies *P* 15 saltitaret et cantaret *Sab:* saltitare et cantare *P* 16 coxendicibus *Sab:* consendicibus *P* 17 fluctuaret *Sab:* fluctuare *P* 18 sambucistriae *Sab:* ambucistriae (u *ex* i) *P* psaltriae *Sab:* psalteriae *P* 19 prostituerent *Urs* uilitatem *Urs:* uirilitatem *P* utilitatem *Meursius* 20 obuiae *Urs:* obuitae *P* obuictae *Sab* obuinctae *Gel* 21 et *om Sab* adoris *Sab* aere *scripsi:* sacri *P* stuprum *Gel* spurci *uel* flacci *Zinkius* paratae *Gel* constuprationem *scripsi:* comparatione *P om Sab* stuprationem *Salm* conspurcationem *Hildebrandius: lacunam signare mauult Zinkius*

cerent, ut gererent, ut percelebrarent haec mala, † habitare atque habitare iussae sunt has partes et humani corporis circumiectione uestiri? et mortalium quisquam est rationis alicuius accipiens sensum, qui ordinatum existimet mundum per has esse ac non potius sedem ac domicilium constitutum, in quo omne cotidie perpetraretur nefas, maleficia cuncta confierent, insidiae fraudes doli auaritia rapinae uis scelus audacia obscenitas turpitudo flagitium, mala omnia cetera, quae in orbe homines toto mente noxia pariunt et labem machinantur in mutuam? sed sua, inquitis, uoluntate, non regis missione uenerunt. et 44 ubi pater omnipotens fuit, ubi regiae sublimitatis auctoritas, ut eas prohiberet abscedere nec in praecipites labi permitteret uoluptates? si enim degeneres futuras locorum immutationibus sciebat — scire autem debuerat causarum ut omnium constitutor — aut extrinsecus aliquid accessurum his esse, | quod f. 49 eas faceret obliuisci suae dignitatis et decoris — milies ut ignoscat orauerim — uniuersorum scelerum non alius quam ipse est causa: siquidem perpessus est euagandi eas habere ius liberum quas retenturas non esse integritatis suae habitum prouidebat, atque ita perficitur, ut nihil intersit omnino uoluntariae uenerint an illius obtemperauerint iussioni, cum non prohibendo quod oportuerat prohiberi cessatione crimen fecerit proprium et retentionis dissimulatione permiserit prius. sed 45 procul haec abeat sceleratae opinionis immanitas, ut deus credatur omnipotens, magnarum et inuisibilium rerum sator et conditor, procreator, tam mobiles animas genuisse, grauitatis ac ponderis constantiaeque nullius, in uitia labiles, in peccatorum genera uniuersa decliues, cumque eas tales atque huius-

1 aditare *Oehlerus: lacunam signare mauult Zinkius* 2 atque habitare *om Sab* iussae sunt *Gel:* iusserunt *P* 4 per] propter *Salm* 6 confierent *Sab:* conficerent *P* 9 *mente *P* macinantur *P corr r* 10 iussione *Sab* at *Sab* 12 absçedere *Gel:* abscondere *P* absconderet *Klussmannus* permitteret *Sab:* permittere *P* 13 degeneres *Sab:* degenere *P* 17 scelerum *addidi* malorum *add Klussmannus* 20 praeuidebat *Sab* uoluntarie *Sab* 24 abeat *Sab:* habeat *P* 27 inė peccatorum *P*

modi sciret, in corpora ire iussisse, quorum indutae carceribus sub procellis agerent tempestatibusque cotidie fortunae et modo turpia facerent modo paterentur obscena, naufragiis ruinis incendiorum conflagrationibus ut perirent, pauperies alias, alias ut mendicitas premeret, ut ferarum paterentur aliae laniatus, muscularum aliae ut interirent ueneno, claudae ut incederent aliae, ut aliae lumen amitterent, ut articulis sederent aliae colligatis, morbis denique obiectarentur ut cunctis, quos infelix et miseranda mortalitas diuersarum sustinet dilacerata * Poenarum; tunc deinde oblitae unius esse se fontis, unius f. 49b genitoris et capitis, germanitatis | conuellerent atque abrumperent iura, urbes suas euerterent, popularentur hostiliter terras, seruos de liberis facerent, insultarent uirginibus et matrimoniis alienis, odissent inuicem sese, aliorum gaudiis et felicitatibus inuiderent, tum deinde se omnes maledicerent, carperent et saeuorum dentium mordacitate laniarent.

46 sed procul haec abeat, ut eadem rursus frequentiusque dicamus, tam immanis et scelerata persuasio, ut ille salus rerum deus, omnium uirtutum caput, benignitatis et columen, atque ut eum laudibus extollamus humanis, sapientissimus, iustus, perfecta omnia faciens et integritatis suae conseruantia mensiones aut aliquid fecerit claudum et quod minus esset a recto, aut ulli rei fuerit miseriarum aut discriminum causa, aut ipsos actus quibus uita transigitur et celebratur humana ordinauerit, iusserit et ab sua fluere constitutione praeceperit. minora haec illo sunt et magnitudinis eius destruentia potestatem tantumque est longe, ut istarum auctor rerum esse credatur, ut in sacrilegae crimen

1 iussisse *Gel:* iussisset *P* indutae *Sab:* inductae *P* 2 tempestatibusquac *P corr* 5 mendacitas *Sab* praemeret *P* ut ferarum *Salm:* infernarum *P* internorum *Urs* paterentur *Gel:* paterent ut *P* laniatus musculorum *Urs* 6 incederet *P corr c'* 9 dilacerata * (*intercidisse uidetur* cruciatibus *uel* flagellatione *uel simile uerbum*) *scripsi:* dilacerationem *P* dilaceratione *Sab* poenarum *uulgo* 12 euerteret *P corr c'* 16 mordacitatẽ *P corr r* habeat *P corr* 21 mansiones *P corr* 22 eminus *Sab* abesset *uel* esset summotum *Klussmannus* 24 a *Sab* 25 fluere *Sab:* flueret *P* 27 ut *add Sab*

inpietatis incurrat quisquis ab eo conceperit hominem esse prognatum, rem infelicem et miseram, qui esse se doleat, qui condicionem suam detestetur et lugeat, qui nulla alia de causa sese intellegat procreatum, quam ne materiam non haberent per quam diffunderent se mala et essent miseri semper quorum cruciatibus pasceretur nescio qua uis latens et humanitati aduersa crudelitas. sed si parens et genitor animarum, inquitis, 47
deus non est, quo auctore progenitae | et qua sunt ratione f. 50
prolatae? si infucata uultis audire nec ab aliqua uocis ostentatione deducta, item confitemur nos istud ignorare, nescire scientiamque tantae rei non tantum nostram ducimus infirmitatem fragilitatemque transire uerum etiam potestatum quae in mundo sunt omnium et quae numina se esse opinionibus usurpauere mortalium. sed quas dei negamus, cuius sint debemus ostendere? minime istud necessario sequitur. non enim si negemus muscas scarabeos et cimices, nitedulas curculiones et tineas omnipotentis esse opus regis, sequaciter postulandum a nobis est, ut quis ea fecerit institueritque dicamus: possumus enim nulla cum reprehensione nescire, quis et illis originem dederit, et optinere, non esse deo ab superiore prolata tam superuacua, tam uana, tam ad nullas pertinentia rationes, quinimmo aliquando et noxia et necessariis inportantia laesiones. sic consimiliter hic quoque, cum animas renuamus dei esse 48
principis prolem, non continuo sequitur, ut explicare debeamus, quonam parente sint editae et causis cuiusmodi procreatae. quis enim nos prohibet, aut unde enatae sint prodierintque nescire aut eas non esse dei progeniem scire? quanam, inquitis, ratione, qua uia? quia omni uero uerissimum est certoque certissimum, nihil rerum a principe, sicut saepius dictum

6 quā *c'* quae *Sab* uis *om Sab* 7 *si parens P* et] etiam *Sab* 9 infucata *Sab:* infugata *P* 11 scientiamquae *P corr r* 12 potestatem *Sab* que *P* 14 quas] quia *Sab* dei *P* 15 minime *Klussmannus:* mihi *P* nihil *Sab* 16 nitedulas *Sab:* nitelulas *P* 18 possimus *Sab* 20 a *Sab* 22 necessarias *Sab* 23 sic *Hildebrandius:* in *P om Sab* inde *Klussmannus* 25 aeditae *P* 26 aenatae *P corr* prodierintquae *P corr*

est, agi fieri statui nisi quod oporteat et conueniat fieri, nisi quod sit plenum et integrum et in suae * et integritatis per- f. 50b fectione finitum. porro autem conspicimus homines, | id est animas ipsas — quid enim sunt homines nisi animae corporibus inligatae? — scaeuitate innumerabilium uitiorum ipsos se indicare non esse patricii generis, sed ex mediocribus familiis procreatos. namque alios uidemus inmites facinerosos audaces temerarios praecipites caecos fictos dissimulatores mendaces superbos adrogantes auaros cupidos libidinosos inconstantes inualidos et sua ipsos decreta conseruare nequeuntes: quod utique non essent, si generositas eos adsereret principalis, et ab rerum capite descendentium ducerent honestamenta natalium.

49 sed et boni, dicetis, sunt in rebus humanis uiri, sapientes, iusti, inculpatis atque emendatissimis moribus. nullam referimus quaestionem, an ulli aliquando fuerint tales in quibus omnino nihil ista ipsa quae dicitur desideraret integritas. sint licet perhonesti fuerintque laudabiles, tenuerint apicem perfectionis summum, nec in aliquo lapsu eorum aliquando claudicauerit uita: sed audire deposcimus quot sint aut fuerint numero, ut ex multitudinis magnitudine metiamur, an oppositio iusta sit facta et an aequalitatis conpensatione librata. unus duo tres quattuor decem uiginti centum, certe numero definiti et nominum forsitan conprehensionibus terminati. sed genus humanum non ex bonis pauculis sed ex ceteris omnibus aestimari conuenit et ponderari. in toto enim pars est, non totum in parte, et uniuersitas debet adtrahere portiones, non f. 51 portionibus uniuersitas adplicari. | quid enim, si hominem dicas captum membris omnibus et heiulantem ex cruciatibus asperis

1 comueniat *P corr* 2 *lacunam signaui: intercidit* plenitatis *uel* plenitudinis et *om Sab* 5 saeuitate *Sab* innumerabilium *scripsi:* innumerabili *P* 6 iudicare *Sab* 11 ut*ique *P* principalis *Sab:* principales *P* 13 humanis *Sab:* humani *P* 14 regerimus *Guyetus* 16 desideraretur *Sab* 19 quot *Sab:* quod *P* 20 magnitudine *Sab:* magnitudinē *P* 21 et *om Sab* 22 certo *Sab in err* 23 terminati.sed *Hildebrandius:* terminatis et *P* terminati, ac *Sab* terminati. at *Gel* 28 ex cruciatibus *Salm:* 'crutiatibus *P* cruciatibus *Sab*

idcirco esse sanum, quod unius unguiculi nullum perpetiatur dolorem: aut esse auream terram, quod in uerrucula collis unius insint exiguae miculae, quibus nascitur colliquefactis aurum et adcuratiore congregatione conquiritur? qualitatem materiae uniuersitas elementi probat. non puluisculi flabiles, nec mare continuo dulce est, si mitioris aquae guttas alicuius adieceris atque inmiseris numeri: consumitur enim minuties ista inmenso: et non modo non parui sed esse nullius existimandum est mominis quod per omnia diffusum perit et in magni corporis intercipitur uastitate. uos humano in genere 50 bonos esse dicatis uiros, qui ut esse credantur, conparatio forsitan efficiat pessimorum. quinam isti sunt? dicite. philosophi, credo, qui quidem esse solos sapientissimos autumant et ui huius nominis supercilium sustulerunt: nempe illi qui cum suis cotidie cupiditatibus pugnant et adfectus ex animis insitos proturbare, pellere pertinaci moliuntur obluctatione uirtutum, qui ne in uitia proritari facultatis possint alicuius instinctu, patrimonia et diuitias fugiunt et causas sibi auferunt lapsus: quod cum faciunt et curant, apertissime animas esse indicant labiles et infirmitate ad uitia procliues. nostra autem sententia quod bonum natura est neque emendari neque corrigi se poscit, immo ipsum debet quid sit malum nescire, si generis forma cuiusque in sua cogitat integritate perstare: neque enim contrarium c. 51 insitum esse contrario potis est aut in inpari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri. qui ergo luctatur animarum

3 colliquefacitis *P corr r* 4 adcuratiore *scripsi:* admiratio *P* adunatione *Urs* 5 puluisculi flabiles *Sab:* pullisculi flauiles *P* 7 inmeris *P corr c* 8 in immenso *Urs* et non *Klussmannus:* et *P* nec *Sab* paruis *P corr* 9 nominis *Sab* 11 dicitis *Gel* 13 qui quidem *scripsi:* quid *P* qui se *Sab* esse se *?* ui *Urs:* in *P* 15 ex *Sab:* et ex *P* animis *Sab:* animes *P* 16 pellere *expunxit c'* pertinaci *Urs:* pertinacium *P* moliuntur *Sab:* molliuntur *P* obluecta**tione *P* 18 et] ne *Sab* ut *Elmenhorstius* auferunt *Hildebrandius tamquam ex codice:* adferunt *P* afferant *Sab* auferant *Elmenhorstius* 21 corrigi *Urs:* corripi *P* 23 perstare *Gel:* prestare *P* 24 pote *Sab* in *add Urs* 25 animarum *Meursius:* animorum *P*

ingenitas corrigere prauitates, is apertissime monstrat inper-
fectum, improbabilem se esse, quamuis omni conatu et peruicacia
51 contrarium contendat. sed risui uobis est nostra responsio, quod
cum regias suboles esse animas abnegemus, non referamus con-
tra, ex quibus sint causis atque originibus procreatae. quod est
enim criminis genus, aut rei esse alicuius ignarum aut ipsum
quod nescias sine aliqua profiteri dissimulatione nescire: aut
uter magis uidetur inrisione esse dignissimus uobis, qui sibi
scientiam nullam tenebrosae rei alicuius adsumit, an ille qui
retur se ex se apertissime scire id quod humanam transiliat
notionem et quod sit caecis obscuritatibus inuolutum? si peni-
tus spectetur rei cuiusque natura, in simili et uos estis quam
in nobis reprehenditis causa. non enim quia dicitis ab ipso
animas rege descendere ac succedere in hominum formas, ex-
ploratum aliquid dicitis et in luce positum manifestissimae
ueritatis. conicitis enim, non scitis; suspicamini, non tenetis:
nam si scire est illud quod ipse tu uideris aut cognoueris
animo continere, nihil eorum quae adseritis potestis uos dicere
aliquando uidisse, id est animas sede ab supera et regione
descendere. suspicione ergo utimini, non cognitionis expressae
f. 52 fide. quid est autem suspicio, nisi opinatio rerum | incerta et
† nihil ex positu iaculatio mentis in latentia? ergo qui suspi-
catur, non tenet nec in lumine positus cognitionis incedit.
quodsi uerum et fixum est, apud rectos et sapientissimos iu-
dices et ista uestra qua fiditis pro ignoratione est habenda
52 suspicio. ac ne tamen uobis tantummodo censeatis coniecturis
uti ac suspicionibus licere, et nos isdem possumus, quoniam
commune est quod interrogatis expromere. unde, inquitis,
homines et ipsorum hominum quid aut unde sunt animae?

1 inperfectum *expunxit c'* 2 improbabilem *om Sab* probabilem se esse quamuis *Salm* 3 contrarium *om P: post* contendat *add Orellius* 6 autem *Urs* 10 se ex se *Salm:* se ẽẽ *P* sese *Sab* 14 succere *P corr c* 16 *****non *P (*mente *erasum esse uidetur)* 17 *in mg c'* 𝐏 20 non *add c* expraessae *P* 22 nihil] in nil *Sab* labili *?* infido *?* ex positu *scripsi:* expositum *P* in latentia *scripsi:* inlata *P* 24 est apud . . . iudices, et *uulgo* 26 a^c *P* ne* *P* 27 idem *Sab, r* easdem *Salm* 28 interrogatis, expromere *uulgo*

unde sunt elephanti tauri cerui muli asini? unde leones equi canes lupi pantherae eorumque quae uiuunt quid aut unde sunt animae? neque enim fidem res habet, ut Platonico ex illo cratere quem conficit miscetque Timaeus aut horum animae uenerint aut lucusta mus sorex blatta rana centipeda animata esse credantur et uiuere, quandoquidem ex elementis ipsis causa est illis atque origo nascendi, si ad animalia gignenda, quae in singulis his degunt, insunt abditae atque obscurissimae rationes. nam et uidemus alios ex sapientibus dicere, tellurem esse horum matrem, aquam tum alios, aerium spiritum his alios iungere, solem uero nonnullos esse horum opificem et ex ignibus animatos eius uitali agitatione motari. quid? si et haec non sunt et est aliqua res alia, alia causa, alia ratio, potestas alia denique inauditi nobis atque incogniti nominis. genus quae hominum finxerit et rerum constitutionibus adplicarit? nonne fieri potis est, ut exorti homines ita sint nec | ad deum primum natiuitatis eorum referatur auctoritas? f. 52ᵇ
quid enim putamus habuisse rationis Platonem illum magnum pie sancteque sapientem, cum hominis fictionem deo remouit a maximo et ad minores nescio quos transtulit cumque eiusdem noluit sinceritatis esse mixturas humani animas generis, cuius animam fecerat uniuersitatis istius, quam quod hominis fabricam indignam esse rebatur deo nec rei flaccidae fictionem magnitudini eius et eminentiae conuenire? ergo cum haec ita 53
sint, non absone neque inaniter credimus, mediae qualitatis esse animas hominum utpote ab rebus non principalibus editas, iuri subiectas mortis, paruarum et labilium uirium: perpetuitate donari, si spem muneris tanti deum ad principem conferant,

3 Tim. p. 41

1 elefanti *P* mului *P corr c* 2 phanterae *P* panterae *r* quae *Gel:* qui *P* uiunt *P corr c* 4 timeus *P* 6 quandoquidem *scripsi:* quidem *P* quia *Urs* quia eadem *Salm* 8 que *P corr c* 10 horum *scripsi:* hominem *P* hominum *uel* omnium *Urs* tum *Sab:* cum *P* cum ea *Salm* *alios *P* aerem *Sab* 15 gens *Sab* hominem *Sab* fincxerit *P* 16 pote *Sab* 19 piae *P corr* sanctaeque *P corr* 21 noluit *Urs:* uoluit *P* 23 fictionem magnitudini *Sab:* fictione magnitudinis *P* 27 parbarum *P corr* iam perpetuitate ? 28 si *add Gel* dominum *Sab*

cui soli potestas est talia corruptione exclusa largiri. sed stulte
istud credimus. quid ad uos, ineptissime, fatue? ubi uobis
nocemus uel quam uobis facimus aut inrogamus iniuriam, si
omnipotentem confidimus deum habiturum esse rationem nostri,
cum abire a corporibus coeperimus et ab Orci faucibus quem-
54 admodum dicitur uindicari? ergone, inquiet aliquis, sine
dei uoluntate quicquam potis est fieri? considerandum est nobis
sollicite et cura inspiciendum non parua, ne dum honorare
nos deum tali interrogatione censemus, in contrarium labamur
nefas maiestatis eius eminentiam destruentes. qua ratione, qua
causa? quoniam si cuncta eius uoluntate conficiuntur nec citra
f. 53 eius nutum | quicquam potest in rebus uel prouenire uel cadere,
necessario sequitur, ut mala etiam cuncta uoluntate eius in-
tellegantur enasci. sin autem dicere uoluerimus contra, pessi-
morum ab eo reicientes causas, mali esse conscium genera-
toremque nullius, incipient euideri aut eo inuito res pessimae
fieri aut, quod sit immane dixisse, nesciente, ignaro atque inscio.
rursus autem si dicere nulla esse uoluerimus mala, sicut esse
nonnullis opinatum et placitum repperimus, reclamabunt cunctae
gentes uniuersaeque nationes, cruciatus nobis ostentantes suos
et discriminum species multiformes, quibus puncta per singula
genus uritur et laceratur humanum. tum deinde a nobis ex-
quirent: cur, mala si nulla sunt, ab operibus uos certis et
facinoribus abstinetis? cur non omnia facitis quae inpatiens
iusserit atque inperauerit libido? cur in noxios denique terri-
bilibus poenas constituitis legibus? nam stoliditas inueniri quae
inmanior potest, quam mala esse nulla contendere et tamquam
55 malos perdere et condemnare peccantis? quae cum esse con-

1 stultae *P corr* 2 ineptissimae *Sab* ineptissimi *uel* ineptissimi et *Urs* fatue *Salm:* fatuae *P* fatui *Urs* 5 horci *c* 6 inquiet *Sab:* inquit (t *ex* d) et *P* 7 quicquam *Sab:* quisquam *P* pote *Sab* nobis *Urs:* uobis *P* 9 dominum *Sab* 11 conficiuntur *Sab:* conficiunt *P* 13 ut *add Urs* 16 uideri *Sab* 17 ac (atque *scripsi*) inscio *Urs:* ac nescio *P* 19 reperimus *Sab* 20 uniuersaequae *P corr* 21 puncta *Salm:* cuncta *P* saecula *Sab* 24 fauoribus *Sab* 27 inanior *Sab* 28 peccantes (te *ex* ti) *P*

senserimus uicti et uniuersa his scatere † nominaliter adnuerimus humana, consequetur ut rogitent: cur ergo haec mala deus omnipotens non aufert sed esse perpetitur et cum omnibus saeculis pertinaci continuatione procedere? si intellectus nobis adfuerit dei regis ac principis nec per impias uagari suspicionum uoluerimus insanias, respondeamus necesse est, nescire nos ista nec quae nullis possent ˌ facultatibus comprehendi f. 53v expetisse aliquando aut studuisse cognoscere: meliusque ducetis, quinimmo optimum, magis in inscientiae finibus atque ignorantiae permanere quam nisi dei dicere nihil fieri per uoluntatem, ut simul intellegatur et malis eum causas dare et miseriarum esse innumerabilium conditorem. mala ergo, dicetis, unde sunt haec omnia? ex elementis, inquiunt, et ex eorum inaequabilitate, sapientes: quod fieri qui possit ut quae sensum et iudicium non habent malitiosa esse perhibeantur et noxia aut non ille sit potius malitiosus et noxius, qui res pessimas et nocentissimas futuras in alicuius operis adsumpsit effectum, eorum est qui adserunt peruidere. quid ergo nos? unde nos? responsionis necessitas nulla est. siue enim possumus dicere, siue minus ualemus nec possumus, utrumque apud nos paruum est: nec in magnis ponderibus ducimus uel ignorare istud uel scire, unum solum posuisse contenti, nihil a deo principe quod sit nocens atque exitiabile proficisci. hoc tenemus, hoc nouimus, in hac una consistimus cognitionis et scientiae ueritate, nihil ab eo fieri nisi quod sit omnibus salutare, quod dulce, quod amoris et gaudii laetitiaeque plenissimum, quod infinitas habeat atque incorruptibiles uoluptates, quod sibi quisque contingere uotis omnibus expetat, forisque ab his

6 necesse *P* 7 nec *Sab:* et *P* 8 meliusque ducentes *Sab* melius ducentes *Gel* ducetur ? 9 optimum *scripsi:* potius *P* magis *om Urs* in *add Urs* meliusque ducere, his, quinimmo potius uagis (*cum Oehlero pro* magis) in inscientiae *Klussmannus* 10 nisi *scripsi:* sine *P* scire *Meursius* dei *P* deo *Sab* dicere dei *Meursius* 11 praeter uoluntatem *Meursius* uoluntate *Salm* daret *P corr* 12 esset *P corr* 17 noncentissimas *P corr* 19 nos *addidi* 20 uerumque *Sab* 21 duximus *Sab* 22 *in mg* .·. 26 laetitiaequi *P corr* 28 expetat *Sab:* expectat *P*

56 esse exitiabile ac mortiferum ducat. cetera quaecumque sunt alia, quae in quaestionibus adsolent controuersiisque uersari, f. 54 quibus genitoribus | orta sint uel quibus auctoribus fiant, neque nosse contendimus neque inquirere aut uestigare curamus: suis omnia relinquimus causis nec ad id quod expetimus esse nobis adiuncta atque adplicata iudicamus. quid est enim, quod humana ingenia labefactare, dissoluere studio contradictionis non audeant, quamuis illud quod infirmare moliuntur sit purum et liquidum et ueritatis obsignatione munitum? aut quid rursus adserere uerisimilibus argumentis non queunt, quamuis sit apertissime falsum, quamuis euidens manifestumque mendacium? cum enim sibi persuaserit quis, esse aliquid aut non esse, amat quod opinatur adserere et acumine alios anteire, maxime si agatur res submota et abdita et caligine inuoluta naturae. mundum quidam ex sapientibus aestimant neque esse natum neque ullo esse in tempore periturum; immortalem nonnulli, quamuis eum conscribant esse natum et genitum; tertiis uero conlibitum dicere est, et esse natum et genitum et ordinaria necessitate periturum. et cum ex istis opinionibus trinis unam esse necesse sit ueram, cunctis tamen argumenta non desunt quibus et sua decreta confirment et aliorum subrupiant et labefaciant scita. eundem hunc alii elementis ex quatuor tradunt et pronuntiant stare, ex geminis alii, ex singulis tertii, sunt qui ex his nullo et indiuidua corpora eius esse materiem et primam originem dicant. cumque ex his uera sit una sententia, at nulla ex his certa, similiter hic quoque argumenta omnibus f. 54b praesto sunt, quibus | et ea quae dicunt uera esse constituant et redarguant positas in aliorum sententiis falsitates. sic et deos nonnulli esse abnegant; prorsus dubitare se alii an sint

1 *in mg* .·. 2 controuersiisquae *P corr* 7 lauefactare *P corr* dissoluere *expunxit c'*, *om Sab* 10 quent *P corr c* 12 siui *P corr c* 13 anteire *P* 14 abdita et *Sab:* abditae *P* 15 existimant *Sab* natum *Sab:* siccatum *P* 17 gnatum *P corr* 21 subrupiant (ru *in* ri *corr*) *P* subrumpant *Sab* subruant *Urs* 22 aelementis *P* 24 nullo *Salm:* nullös *P* (*in mg c'* ÷) nullis *Sab* 25 uera sit *Sab:* uersa sunt *P* at *Meursius:* aut *P* 28 falsitatas *P corr c'*

uspiam dicunt: alii uero existere neque humana curare: immo alii perhibent et rebus interesse mortalium et terrenas administrare rationes. cum ergo haec ita sint neque aliter fiat, 57
quin sit unum ex omnibus uerum, pugnant tamen argumentis omnes, neque singulis deest id quod probabiliter dicant, siue cum suas res adserunt siue cum alienis opinionibus contradicunt. non alia neque absimili ratione de animarum ab his condicione disseritur. hic enim eas retur et esse perpetuas et superesse mortalium corporum functioni, superesse ille non credit, sed cum ipsis corporibus interire: alterius uero sententia est, nihil eas continuo perpeti, sed post hominem positum temporis aliquid eis ad uitam dari, mortalitatis deinde in iura succedere. et cum omnia nequeant ueri esse consortia, ita tamen fortibus et ualidissimis probationibus omnes agunt, ut reperire non possis quidnam tibi uideatur falsum, quamuis ex omni parte diuersa dici aspicias et rerum contrarietatibus dissonare. quod utique non fieret, si certum aliquid tenere curiositas posset humana, uel quod uideretur inuentum, aliorum omnium comprobaretur adsensu. inanissima igitur res est et superuacui operis, tamquam scias aliquid promere, aut uelle scire contendere quod, etsi sit uerum, posse uideas destrui, aut acceptare pro uero id quod forsitan non sit et ex more halucinantium | proferatur. et merito res ita est. non enim diuina di- f. 55
uinis sed rationibus pendimus et coniectamus humanis atque ut fieri meruisse quid remur, ita esse oportere contendimus. quid ergo? nos soli ignoramus, nescimus, quisnam sit animarum 58
conditor, quisnam constitutor, quae causa hominem finxerit, mala unde proruperint, uel cur ea rex summus et esse patiatur et confici neque ab rebus propellat humanis? uos enim horum quicquam exploratum habetis et cognitum? si suspicionum exponere uolueritis audaciam, potestis explicare ac promere, mundus iste qui nos habet utrumne non sit genitus an tem-

5 dicant *Sab*: dicam *P*   7 is *P corr c*   9 corporum *addidi*   functioni *Sab*: punctioni *P*   11 temporis *addidi*   15 quamuis *P corr c*   16 contrariaetatibus *P corr*   dissona *Urs*   20 aliquid *Sab*: aliquod *P*   uelle *Sab*: uelles *P*   21 quod *om Sab*   et si *Sab*   24 coniectamur *Sab*   29 a *Sab*   32 utrumne non *scripsi*: utrumne *P* utrum non *Urs*   ingenitus *Hildebrandius*

pore in aliquo constitutus? si constitutus et factus est, quonam operis genere aut rei cuius ob causam? potestis inducere atque expedire rationem, cur non fixus atque immobilis maneat sed orbito semper circumferatur in motu? sua ipse se sponte et uoluntate circumagat an uirtutis alicuius inpulsionibus torqueatur? locus ipse ac spatium, in quo situs est ac uolutatur, quid sit? infinitus an finitus, inanis an solidus? axis eum sustineat extremis cardinibus nitens an ipse se potius ui propria sufferat et spiritu interiore suspendat? potestis interrogati planum facere scientissimeque monstrare, quid niuem in plumeas subaperiat crustulas? quidnam fuerit rationis et causae, ut non ab occiduis partibus dies primus exsurgeret et lucem in oriente finiret? quemadmodum sol ipse uno eodemque contactu tam uarias res efficiat, quinimmo contrarias? quid sit
f. 55b luna? | quid stellae? cur una specie aut illa non maneat, aut per omne mundi corpus frustilla haec ignea conuenerit atque oportuerit figi? cur alia ex his parua, ampliora et maiora sint alia, obtunsi haec luminis, acutioris illa et fulgidae clari-
59 tatis? si praesto est quod libuerit scire et in aperto rerum est scientia constituta, edissertate nobis et dicite, quibus modis fiant et rationibus pluuiae, ut in superis partibus atque in aeris hoc medio suspensa aqua teneatur, natura res labilis et ad fluorem semper decursionemque tam prona? edissertate, inquam, et dicite, quid sit quod grandinem torqueat, quod guttatim faciat pluuiam labi, quod imbrem ruat, niues in plumas

1 quoeam *P corr r* 4 orbito *Hildebrandius:* orbi toto *P* orbe toto *Sab* orbico *Salm* ipsae *P corr* se *add Salm* 5 circumagatur *Gel* 7 an *add Urs* an *Sab:* ac *P* 10 scientissimeque *Sab:* inscientissime que *P* (*in mg c'* R) 16 conuenerint *Sab in err* 17 figi? cur alia *Urs:* figuralia *P* figura alia *Sab*, *r* figurari? alia *Salm* 18 et fulgidae *Sab:* effulgidae *P* 20 scientia *Sab:* inscientia *P* edissertate *Sab:* et dissertate *P* nobis *om Sab* et dicite *Sab:* edicite *P* 23 e*dissertate *P* 25 imbrem ruat *scripsi:* inbre sü̇ae *P* (*in mg c'* ·.·) imbres ac *Sab* imbres: quod *Salm* imbres in *Oehlerus*, *Klussmannus* in plumas *scripsi:* plumeas *P* foliola *Urs:* foliora *P* Eoli ora *Sab* fulgora *Salm* uellereas *Klussmannus*

et foliola dilatarit, uentus unde oriatur et quid sit, cur temporum uicissitudines institutae, cum statui unum posset et una esse species caeli, nihil ut rerum desideraret integritas? quae est causa, quae ratio, ut maria salsa sint aut terrarum aquae hae dulces uel calidae, aliae sint amarae uel frigidae? quo ex materiae genere humanorum corporum concreta et stabilita sunt uiscera, unde ossa solidata, quid intestina, quid uenas fistulatas et commeabiles fecerit? cur cum esset utilius oculis nos inluminare conpluribus ad periculum caecitatis, duorum sumus angustiis adplicati? beluarum et anguium tam infinita atque innumerabilia genera cuius rei sunt causa uel informata uel prodita? quid in mundo faciunt bubones immussili buteones? quid alites et uolucres ceterae? quid formicarum | et f. 56
uermium genera in uarias labes perniciesque nascentia? quid pulices, quid inpudentes muscae, araneae sorices mures sanguisugae tippulae? quid spinae, quid sentes, quid auenae, quid lolium, quid herbarum aut fruticum aut adolentia naribus aut tristia in odoribus semina? immo si aliquid sciri, comprehendi aut aliquid si posse censetis, quid sit triticum dicite, far hordeum milium cicer faba lenticula melo cuminum porrina ulpicum caepe? non enim, si fructui nobis sunt et ciborum mediis in generibus constituta, expeditum aut promptum est quid sint singula scire, cur talibus figurata sint formis, fuerit necessitas aliqua, ut non alios sapores alios odores alios colores quam quos habent singulae res habere debuerint an et alios potuerint sumere. ipsa deinde haec quid sint, sapor dico

1 dilaniarit ? 4 ut *Sab:* aut *P* salsa *Sab:* sola *ex* solas *P* sola salsa *Klussmannus* terrarum] ceterarum aquarum *Urs* aquae hae dulces uel calidae, aliae *Klussmannus:* haec (c *eras*) dulces aliae *P* 6 concreta *Sab:* concreata *P* 7 sint *Meursius* 8 utillius *P* 10 applicati (adplicati *r*) *Sab:* adplicari *P* 12 immussuli buteones *Gel:* inmussilib; teones (s *c*') *P* immustuli buteones *Sab* 13 uoluseres *P corr* 15 sanguisugae *Sab:* sangusugae *P* 16 tippulae *Sab:* hippulae *P* 17 aut adolentia] suaue olentia *Salm* adulentia *P corr c*' redolentia *Urs* ad tactum dolentia *Klussmannus* 18 scire *Sab* 19 si *om Sab* 20 melo cuminum *Salm:* meloneum uinum *P* inula cuminum *Sab* porri *Sab* 21 cepae *P* 26 potuerunt *Sab corr in err* dico id est sapor *del Klussmannus*

[id est sapor] et cetera, qualitatum distantias quibus ex rationibus ducant? ex elementis, inquitis, et ex principalibus originibus rerum. amara sunt enim elementa uel dulcia, odoris sunt alicuius uel coloris, ut ex eorum concretione credamus partitas esse in nascentibus qualitates quibus aut suauitas
60 nascitur aut sensibus offensio comparatur? cum igitur et uos ipsos tantarum ac tot rerum fugiant origines, fugiant causae, fugiant rationes, neque dicere neque explanare possitis, quid sit factum aut quare, aut cur oportuerit non esse, uerecundiam conuellitis et dilaceratis nostram, qui quae neque-
f. 56^{b} unt sciri nescire nos confitemur neque ea conquirere | aut inuestigare curamus quae comprehendi liquidissimum est non posse, quamuis mille per corda suspicio se porrigat atque intendat humana. et ideo Christus licet uobis inuitis deus, deus, inquam, Christus — hoc enim saepe dicendum est, ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus — dei principis iussione loquens sub hominis forma, cum mortalium sciret caecam esse naturam neque ullam posse comprehendere ueritatem positarum nec ante oculos rerum, pro comperto habere et cognito quidquid sibi esse suasisset nec pro suis suspicionibus haesitare litigiosas serere atque intendere quaestiones, omnia ista nos linquere et posthabere praecepit neque in res eas quae sint a nostra procul cognitione dimotae infructuosas inmittere cogitationes, sed, quantum fieri potis est, ad dominum rerum tota mente atque animo proficisci, sustolli ab his locis atque in eum traducere suspensas pectoris conuersiones, memoriam eius habere perpetuam et licet nulla possit imaginatione formari, auras tamen nescio quas eius sibi contemplationis adfingere: rebus enim ex omnibus, quas augustae continet diuinitatis

1 id est sapor *seclusit Heraldus:* ut est sapor *Meursius* id est sapor et cetera] odor et color, et *Urs* 3 sun^{t} *P* 4 uel *add Gel* oloris *Sab* colorisue *Urs* 9 aut factum *Salm* opo^{r}tuerit no^{n} *P* esse aut non esse *Klussmannus* 10 neque^{u}nt *P* 13 ^{m}ille *P* 14 uobis *Gel:* in uobis *P* 20 siui *P* nec pro suis] et prorsus *Sab* 21 questiones *P* 24 pote *Sab* 28 contemplationis *Sab:* contemptationis *P*

obscuritas, solum esse indubitabilem, solum uerum et de quo nullus ambigere nisi amens possit et desperationis insanae, quem satis sit scire ut nihil aliud noueris, sisque ueram et maximam scientiam consecutus in dei rerum capitis * et cognitione defixus. quid est † inquit nobis inuestigare, conqui- 61
rere, quisnam hominem fecerit, animarum origo quae sit, quis malorum | excogitauerit causas, orbe sit sol amplior an pedis f. 57
unius latitudine metiatur, alieno ex lumine an propriis luceat fulgoribus luna? quae neque scire compendium neque ignorare detrimentum est ullum. remittite haec deo atque ipsum scire concedite, quid quare aut unde sit, debuerit esse aut non esse, supernatum sit aliquid an ortus primigenios habeat, aboleri conueniat an reseruari, exuri, dissolui an repetita integritate renouari. uestris non est rationibus liberum, inplicare uos talibus et tam remota inutiliter curare. res uestra in ancipiti sita est, salus dico animarum uestrarum, et nisi uos adplicatis dei principis notioni, a corporalibus uinculis exsolutos expectat mors saeua, non repentinam adferens extinctionem sed per tractum temporis cruciabilis poenae acerbitate consumens. ne- 62
que illud obrepat aut spe uobis aeria blandiatur, quod ab sciolis nonnullis et plurimum sibi adrogantibus dicitur, deo esse se gnatos nec fati obnoxios legibus, si uitam restrictius egerint, aulam sibi eius patere, ac post hominis functionem prohibente se nullo tamquam in sedem referri patritam: neque quod magi spondent, commendaticias habere se preces quibus emollitae nescio quae potestates uias faciles praebeant ad caelum contendentibus subuolare, neque quod Etruria libris in

2 disperationis *P* 4 dei *P* deo *Sab* domino *Zinkius* capitis *scripsi et lacunam signaui:* capite *P* et capite *Zinkius* 5 prodest *Klussmannus* inquid *P corr* enim utile *?* 8 propriis *P* 9 *in mg* P 10 ditrimentum *P* 12 supernat aut semper natum *Urs* 15 remotas *Sab* inutiliter *Sab:* inutilitate *P* ab utilitate *Salm* inuoluta antiquitate *Klussmannus* inutili sagacitate *?* res. uestra *Sab* 16 dico *Salm:* dici *P om Sab* 19 crutiabilis *P* aceruitate *P* 20 quod *Sab:* quid *P* a *Sab* 21 sciolis *Urs:* cholis *P* scholis *Sab, r* 22 restrictius *Sab:* restrictus *P* 24 referri *Sab:* referre *P* patriam *Sab* 25 commendaticias *Sab, r:* commendacias *P* preces *P* 26 emolitae *P*

Acheronticis pollicetur, certorum animalium sanguine numinibus certis dato diuinas animas fieri et ab legibus mortalitatis educi. blandimenta haec cassa sunt et inanium fomenta uoto-
f. 57b rum. seruare | animas alius nisi deus omnipotens non potest, nec praeterea quisquam est qui longaeuas facere, perpetuitatis possit et spiritum subrogare, nisi qui immortalis et perpetuus solus est et nullius temporis circumscriptione finitus. cum enim dii omnes uel, quicumque sunt ueri uel qui esse rumore atque opinione dicuntur, immortales et perpetui uoluntate eius sint et beneficii munere, qui fieri potis est, ut alii praestare id quod ipsi sunt ualeant, cum alienum id habeant et maioris potentia commodatum? caedat licet hostias quantaslibet Etruria, humana sibi omnia sapientes negent, magi cunctas emolliant et commulceant potestates: nisi a domino rerum datum fuerit animis id quod † ratio postulat idque † per mandatum, multum postea paenitebit fuisse
63 rem risui, cum ad sensum coeperit interitionis accedi. sed si, inquiunt, Christus in hoc missus a Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret, quid saecula commeruerunt priora, quae ante ipsius aduentum mortalitatis condicione consumpta sunt? potestis enim scire, quid sit cum animis actum priscorum ueterrimorumque mortalium, subuentum et his an sit ratione aliqua, consultum atque prouisum. potestis, inquam, scire id quod Christo potuit docente cognosci, infinita an finita sint saecula ex quo in terris esse genus hominum coepit, quando primum animae corporibus inligatae, quis auctor uinctionis istius, quinimmo ipsius quisnam hominis

1 pollicetur *Sab:* pollicentur *P* 3 cassa *Sab:* causa *P* foumenta *P corr* 5 longaeuae eas *Urs* 6 omnisi *P corr* 9 uoluntate *Sab:* uoluntates *P* 10 beneficii *Sab:* beneficiis *P* potes *P corr* pote *Sab* 11 ali[i] *P* aliis *Urs* id] uel *Sab* hid *P corr* 12 potentia *scripsi:* potentiae *P* caedat *Sab:* cedant *P* 15 *sq.* oratio nostra postulat idque per Christi (xpi) mandatum ? *cf. Matth. 6, 13* permandatum *Sab* 17 rem risui *scripsi:* me risui *P* irrisui *Sab* derisui *Meursius* ad sensum *Sab:* absens cum *P* 21 animis *Vahlenus:* eius nimis *P* eis animis *Sab* eiusmodi animis *Klussmannus* 25 saecula sint *Sab* 27 iunctionis *Sab*

fabricator. quo priorum abscesserint animae. quibus in mundi partibus | aut regionibus fuerint, corruptibiles an contra, po- f. 58
tuerintne accedere ad ** periculum moriendi. nisi tempore necessario conseruator occurrisset Christus? exponite has curas et incognitas uobis relinquite quaestiones: miseratio et illis impertita est regia et aequaliter per omnes diuina beneficia cucurrerunt: conseruatae sunt, liberatae sunt et mortalitatis sortem condicionemque posuerunt. quo genere, quae, quando? si adrogantia, si typhus, si elatio abesset a uobis, iamdudum haec scire Christo potuistis auctore. sed si generis 64
Christus humani, inquitis, conseruator aduenit, quor omnino non omnes aequali munificentia liberat? non aequaliter liberat qui aequaliter omnes uocat? aut ab indulgentia principali quemquam repellit aut despuit, qui sublimibus infimis seruis feminis pueris uniformiter potestatem ueniendi ad se facit? patet igitur omnibus fons uitae neque ab iure potandi quisquam prohibetur aut pellitur. si tibi fastidium tantum est, ut oblati respuas beneficium muneris, quinimmo si tantum sapientia praeuales, ut ea quae offeruntur a Christo ludum atque ineptias nomines, quid inuitans expectatur, cuius solae sunt hae partes, ut sub tui iuris arbitrio fructum suae benignitatis exponat? sortem uitae eligendi nulli est, inquit Plato, deus causa, neque alterius uoluntas adscribi potest cuiquam recte, cum uoluntatis libertas in ipsius sit posita potestate qui uoluit. an numquid orandus es, ut beneficium salutis ab deo digneris accipere, | f. 58v
et tibi aspernanti fugientique longissime infundenda in gre-

22 de rep. 10 p. 617 e

3 *lacunam signaui: intercidisse uidentur talia* praemiaua immortalitatis (*cf. c. 66*) et euadere   4 occurrerit *P*   deponite *Gel*   5 reliquite *P corr r*   questiones *P*   miseratio* *P*   9 typhus *Sab* (typus *in orr*): tyfus *P*   aelatio *P corr*   10 hoc *Sab* hoc eo *Salm*   Xpo *addidi*   potuissetis *Urs*   11 inquitis *Gel*: ut inquitis *P*   quur *Gel*: quos *P* quaeso *Oehlerus*   non *Gel*: nos *P*   12 equali *P corr e*   qui *Gel*: quia *P*   13 haud *Sab*   14 respuit *Sab*   16 igitur *scripsi*: inquit t … *P*   20 expectatur *scripsi*: expectat *P* peccat *Gel* in te peccat *Salm*   21 *in mg* ·R·   22 eligendi *Sab*: eligenti *P*   inquam *P corr*   24 in *cr* sine *P*   numquid *P*   26 fugientique *P*

mium est diuinae beniuolentiae gratia? uis sumere quod offertur atque in tuos usus conuertere? consulueris tu tibi. aspernaris, contemnis et despicis? tu te muneris commoditate priuaueris. nulli deus infert necessitatem, imperiosa formidine nullum terret. neque enim necessaria nostra illi salus est, ut conpendii aliquid dispendiiue patiatur, si aut deos nos fecerit aut ad
65 nihilum redigi corruptionis dissolutione permiserit. immo, inquit, si deus est potens misericors conseruator, conuertat nobis mentes et inuitos faciat suis pollicitationibus credere. uis ergo est ista, non gratia nec dei liberalitas principis, sed ad uincendi studium puerilis atque * animi contentio. quid est enim tam iniustum, quam repugnantibus, quam inuitis extorquere in contrarium uoluntates, inculcare quod nolint et quod refugiant animis, prius nocere quam prosis et priore detracto in alienum habitum sententiamque traducere? tu qui te uerti et uim desideras perpeti, ut id quod nolis efficias atque arripias coactus, cur respuis adsumere uoluntate id quod uersus desideras atque immutatus efficere? nolo, inquit, et uoluntatem non habeo. quid ergo criminaris deum tamquam tibi desit opem desideranti ferre? cuius dona et munera non tantum asperneris et fugias, uerum inania uerba cognomines et iocularibus facetiis prose-
f. 59 quaris. Christianus ergo ni fuero, spem salutis habere | non potero? ita est, ut ipse proponis. partes enim salutis dandae conferendique animis quod tribui conuenit necessariumque est adplicari solus ab deo patre iniunctas habet et traditas, ita se habentibus semotis atque interioribus causis. ut enim dii

1 offertur *Sab:* effertur *P* 3 tu te *Meursius tamquam e codice:* tuti *P* tibi *Sab* te *Gel* commoditatem *Sab* priuaueris *Gel:* probaueris (u *ex* b) *P* 6 deos *Gel:* d̃s *P* deus *Sab* 7 inquid *P corr* 10 ad *del Zinkius* 11 studium, puerilis *Zinkius* lacunam indicauit *Vahlenus: intercidisse uideri* pusilli *uel simile* (inanis *?*) *uerbum* animi] inanis *Sab* 13 quod refugiant *Sab:* quo refugiant *P* 15 $\overset{\text{uerti}}{***}$ *P* (uerti *manu prima superscriptum est*) 17 respues *P corr* 18 uolo *Urs* inquid *P corr* 19 desideranti] desideras tibi *Sab* 21 inania *Urs:* in alia *P* 24 animis *Gel, r:* animi *P* 25 a *Sab* iniunctas *scripsi:* iniunctum *P* traditas *scripsi:* traditum *P* rerum ita se habentium *?*

certi certas apud uos habent tutelas licentias potestates neque eorum ab aliquo id quod eius non sit potestatis ac licentiae postulatis, ita unius pontificium Christi est dare animis salutem et spiritum perpetuitatis adponere. si enim patrem creditis Liberum dare posse uindemiam, medicinam non posse, si Cererem fruges, si Aesculapium sanitatem, si Neptunum aliud, aliud posse Iunonem, Fortunam Mercurium Volcanum rerum esse singulos certarum ac singularum datores: et hoc necesse a nobis est ut debeatis accipere, ab nullo animas posse uim uitae atque incolumitatis accipere nisi ab eo quem rex summus huic muneri officioque praefecit. hanc omnipotens imperator esse uoluit salutis uiam, hanc uitae ut ita dixerim ianuam, per hanc solum est ingressus ad lucem neque alias datum est uel inrepere uel inuadere ceteris omnibus clausis atque inexpugnabili arce munitis. licet ergo tu purus et ab omni **66** fueris uitiorum contaminatione purgatus, conciliaueris illas atque inflexeris potestates, ad caelum ne redeunti uias cludant atque obsaepiant transitum, ad immortalitatis accedere nullis poteris contentionibus praemium, nisi quod ipsam immortalitatem facit Christo adtribuente | perceperis et ueram fueris admissus ad f. 59b uitam. nam quod nobis obiectare consuestis, nouellam esse religionem nostram et ante dies natam propemodum paucos neque nos oportuisse antiquam et patriam linquere et in barbaros ritus peregrinosque traduci, ratione istud intenditur nulla. quid enim, si hoc modo culpam uelimus infligere prioribus illis atque antiquissimis saeculis, quod inuentis frugibus glandes spreuerint et repudiauerint arbuta, quod corticibus contegi et amiciri desierint pellibus, postquam uestis excogitata est textilis usu et commoditate succinctior, aut quod structis domibus

3 pontificis *Sab*   5 uindemiam *Gel:* uindemiam iam *P*   caererem *P*   6 aescolapium *P*   7 uulcanum (uu *ex* uo) *P*   9 a nobis *Sab:* a bonis *P*   a *Sab*   10 incolumitat*is* *P*   12 ia-ⁿuam *P*   13 hanc *Meursius*: hunc *P*   ingress*us *P*   17 potestates, ne *Gel*   ne redeunti *Hildebrandius:* redeunti *P*   redeunti ne *Salm*   18 obsepiant *P*   19 ipsam *Sab:* ipsa *P*   23 uos *Gel*   oportuisse *scripsi:* potuisse *P*   27 spreue**rint *P*   arbuta *Sab:* arbusta *P*

et lautioribus successibus institutis non antiquas adamauerint casulas nec sub rupibus et cauernis praeoptauerint ut beluae permanere? commune est omnibus et ab ipsis paene incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia praeponere, et quod esse constiterit pretiosius, laetius, id consectari et petere in eoque defigere spem salutis et salutarium commo-
67 dorum. itaque cum nobis intenditis auersionem a religione priorum, causam conuenit ut inspiciatis, non factum, nec quid reliquerimus opponere, sed secuti quid simus potissimum contueri. nam si mutare sententiam culpa est ulla uel crimen et a ueteribus institutis in alias res nouas uoluntatesque migrare, criminatio ista et uos spectat, qui totiens uitam consuetudinemque mutastis, qui in mores alios atque alios ritus
f. 60 priorum condemnatione transistis. numquid | enim quinque in classes habetis populum distributum, uestri olim ut habuere maiores? numquid magistratus per populum creatis? militaria urbana communia quae sint comitia scitis? seruatis de caelo aut otiosas facitis obnuntiationibus actiones? si paratis bella, signum monstratis ex arce? aut fetialia iura tractatis? per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium discrimen obeuntes spem proelii sumitis ex acuminibus auspicati? in potestatibus obeundis leges conseruatis annarias? in donis, in muneribus Cincias? in cohibendis censorias sumptibus? in penetralibus et culinis perpetuos fouetis focos? sacras facitis mensas salinorum adpositu et simulacris deorum? cum in matrimonia conuenitis, toga sternitis lectulos et maritorum genios aduocatis? nubentium crinem caelibari hasta mulcetis? puellarum togulas Fortunam defertis ad Virginalem? matres familias

1 secessibus *Scaliger* 2 ueluae *P corr* 5 constiterit *Urs:* constituerit *P* praetiosius *P* 7 intendetis *Sab* a *Gel:* et *P* ex *Sab* religione *Sab:* religionem *P* auersionem a more et religione *Klussmannus* 9 sumus *Sab* 11 institutis in *Sab*, *r:* instituti sint *P* 14 numquit *P corr* 16 numquit *P corr* 17 que *P* 18 uitiosas *Rigaltius* si paratis *Rigaltius:* reparatis *P* cum paratis *Sab* 21 proelii sumitis] praesumitis *Urs* ex *scripsi:* et ex *P* auspicati *Urs:* auspicatis *P* 23 im penetralibus *P* 24 et culinis *Scaliger:* et coliginis *P* Vestae ignis *Sab* Vestae *Urs* coliginis *Salm* et tholis ignis *Oehlerus* 25 matrimonia *P* 27 crinem *Sab:* crimen *P*

uestrae in atriis operantur domorum industrias testificantes suas? potionibus abstinent uini? adfinibus et propinquis osculari eas ius est, ut sobrias comprobent atque abstemias se esse? in Albano antiquitus monte nullos alios licebat quam niuei 68
tauros immolare candoris: nonne istum morem religionemque mutastis atque ut rufulos liceret dari, senatus constitutum sanctione est? cum Romulo Pompilioque regnantibus percocta plane ac madida concremarentur diis exta, nonne rege sub Tullo semicruda coepistis et leuiter animata porricere prisca obseruatione contempta? ante aduentum in Italiam | Herculis f. 60b
cum ex Apollinis monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus supplicaretur, et hunc similiter morem non fraude callidula et nominum ambiguitate mutastis? cum igitur et uos ipsi modo illos mores modo alias leges fueritis secuti, multaque uel erroribus cognitis uel animaduersione meliorum sint a uobis repudiata, contempta, quid est a nobis factum contra sensum iudiciumque commune, si maiora et certiora delegimus nec sumus nos passi falsorum religionibus attineri? sed nouellum 69
nomen est nostrum et ante dies paucos religio est nata quam sequimur. ut interim concedam id quod nobis obicitur intentionis esse non falsae, quid est in negotiis hominum, quod uel opere corporis et manibus fiat uel solius animi disciplina et cognitione teneatur, quod non ex aliquo coeperit tempore et in usum exierit experientiamque mortalium? medicina philosophia musica ceteraeque omnes artes quibus uita est exstructa et expolita communis cum hominibus natae sunt, et non potius nuper, quinimmo paene paulo ante agitari, intellegi celebrarique coeperunt? antequam Tages Tuscus oras contingeret luminis, quisquam hominum sciebat aut esse nos-

3 se *del Stewechius* 4 niuei *Sab:* niueis *P* 7 est *add Livineius* pompilioquae *P corr* 9 Tullo *Sab:* tullio *P* porricere *Sab:* porrigere *P* 10 Italiam *Gel. r:* italia *P* 13 ambiguitate *Sab:* ambig uitate *P* 14 alias] illas *Urs* multaquae *P* 16 contempta *Salm:* contenta *P expuncto t, om Sab* 21 est *Urs:* est enim *P* 24 medicina *Rigaltius:* medi in *P* (*in mg* ∴) *om Sab* etenim *Elmenhorstius* dele an *Salm* 25 filosofia *P* 26 exstructo *P corr* et culta *Sab* exculta *Urs* expoliata *P corr r* 27 pene *P corr r* 28 oras *Sab:* ore *P*

cendum condiscendumque curabat, an fulminum casibus aut extorum aliquid significaretur in uenis? quando siderum motus aut ratio coepta est genethliaca sciri? non post Theutin Aegyptium aut post Atlantem, ut quidam ferunt, gestatorem, f. 61 baiulum, tibi|cinem illum ac destinam caeli? sed quid ego
70 haec parua? ipsi dii immortales, quorum modo aditis templa et numina suppliciter adoratis, sicut uestris litteris atque opinionibus traditur, non esse, non sciri ab temporibus coeperunt certis et impositis nominum appellationibus nuncupari? nam si uerum est ex Saturno atque eius uxore Iouem suis cum fratribus procreatum, ante nuptias et partus Opis nusquam fuerat Iuppiter, Iuppiter tam supremus quam Stygius, nusquam sali dominus, nusquam Iuno, quinimmo alius nullus genitoribus duobus exceptis caeli habitabat in sedibus, sed ex eorum concubitu concepti et nati sunt et spiritum hausere uitalem. certo ergo a tempore deus esse Iuppiter coepit, certo cultus et sacrificia commereri, certo fratribus in potestatibus anteponi. rursus uero si Liber Venus Diana Mercurius Apollo Hercules Musae, Tyndaridae Castores ignipotensque Vulcanus Ioue patre sunt proditi et genitore Saturnio procreati, ante quam Memoria, quam Alcmena Maia Iuno Latona Leda Dione, quam et Semela Diespitri factae sunt compressionibus fetae, nusquam et hi gentium nec in aliqua parte rerum fuere naturae, sed ex conuentu Iouis inseminati et nati sunt et aliquem sensum sui habere coeperunt. ergo et hi quoque tempore esse coeperunt certo et in numero numinum sacrorum ad caerimonias inuocari, quod ipsum similiter dicere translatum in Mi-

1 an *Salm:* in *P* 2 quid *Sab* mali quid *Hoffmannus* 3 genethliaca *Sab:* genetiaca *P* Theutin *Gel:* heutin *P* heutina *Sab* Teutatem *in err* Theutatem *Urs* 4 gestatorem, baiulum *seclusit Zinkius* 11 opi^s *P* 12 Iuppiter *alterum del Meursius* suppremus *P* 18 herculis *P corr* 20 genitore Saturno *Sab* genito Saturno *Gel* 21 Alcmena *Sab:* alchmena *P* 22 quam *Rigaltius:* cum *P* tum *Sab* Semele *Sab* diespaetri (ae *in* e, e *in* i *corr*) *P* foete *Sab:* fetiae *P* 23 hii *P* gentium intelliguntur *Klussmannus* gentium inueniuntur *Vahlenus* fuere *Sab:* fuisse *P* 25 hii *P*

neruam licebit. si enim Iouis, ut adseueratis, ex cerebro sine ullius seminis emicuit iactu, antequam est Diespiter genitus et in utero | matris corporeae formam circumscriptionis acce- f. 61b pit, certum est utique Mineruam non fuisse neque rerum in numero aut ulla esse in substantia computatam, sed ex quo capite Iouis enata est, et esse res coepit et nonnulla in essentia constituta. non habet ergo primigenios ortus, et a certo coepta est tempore dea dici, sacris in aedibus statui et inuiolabili religione sanciri. quod cum ita se habeat, cum de nouitate loquimini religionum nostrarum, uestrae uobis in mentem non ueniunt, nec curatis inspicere, quando sint exorti dii uestri, quas origines habeant, quas causas, uel ex quibus proruperint emicuerintque radicibus? cuius est autem pudoris, quinimmo inuerecundiae cuius, quod agere te uideas, in eo alterum reprehendere, maledicti et criminis loco dare ea quae in te possint reciprocata uicissitudine retorqueri? sed quod agimus **71** nos, nouum est, quod autem uos, priscum est et nimiae uetustatis: et quid istud aut uos iuuat aut nostram causam rationemque contristat? noua res est quam gerimus, quandoque et ipsa uetus fiet: uetus quam uos agitis, sed temporibus quibus coepit noua fuit ac repentina. religionis autem auctoritas non est tempore aestimanda sed numine, nec colere qua die sed quid coeperis conuenit intueri. ante trecentos annos religio, inquit, uestra non fuit. et dii uestri non fuerunt ante milia annorum duo. quibus istud rationibus colligi aut quibus supputationibus potest? non difficilibus, non obscuris, sed quas possit uidere qui uolet et contrectare, quemadmodum dicitur, manibus. | quis Iouem cum fratribus genuit? genialibus Opi adiunctus f. 61 bis Saturnus, ut uos fertis, Caelo atque Hecata procreatus. quis

1 celebro *P corr* 2 diespeter *P* 3 corpore *Sab* 4 ut*ique *P* 5 numero *Sab:* numeros *P* quo *add Salm* 6 coepit et *scripsi:* coepit *P* non ulla *uel* nulla *Urs* essentia *Sab:* essetiam *P* 7 non *addidi* 8 dea *Sab:* nea *P* inuiolauili *P corr* 11 exorti *Sab:* exoriti *P* 18 iubat *P corr* 23 qui *Sab* trecentos *Urs:* quadringentos *P* 24 inquid *P corr* 27 bolet *P corr* 28 genitalibus *Sab* Opi *scripsi:* opis *P* adiunctis (i *ex* u) *P* 29 et *P corr c*

Picum, Fauni patrem atque auum Latini? Saturnus, ut uos idem uestris scriptis atque auctoribus traditis. ergo si haec ita sunt, sequitur ut ·Picus et Iuppiter germanitatis sibi sociati sint iure, utpote uno ex sanguine unoque ex semine procreati. consentaneum est ita esse quod dicitur. ab Ioue et Pico quot sunt generis usque ad Latinum gradus? trini, ut indicat series. uultis Faunus, Latinus et Picus annis uixerint uicenis atque centenis? ultra enim negatur posse hominis uita produci. aestimatio iusta et liquida est. trecenti ergo sunt pleni et sexaginta post hos anni? res ita est, ut indicat supputatio. cuius socer Latinus fuit? Aeneae. genitor Aeneas cuius? Ascanii Albani oppidi conditoris. quot apud Albam regnatum est annis? quadringentis et prope bis denis. aetatis urbs Roma cuius esse in annalibus indicatur? annos ducit quinquaginta et mille aut non multum ab his minus. ergo ab Ioue, qui frater est Pici quique pater est minorum et reliquorum deorum, anni ad haec tempora prope milia duo sunt aut pleni, ut largiamur aetati. quod cum redargui non possit, non tantum recens nata religio ostenditur quam obitis, set infantes et paruulos esse ipsos adhuc deos, quibus tauros atque alias hostias cum periculo corruptionis suggeritis, quos oportebat adhuc mammis
72 atque stillato lacte nutriri. at religiones uestrae multis annis praecedunt nostram et eo sunt ueriores quod uetustatis auc-
f. 61 bis[b] toritate munitae sunt. | et quid eas prodest annis quam plurimis anteire, cum a certo coeperint tempore, aut spatii cuius sunt milia annorum duo saeculorum tantis comparata cum

1 faoni *P corr c'* 2 idem uos *Sab* 3 germanitati *P corr c'* 4 sunt *P corr* 5 *in mg* ₽ quod *P* 6 gradus *Sab, r:* granus *P* 7 *in mg* ·.· 11 genitor Aeneas *Zinkius:* genitor **latinus *P* genitoris Latinus *Sab* genitoris Latini *Gel* genitor is *uel* genitoris Ascanii *om* cuius *Urs* genitor gener is Latini *Meursius* genitor is Ascanii *Salm* genitor gener Latini *Klussmannus* Ascanii *addidi* 12 quod *P* 13 urbs *Sab:* urbe *P* 14 annalibus *Sab:* aulibus *P* iudicatur *Sab* 17 at *P* haud *Sab* largeamur *P corr c'* 19 quam *Sab:* quas *P* 22 at *Sab:* et *P* religiones *Sab:* religionis *P* 23 uest*u*statis *P*

milibus? ac tamen ne causam tam longa prodere dissimulatione uideamur, nisi molestum est, dicite, omnipotens et primus deus nouella uobis uidetur res esse, et qui eum uenerantes colunt, inauditas incognitas repentinas agitare atque inducere religiones? estne illo antiquius quicquam, aut quod eum praecedat re tempore nomine potest aliquid inueniri? nonne solus ingenitus, immortalis et perpetuus solus est? quis caput ac fons rerum est? non ipse? cui debet aeternitas hoc ipsum quod nuncupatur aeternitas? non ipsi? infinita ut prodeant saecula, non ex eius perpetuitate perficitur? indubitabile istud et uerum. non ergo quod sequimur nouum est, sed nos sero addidicimus quidnam sequi oporteret ac colere aut ubinam conueniret spem salutis adfigere et salutaria subsidia conlocare. nondum enim adfulserat qui uiam monstraret errantibus et caligine in altissima constitutis cognitionis lumen inmitteret et ignorationis discuteret caecitatem. sed causa in huiusmodi uertitur ⁂ sola? quid, **73**
nos Aegyptiaca numina, quibus Serapis atque Isis est nomen, non post Pisonem et Gabinium consules in numerum uestrorum rettulistis deorum? quid, Phrygiam matrem, cuius esse conditor indicatur uel Midas uel Dardanus, non cum Hannibal Poenus res Italas raperet et terrarum exposceret principatum, et nosse et scire coepistis et memorabili religione sancire? sacra Cereris matris non quod uobis | incognita essent, adscita paulo ante, f. 62
obtentum est ut Graeca dicantur nouitatem ipsam testificante cognomine? non doctorum in litteris continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire? ex quo apparet et liquidum est, et hunc uobis fuisse incognitum, post autem aliquando coepisse esse et hunc notum. si quis igitur nos inter-

1 longa *Urs:* longam *P* bonam *Gel* 7 aut fons *Sab* 10 indubitabile *Sab:* indubile *P* 11 sequimur *Gel:* sequitur *P* 12 oporteret ac *scripsi:* oporteat *P* oporteat et *Gel* oporteat ac *Oehlerus* conueniret *Urs* ('oporteat aut ubinam conueniat spem *uel* oporteat et colere aut ubinam conueniret spem'): comuenire et *P* 16 uertimur *Salm* *lacunam signaui: interciderunt* religio nostra *uel similia* soli *Salm* 19 frygiam *P* 20 iudicatur *Sab* 21 italicas *Sab* 22 scire] asciscere ? caereris *P* 23 incognitae *P* *corr* sunt autem adscita ? 24 obtemtum *P* 26 indigetamenta *e* 27 aliquanto *Sab* 28 hunc *addidi*

roget, cur eorum numinum quorum modo fecimus mentionem tam sero susceperitis cultum, responsuros uos certum est: aut quia illos nuper deorum esse in numero nesciebamus, aut quia nunc sumus a uatibus moniti, aut quia in rebus asperrimis beneficiis eorum sumus auxiliisque seruati. quodsi hoc a uobis recte existimabitis dici, et ex nostris partibus ratione consimili existimatote esse responsum. religio nostra nunc nata est: nunc enim missus aduenit qui eam nobis ostenderet, qui in eius induceret ueritatem, qui deus monstraret quid sit, qui ad eius nos cultum 74 ab rebus opinabilibus auocaret. et quid, inquit, est uisum deo regi ac principi, ut ante horas, quemadmodum dicitur, pauculas sospitator ad uos Christus caeli ex arcibus mitteretur? interrogamus et nos contra: quae causa, quae ratio est, ut non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius hiemes, serius aestas atque autumnitas fiant? cur post messes arefactas atque extincta frumenta nonnumquam decidant pluuiae, quas rebus oportuit incolumibus labi et temporis opportunitatibus f. 62b ministrari? immo illud exquirimus | potius, cur, si Herculem oportuit nasci, si Aesculapium Mercurium Liberum aliosque nonnullos, qui et conciliis adiungerentur deorum et mortalibus aliquid utilitatis adferrent, tam sero a Ioue sint proditi, ut sola illos posteritas sciret, superiorum uero ignoraret antiquitas? rationem aliquam fuisse dicetis. ratio ergo et hic fuit, cur non nuper sed hodie sospitator nostri generis adueniret. quaenam igitur ratio est? non imus infitias nescire nos. neque enim promptum est cuiquam dei mentem uidere, aut quibus modis ordinauerit res suas, homo animal caecum et ipsum se nesciens ullis potest rationibus consequi: quid oporteat fieri, quando uel quo genere, ipse rerum cunctarum pater, modera-

3 nesciebamus *Sab:* desciebamus *P* 5 hoc *add c* 6 patribus *P corr* 8 inducere[t] *P* 10 a*u*ocaret *P* inquid *P* 11 atque *Sab* 13 uos *Elmenhorstius* 14 hyems *Sab* 15 arefactas *Sab:* arefacta *P* 17 atque *Sab* 18 hercu*lem *P* 19 opotuit *P corr c* 25 imus *Sab:* minus *P* infi*cias (c *in* t *corr c'*) *P* 27 *sqq.* suas. homo ... nullis potest rationibus consequi, ... genere: ipse ... scit id solus *Salm* 28 nullis *Urs* potest *Gel:* potens *P*

tor et dominus scit solus. nec si ego nequiuero causas uobis
expromere, cur aliquid fiat illo uel hoc modo, continuo sequitur
ut infecta fiant quae facta sunt et amittat res fidem quae
generibus uirtutum tantis et potestatum indubitabilis esse
monstrata est. tu opponas et referas: cur tam sero emissus **75**
est sospitator? in infinitis, perpetuis saeculis nihil omnino di-
cendum est serum. ubi enim finis et initium nullum est, nihil
praematurum est, nihil tardum. tempus enim a finibus et ex-
tremitatibus noscitur, quae habere non potest perpetua series
et immoderata continuatio saeculorum. quid enim si res ipsae,
quibus opem conueniebat ferri, opportunitatem istam temporis
exigebant? quid si alterius condicionis antiqua, alterius fuere
sequentia? quid si priscis aliter subueniri, aliter | debuit f. 63
posterioribus consuli? nonne litteras auditis commemorantes
uestras fuisse homines olim semideos, heroas, cum immanibus
corporibus atque uastis? non infantes sub uberibus matrum
centenarios legitis edidisse uagitum, quorum ossa uariis in
regionibus eruta uix repertoribus fecerunt fidem humanorum
reliquias esse membrorum? potest ergo fieri, ut tum demum
emiserit Christum deus omnipotens, deus solus, postquam gens
hominum fractior et infirmior coepit nostra esse natura. si quod
hodie factum est, ante milia fieri oportuisset annorum, fecisset
istud rex summus, aut si post totidem milia id quod hodie
factum est debuisset inpleri, nihil deum cogebat necessarias
temporum non expectare mensuras. rationibus fixis peraguntur
res eius et quod semel decretum est fieri nulla potest nouitate
mutari. cur ergo, inquit, si omnipotenti seruitis deo et eum **76**
habere confiditis salutis atque incolumitatis uestrae curam, cur
persecutiones patitur perpeti uos tantas atque omnia genera

3 infecta *Sab:* infacta *P* 4 potestatum *Gel:* potestatibus potestatũ *P* 5 monstrata* *P* 6 nihil omnino *Gel:* nihil omino (*ex* omni) *P* nihilominus *Sab* 9 perpetua *addidi* 10 et immoderata *Gel:* etiam moderata *P* 11 oportunitatem *P* 15 saemideos *P* 17 centenarios] stentoreos *Sab* uagitus *Sab* 19 p*otest *P* cum *Sab* 22 oportuisset *Urs:* potuisset *P* 27 cur *scripsi:* cum *P* inquit (t *ex* d) *P* inquit, si] inquitis *Sab* seruiatis *Sab* 28 confidatis *Sab* nostrae *Sab*

poenarum et suppliciorum subire? perquiramus et nos contra, cur et uos, cum tantos et tam innumeros colatis deos cumque illis aedes constituatis sacras, simulacra effingatis ex auro, animantium mactetis greges, acerras omnes turis plenas conficiatis altaribus, cur non immunes agitis tot discriminibus et procellis, quibus cotidie uos agunt exitiabiles multiplicesque fortunae? cur, inquam, dii uestri cessant a uobis auertere tot f. 63b morborum et ualetudinum genera, naufragia ruinas incendia pestilentias sterilitatem, amissionem pignorum et proscriptionem bonorum, discordias simultates bella, captiuitates urbium et sublatis ingenuitatibus seruitutes? sed et nobis in huiusmodi casibus minime auxiliatur deus. prompta et manifesta causa est. nihil est enim nobis promissum ad hanc uitam nec in carunculae huius folliculo constitutis opis aliquid sponsum est auxiliique decretum; quinimmo edocti sumus minas omnes quaecunque sunt parui ducere atque aestimare fortunae, ac si quando ingruerit uis quaepiam grauior, quam finem necesse sit consequi, adscribere infortunio uoluptatem nec timere nec fugere quo facilius exui corporalibus possimus et uinculis et
77 tenebrosam euadere caecitatem. itaque ista quam dicitis persecutionis asperitas liberatio nostra est, non persecutio, nec poenam uexatio inferet sed ad lucem libertatis educet. ut si aliquis brutus ac stolidus in carcerem hominem datum in ingressu quaestionum numquam adficier sat grauibus atque inmanibus existimet poenis nisi in ipsum saeuiat carcerem,

1 requirimus *Salm* 3 illi sedes *Sab* 4 thuris *P corr* plenas *Urs:* plenis *P* coniiciatis *Heraldus* 6 angunt *Orellius* 8 moruorum *P corr* ualetudinũ *P* 9 **a*missionem *P* 10 simultates bella *scripsi:* bella simultates *P* 14 carunculae *Sab:* calunculae *P* 17 qua f. n. s. c. uitae *Salm* 18 adscribere fortunio [uoluptatem] nec *Urs* [adscribere infortunio uoluptatem] nec *Heraldus* timere mortem ? 19 e *Gel* ex *Urs* 22 uexato *Sab* inferet *Gel* (inferret *Sab*): inferat *P* educet *Sab:* seducet *P* 23 carcere *c'* datum *Urs:* natum *P* damnatum *Gel* in ingressu *scripsi:* in egressum *P* inegressum *Sab* ingressum *Gel om Urs* lumine cassum *Klussmannus* 24 adficier *scripsi:* adficere *P* sat grauibus *scripsi:* segregauimus *P* se grauibus *Sab* se grauaminibus *Klussmannus*

materiam eius comminuat atque urat tectum, parietem, ianuas partesque alias operis renudet deiciat adfligat, nesciens hoc facto ei cui uideatur officere dari ab se lucem et sceleratam eripi caecitatem: itidem et uos flammis exiliis cruciatibus beluis, quibus corpora lancinatis et diuexatis nostra, non uitam eripitis nobis, sed pelliculis releuatis | et cutibus nos nescii, f. 64
et quanto instatis et pergitis in effigies has nostras speciesque saeuire, tanto artis et grauibus releuatis nos uinculis et ad lumen efficitis circumcisis nexibus euolare. quare, homines, abs- 78
tinete quaestionibus uacuis impedire spes uestras, nec si aliter quam uos putatis aliquid se habet, uestris potius opinionibus credere quam rei debetis augustae. urgent tempora periculis plena et exitiabiles imminent poenae: confugiamus ad salutarem deum nec rationem muneris exigamus oblati. cum de animarum agatur salute ac de respectu nostri, aliquid et sine ratione faciendum est, ut Epictetum dixisse adprobat Arrianus. dubitamus, ambigimus nec esse quod dicitur plenum fidei suspicamur: committamus nos deo, nec plus apud nos ualeat incredulitas nostra quam illius nominis et potentiae magnitudo, ne dum ipsi nobis argumenta conquirimus quibus esse uideatur falsum id quod esse uolumus atque adnitimur uerum, obrepat dies extremus et inimicae mortis reperiamur in faucibus.

16 Epict. fr. 181 Schweigh.

1 ectum *P corr c*   4 itidem *Sab:* ididem *P*   flammis *Sab:* flaminis *P*   5 diuexatis *Gel:* diu uexetis *P* diu uexatis *Sab*   6 releuatis *Urs:* reuelatis *P*   nos *Sab:* uos *P*   nos nescii, et] nos, nescii quod *Gel*   7 quantum *Sab*   8 tantum *Sab*   releuatis *Urs:* reuelatis (u *ex* b) *P*   10 questionibus *P*   14 muneris *Sab:* numeris *P*   15 agitur *Urs*   16 Epithetum *Sab corr in err*   19 numinis *Urs*   20 conquirimus *Sab:* conquisimus *P*   21 uolumus *scripsi:* uolimus *P* nolumus *Rigaltius*   adnitemur *Salm* adnitimur uerum, obrepat] adnitemur, uerum obrepat *Klussmann, alii*
22 ARNOBII ADUERSUS NATIONES LIB. II. EXP. INCIPIT LIB. III

LIBER TERTIVS

1 Iamdudum quidem criminibus his omnibus, maledictionibus potius ut uera dicamus, ab excellentibus parte in hac uiris et ueritatem istam commeritis nosse satis plene accurateque responsum est neque apex ullus ullius praetermissus est quaestionis qui non sit modis mille et rationibus ualidissimis refutatus. non est igitur necessarium parte in hac causae
f. 64b diutius | inmorari. neque enim res stare sine adsertoribus non potest, religio Christiana aut eo esse comprobabitur uera, si adstipulatores habuerit plurimos et auctoritatem ab hominibus sumpserit. suis illa contenta est uiribus et ueritatis propriae fundaminibus nititur nec spoliatur ui sua, etiamsi nullum habeat uindicem, immo si linguae omnes contra faciant contraque nitantur et ad fidem illius abrogandam consensionis unitae
2 animositate conspirent. nunc ad ordinem reuertamur a quo sumus necessario paulo ante digressi, ne diutius interrupta defensio palmam criminis comprobati calumniatoribus concessisse dicatur. subiciunt enim haec: si uobis diuina res cordi est, cur alios nobiscum neque deos colitis neque adoratis nec cum uestris gentibus communia sacra miscetis et religionum coniungitis ritus? possumus interim dicere: ad cultum diuinitatis obeundum satis est nobis deus primus, deus, inquam, primus, pater rerum ac dominus, constitutor moderatorque

8 ^{s}tare *P* res stare] stare *Sab* restare *Meursius tamquam e codice* per se stare *Klussmannus* 9 et religio *Salm* christiani *P corr c'* religio Christiana *seclusit Zinkius* 10 omnibus *P corr* 14 fidem *Sab:* finem *P* abrogandam *Sab:* adrogandam *P* 17 concessise *P* 18 diuin*a* *P* 20 gentilibus *Zinkius* cummunia *P corr*

cunctorum, in hoc omne quod colendum est colimus, quod
adorari conuenit adoramus, quod obsequium uenerationis ex-
poscit uenerationibus promeremur. cum enim diuinitatis ipsius
teneamus caput, a quo ipsa diuinitas diuinorum omnium quae-
cumque sunt ducitur, superuacuum putamus personaliter ire
per singulos, cum et ipsi qui sint et quae habeant nomina
nesciamus et cuius sint praeterea numeri neque liquidum neque
comprehensum neque exploratum habere possimus. atque ut **3**
in terrestribus regnis necessitate nulla compellimur, | regalibus f. 65
in familiis constitutos nominatim cum principibus adorare, sed
in regum ipsorum cultu quicquid illis adnexum est tacita ut
se sentit honorificentia comprehendi, non alia ratione quicum-
que hi dii sunt quos esse nobis proponitis, si sunt progenies
regia et principali oriuntur e capite, etiamsi nullos accipiant
nominatim a nobis cultus, intellegunt se tamen honorari com-
muniter cum suo rege atque in illius uenerationibus contineri.
et hoc quidem a nobis fuerit ita prolatum, si modo liquet et
constat praeter ipsum regem et principem esse alia numinum
capita, quae digesta et separata per † numerum uelut quendam
populum plebeiae multitudinis faciant. neque nobis in aedibus
sacris effigies pro diis, sigilla et simulacra uelitis ostendere,
quae intellegitis uos quoque, etsi recusatis et renuitis con-
fiteri, uilissimi esse formas luti et fabrorum figmenta puerilia.
et cum de re loquimur diuina uobiscum, hoc ut ostendatis ex-
poscimus, esse deos alios natura ui nomine, non in simulacris
propositos, quos uidemus, sed in ea substantia in qua con-
ueniat aestimari tanti esse nominis oportere uirtutem. sed con- **4**

1 cunctarum *Klassmannus* colendum *Sab*: colendus *P* 4 ca-
pud *P corr* ae *P corr* quicumque *Heumannus* 5 per-
sonas *Sab* ire *add Sab* 6 singulas *Sab* 11 ut ui *Sab*
om Urs et Salm 13 hii *P* 17 ita *add* ? interea ?
18 alia numinum *Rigaltius*: alienum *P* alia non *Sab* alia etiamnum *Salm*
alia deum *Hildebrandus* alienigenum *Klassmannus* 19 numerum
munera certa suo numero ? quendam *Sab*: quaedam *P* 21 si-
gilla et *Klassmannus*: illa et *P* et illa *Gel* 22 etsi *Klassmannus*:
et *P om Sab* sed *Urs* at *Salm* recusatis *om Sab* 23 uilissimi
Sab: uelissime *P* 27 numinis *Urs* uirtutem *Sab*

silium non est parte in hac causae diutius inmorari, ne lites maximas concitare ac tumultuosa conserere uideamur uelle certamina. sit ista, ut praedicatis, plebs numinum, sint deorum innumerae gentilitates, adstipulamur adquiescimus coniuemus nec in aliqua quaestione dubitabile istud ambiguumque configimus. illud tamen a uobis audire exposcimus et rogamus:
f. 65b unde uobis compertum est | uel quibus rationibus conprehensum, hine sint in caelo quos esse existimatis et colitis an nescio qui alii opinionis et nominis inauditi? potest enim fieri, ut et hi sint quos esse non remini et quos esse confiditis in nulla inueniantur parti naturae. neque enim caeli aliquando subuolastis ad sidera, singulorum facies atque ora uidistis, et quos esse memineritis illic deos eosdem hic colere tamquam notos instituistis ac uisos. sed et illud rursus desideramus audire, a uobisne inposita habeant haec nomina quibus eos uocatis an ipsi haec sibi diebus imposuerint lustricis. si diuina haec sunt et caelestia nomina, quis detulit ad uos ea? sin autem a uobis appositas appellationes has habent, quemadmodum potuistis uocabula his dare quos neque uideratis aliquando neque quales aut qui essent ulla cognitione noratis?
5 sed ut uultis et creditis atque ut uobis persuasum est, hi dii sint, nominibus appellentur his etiam quibus eos † popularem censeri popularis uulgaritas ducit: unde tamen uobis liquet, nominibus hi suis censum compleant an sint aliqui uobis incogniti neque

1 partae *P corr* 3 plebs *Sab:* praebs *P* 4 gentilitates *Sab:* gentilitatis *P* atquiescimus *P* conibemus *c¹ om Sab* 5 conficimus *Meursius* 8 hine *Sab:* hine de (de r) *P* hine di *Meursius* 10 ut hi *omisso* et *Sab* 11 parti *Hildebrandius:* partis *P* parte *Sab* 14 *sq.* audire a uobis, impositane *cum Sab uulgo, nisi quod Hildebrandio et Oehlero* ne imposita *placuit* 16 lustricis *Meursius:* lubidri¹s *P* ludicris *Sab* 17 at *P corr* 18 appellationis *P corr* 19 uideratis *Meursius:* uidebatis *P* 20 ulla *scripsi:* in ulla *P* in nulla *Sab* cognitione *Sab:* cognatione *P* 21 hii *P* 22 sint *Gel:* sunt *P* populares *Sab del Urs* populatim *Rigaltius: lacunam signare mauult Zinkius* 23 liquet *Zinkius:* quae *P* quaeso *Meursius* scire quot *Salm* nominis *Gel* 24 hi suis *Zinkius:* huius *P* sensum *Sab* compleant *Salm:* complent *P* an] etsi *Salm* sunt *Gel* incogniti neque *Zinkius:* in cognitione quae *P* in cognitione *Sab* in cognitionem *Urs*

in uisum aliquando notitiamque perlati? neque enim sciri est facile, definita et certa sit eorum numeri multitudo an sine ulla populositatis summa sit nec computationis alicuius rationibus terminata. fingamus enim uos deos mille percolere uel milia potius quinque: at in rerum natura potest forsitan fieri, ut deorum milia centum sint, potest, ut hoc amplius, immo, quod diximus paulo ante, potest deorum summa esse nulla | nec numerabili circumscriptione finita. aut igitur et uos f. 66
impii, qui praeter deos paucos reliquorum officia non obitis, aut si uobis ueniam ceterorum ignorantiae postulatis, eandem et nobis conciliabitis ueniam, si pro parte consimili eorum religionibus abstinemus quos esse omnino nescimus. et tamen 6
ne nos quisquam peruicaciter arbitretur sacramenta nolle suscipere ceterorum quaecumque sunt numinum. deuotas etenim mentes et manus protendimus supplices neque aspernamur quocumque inuitaueritis accedere, si modo discamus, quinam isti sint diuini quos nobis ingeritis, et quos par sit adiungi summi regis ac principis uenerationi. Saturnus, inquit, et Ianus est, Minerua Iuno Apollo Venus Triptolemus Hercules atque alii ceteri, quibus magnificas aedes cunctis paene in urbibus religiosa consecrauit antiquitas. inuitare nos forsitan ad istorum numinum potuissetis cultum, si non ipsi uos primi opinionum turpium foeditate talia de illis confingeretis quae non modo illorum polluerent dignitatem sed minime illos esse qualitatibus conprobarent eis adiunctis. adduci enim primum hoc ut credamus non possumus, inmortalem illam praestantissimamque naturam diuisam esse per sexus et esse partem unam mares, partem esse alteram feminas. quem quidem locum plene iamdudum homines pectoris uiui tam Romanis litteris explicauere

1 uisum *Meursius:* usum *P* 3 populositas *Salm* 5 ad *P corr* potest et *Sab* 10 postulatis *Sab:* postulastis *P* 13 arbitretcur *P corr* suscipere *P* 14 sunt *add c* 15 aspernamur *Sab:* aspernamus *P* 16 quocumque *Sab:* quodcumque *P* 17 sint *Heumannus:* sunt *P* diui *Sab* 18 inquid *P corr* anus *P corr c'* 19 est] et *Salm* treptolemus *P* herculis *P corr* atque alii] Aesculapius *Urs* 20 ceteri *Meursius:* et ceteri *P* 25 comprobarent iis *Hildebrandius:* conprobaretis *P* comprobarent *Heraldus*

quam Graecis, et ante omnes Tullius Romani disertissimus generis nullam ueritus impietatis inuidiam ingenue constanter
f. 66b et libere quid super tali opinatione | sentiret pietate cum maiore monstrauit: a quo si res sumere iudicii ueritate conscriptas, non uerborum luculentias pergeretis, perorata esset haec causa nec secundas ut dicitur actiones nobis ab infanti-
7 bus postularet. sed quid aucupia uerborum splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos, qui auersentur et fugiant libros de hoc eius nec in aurem uelint admittere lectionem opinionum suarum praesumpta uincentem, cumque alios audiam mussitare indignanter et dicere, oportere statui per senatum, aboleantur ut haec scripta quibus Christiana religio comprobetur et uetustatis opprimatur auctoritas? quinimmo, si fiditis exploratum uos dicere quicquam de diis uestris, erroris conuincite Ciceronem, refellitote, redarguite, temeraria et impia dictitare conprobate. nam intercipere scripta et publicatam uelle submergere lectionem non est deos defen-
8 dere sed ueritatis testificationem timere. ac ne tamen et nobis inconsideratus aliquis calumniam moueat, tamquam deum quem colimus marem esse credamus, ea scilicet causa, quod eum cum loquimur pronuntiamus genere masculino, intellegat non sexum sed usu et familiaritate sermonis appellationem eius et significantiam promi. non enim deus mas est, sed nomen eius generis masculini est, quod idem uos dicere religione in uestra non quitis. nam consuestis in precibus 'siue tu deus es siue dea' dicere, quae dubitationis exceptio dare uos diis sexum disiunctione ex ipsa declarat. adduci ergo non possumus, ut corpora credamus deum. nam esse necesse est corpora, si sunt

1 de nat. deor. fr. 3 Bait.

1 graegis *P corr c'* 4 quos *P corr* 5 esset *Dauisius:* esse et *P* esset et *Sab* 15 refellitote, redarguite, temeraria et impia dictitare *Stewechius:* temeraria et impia dictitare refellitote redarguite *P* 16 dictare *Sab* dicta *Gel* reprobate *Sab* 18 testificationem *Sab, r:* testificatione *P* 20 marem *Sab:* matrem *P* 24 quid *Sab corr in err* 25 praecibus *P* siue dea] siue tu dea *Sab* 26 dubitationis *Sab:* dubitationib; *P* diis *Sab, r:* dii *P* 28 nam] at *Urs* esse *om Sab*

| mares ac feminae, aut insignificatam esse generum disiunctionem. f. 67 quis enim uel exigui sensus nescit terrenorum ab illo animantium conditore non alia de causa generis diuersi sexus institutos esse atque formatos, nisi ut per coitus et conubia corporum res caduca et labilis successionis perpetuae innouatione duraret? quid ergo? dicemus deos procreare, deos 9 nasci, et idcirco his additas genitalium membrorum partes, ut sufficere prolem possent, et noua quaque suboriente fetura quicquid prior aetas abstulisset recidiua substitutio subrogaret? ergo si haec ita sunt, id est si dii procreant † superi et super has leges experiuntur se sexus, suntque inmortales nec frigoribus fiunt senectutis effeti, sequitur ut debeant plena esse diis omnia neque innumeros caelos eorum capere multitudinem posse, siquidem et ipsi perpetuo generant et per suboles subolum multiplicata semper innumerabilitas ampliatur: aut si obscenitas coeundi ita ut decet ab diis abest, quae causa ratioque monstrabitur, cur insigniti sint his locis, quibus sexus se solet libidinum propriarum admonitionibus recognoscere? neque enim ueri est simile, haberi haec frustra aut inprobum in illis lusum ludere noluisse naturam, ut eos his partibus aggeraret quibus utendum non esset. ut enim ad usus certos manus pedes oculi ceteraque constructio membrorum sua quaeque in officia constituta est, ita conuenit credere in sui muneris functionem comparatas esse has partes: aut confi-

1 faeminae *P corr* aut *addidi* insignificatam *scripsi:* insignificata *P* ui significata *Sab* insignita *Urs* esse] ex *Sab* disiunctionem *scripsi:* disiunctione *P* distinctione *Urs* 2 nesci *P corr c'* 8 quaque suboriente *Gel:* quaeq; sunt oriente *P* (quaeque sunt) oriente *sic Sab* 9 recidiba *P corr* 10 *sq.* [id est si dii procreant] superi et [super] has leges experiuntur sexus *Zinkius* [superi] et si per has (*uel* humanas) leges pariuntur sexus ? 11 super] si per *Gel* 12 debeant *Sab*: debeat *P* 14 ipsi *Gel:* ipsi si *P* 16 obsenitas *P* 18 solent *Sab* 19 inprobum *Hauptius:* inprouida *P* improuidentiam *Sab* prouidentiam *Meursius* improuidam *Salm* 20 lusum *Hauptius:* suam *P* suaue *Salm* 21 esset *Urs:* ē sed *P* est, sed *Sab* est *Salm* 24 functionem *Sab:* finctionem *P* confitendum *Gel:* confidendum *P*

tendum est, in deorum corporibus esse aliquid uacuum, quod **10** sit frustra atque inaniter fabricatum. | quid dicitis, o sancti f. 67b atque inpolluti antistites religionum? habent ergo dii sexus et genitalium membrorum circumferunt foeditates, quas ex moribus uerecundis infame est suis appellationibus promere? quid ergo iam superest, nisi ut eos credamus inmundorum quadrupedum ritu in libidinum furias gestire, cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones et ad postremum fractis dissolutisque corporibus uoluptatis eneruatione languescere? et quoniam quaedam sunt feminarum generis propria, sequitur ut deas quoque credamus circumactis persoluere suas mensibus leges, fastidiosos ducere atque habere conceptus, aboriri praeferre et praepropero partu septimanas edere aliquando feturas. o pura, o sancta atque ab omni turpitudinis labe disparata atque abiuncta diuinitas! hauet animus atque ardet, in chalcidicis illis magnis atque in palatiis caeli deos deasque conspicere intectis corporibus atque nudis, ab Iaccho Cererem, Musa ut praedicat Lucretia, mammosam, Hellespontiacum Priapum inter deas uirgines atque matres circumferentem res illas proeliorum semper in expeditionem paratas. hauet, inquam, uidere deas grauidas, deas fetas gliscentibusque per dies aluis alias intestini ponderis morositate cunctari, parturire alias tractu longo et manus obstetricias quaerere, illas telis grauibus et dolorum acuminibus fixas heiulare, tortari et inter haec omnia suppetias Iunonis implorare Lucinae. nonne multo est rectius maledicere, conuiciari atque alia ingerere diis probra,

17 sq. Lucret. 4, 1168 L.

5 moribus *scripsi:* oribus *P* 7 quadripedum *P* 8 ad *om* *Sab* 9 uoluptatis *Gel:* uoluntati *P* uoluntatis *Sab, r* eneruatione *Sab:* eneruationi *P* languescere *Sab, r:* anguescere *P* 11 deas *scripsi:* eas *P* 12 abortiri *Urs* praeferre *scripsi:* perferre *P* 15 auet animus *Gel:* habet et animum *P* habet etiamnum *Sab* 17 ab] apud *Sab* iactho *P* Iacchum *Sab* 18 Lucretii *Sab* priapum *Sab, r:* priamum *P* 20 praeliorum *P corr c'* expeditionem *Huetius:* expeditione *P* auet *Gel:* habet *P* 21 fitas *P corr c'* aluis] aliis *Sab* 22 alias *post* aluis *addidi* 23 obsticias *P corr c'* quaereres *Sab* alias *Urs* 24 tortari *Canterus:* et hortari *P* 26 conuitiari *c'* diis] de his *Sab*

quam uel obtentu pio talia de his monstra | opinionum in- f. 68
dignitate praesumere? et audetis adscribere causam nobis **11**
offensionis deorum, cum, si iudicatio fiat, certissima in uobis reperiatur haec esse et in contumelia alia quam opinamini stare? nam si dii, ut dicitis, adficiuntur ira et animorum indignationibus incalescunt, cur eos non putemus aegre atque aegerrime sustinere, dari sibi a uobis sexus, quibus canes porcique formati sunt, et cum ita credatis, non aliter se fingi et ignominiosa cum ostentatione proponi? ergo cum haec ita sint, miseriarum omnium causa uos estis, uos deos impellitis, uos excitatis infestare omnibus malis terras et noua quaeque cotidie struere, quibus ulcisci se possint tot a uobis iniuriis et maledictionibus exasperati: maledictionibus, inquam, et iniuriis, quas partim fabulis turpibus, partim opinionibus indecoris, quas uestri theologi, quas poetae, quas ipsi uos quoque ignominiosis celebratis in ritibus. res perditas inuenietis humanas et abiecisse clauum deos, si modo illorum curam spectat mortalium regere atque administrare fortunas. nam nobis quidem cur irascantur non habent, quos uident et sentiunt neque se colere neque deridere, quod dicitur, et honestius quam uos multo de sui nominis dignitate existimare, quam credere.
de sexu hactenus. nunc ad speciem ueniamus et formas, quibus **12**
esse descriptos deos superos creditis, quibus immo formatis et templorum amplissimis conlocatis in sedibus. neque quisquam Iudaeicas in hoc loco nobis opponat et Sadducaei generis fabulas, tamquam formas tribuamus et nos deo: hoc enim putatur | in eorum litteris dici et ut rem certam * atque auctoritate f. 68b

1 uel *scripsi:* ut *P om Sab* 1 nec *Freinshemius* alia *add Oehlerus* 5 stare *Sab:* strare *P* 7 aegerrime *Urs:* acerrime *P* 14 quas *Sab:* quam *P* indecoris *Sab:* indecoriis *P* 15 theolegi *P corr c'* 17 clabum *P corr* 18 administraret *P corr c'* 20 diridere *P corr* dicitis ? quam uos *del Hugius* 21 quam] et *Gel* atque *Urs om Salm* quam uos *Hugius* 22 *sqq. in mg* De specie & | formis | deo*r* 25 iudeicas *P* iudaicas *Gel* 26 tribuamus *Sab:* tribuant *P* anos (a *eras*) *P* os *Salm* 27 dici et] dicier *Meursius* ut *scripsi:* ut uel *P om Gel* uelut *Meursius* rem certam *Vahlenus:* re certa *P* res certa *Meursius* rem certam atque] lege certaque *Gel* *lacunam indicauit Vahlenus: intercidisse uideri* testimonio *cf. 4, 18* auctorita *P corr c*

firmari: quae aut nihil ad nos attinent nec ex aliqua portione quicquam habent commune nobiscum, aut si sunt ut creditur sociae, quaerendi sunt uobis altioris intellegentiae doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis conueniat litterarum illarum nubes atque inuolucra relaxare. nostra de hoc sententia talis est. naturam omnem diuinam, quae neque esse coeperit aliquando nec uitalem ad terminum sit aliquando uentura, liniamentis carere corporeis neque ullas formarum effigies possidere, quibus extima circumscriptio membrorum solet coagmenta finire. quicquid enim tale est, mortale esse arbitramur et labile; nec obtinere perpetuam posse credimus aeuitatem quod extremis coercitum finibus necessaria circumcludit ex-
13 tremitas. at uero uos deos parum est formarum quod amplectimini mensione, filo etiam terminatis humano, et quod indignius multo est, terrenorum corporum circumcaesura finitis. quid ergo dicemus? caput deos gestare tereti rotunditate colli erectum, retinaculis neruorum dorso inligatum ac pectori et ad ceruicum necessarias flexiones consertionibus uerticularum atque ossea substructione fulciri? quod si accipiemus ut uerum sit, aures etiam sequitur ut habeant curuis perterebratas anfractibus, oculorum orbiculos mobiles, superciliorum marginibus obumbratos, suspensum imbricem narium, munctionibus muculentis et spiritali commeabilem tractui, subactionibus ciborum dentes trini generis atque in officia trina compositos,
f. 69 manus ministras | operum, articulatis digitis et cubitorum mobilitate tractabiles, corporibus sustinendis pedes, explicandis gressibus et suggerendis anticipationibus itionum genua. quodsi

1 ad] lat *P corr* attinent *Sab:* attinet *P* 2 commune *Sab:* communem *P* ut *add Salm* creditae *Sab* 8 ullas *Sab:* ulla *P* 14 etiam terminatis *scripsi:* et atterminatis *P* etiam atterminatis *Sab* 16 colli erectum *scripsi:* collectum *P* 18 ad *Sab, r:* a *P* uerticularum *F. Dousa:* uerticum *P* uertebrarum *Urs* 20 sequitur *Sab:* secuntur *P* ut *add c'* curbis *P corr* 21 mouiles *P corr* 22 imbricem *Sab:* imbricen *P* munctionibus *Sab, r:* unctionibus *P* 23 mucculentis *Sab:* munculentis *P* ciuorum *P corr r* 25 articulatis *scripsi:* articulis *P* 27 genua *addidi*

ea quae prompta sunt, consentaneum est et illa portari quae
sub costis earumque sub cratibus cutes contegunt atque omen-
torum membranulae, gurguliones uentriculos lienes pulmones
uesiculas iecora, intestinorum uolubilium tractus et per omnia
uiscera commeantes purpurei sanguinis uenas cum arteriis spiri-
talibus coniugatas. an numquid caelestium corpora foeditatibus 14
his carent, et quoniam cibis mortalibus abstinent, edentulos
eos esse paruolum credendum est ritu et uiduatos interioribus
cunctis tamquam utres sufflatos turgidorum corporum inanitate
pendere? quid quod, si haec ita sunt, erit uobis necessarium
contueri, similesne sint dii omnes an formarum dispari cir-
cumscriptione teneantur. si enim par cunctis atque una est
omnibus similitudinis species, non absurdum est credere errare
eos fallique cognitionis in mutuae comprehensione. sin autem
gerunt discrimen in uultibus, sequitur ut intellegi debeat, non
alia de causa dissimilitudines his datas, nisi ut singuli se pos-
sent differentium signorum proprietatibus noscitare. ergo esse
dicendum est quosdam capi ones ciluncculos frontones labeones
simos, alios mentones naeuios atque nasicas, hos displosis
naribus, illos resimis, nonnullos turgentibus malis aut buccarum
cumulatione ** acriuoces, nanos longos medios macilentos
pingues crassos, hos capillorum intortionibus crispulos, cal-
uitiis alios | et glabritatibus rasos: neque opinari nos falso 69r
uestrae produnt atque indicant officinae, siquidem cum facitis
atque informatis deos, hos crinitos effingitis, alios leues, senes
iuuenes pueros aquilos caesios rauos seminudos intectos aut,
ne frigus incommodet, fluidarum uestium superiectione per-
fusos. quisquamne est hominum rationis alicuius sapore con- 15

1 portari: putari *Sab* 2 earumque *c* 3 lienes *Urs:* uenas *P* renes *Meursius* 7 abstinent *Sab:* abstinentur *P* 8 paruulorum *Gel* 13 non *P* 14 cognitiones *P corr* im *P corr r* 17 proprietatibus *P* 18 *in mg* ·R· siluncculos *Urs* 19 simos *scripsi:* in his *P* naeuios *Gel:* naeuimos *P* 20 buccarum *Sab:* ubccarum *sic P* 21 incumulatione (in *eras*) *P* *lacunam signaui* acriuoces *Gel:* sacriuoces *P* saccibucces *Salm* nanos *Sab:* mannos *P* 24 uestrae *Gel:* uestra et *P* uestrae et *Sab* officinae *Sab:* officina *P* 25 leues *Gel:* leues lenes *P* 26 aquilos *Gel:* aquilios *P* 27 incommudet *P corr*

tactus, qui pilos et lanugines credat in deorum corporibus nasci, qui annorum in illis inesse discrimina, qui et per uarias tegminum atque amictuum formas uestitos hos ire atque ab aestibus sese frigoribusque tutari? quod qui habet uerum, et hoc necesse est tamquam uerum accipiat: esse deos fullones, esse tonsores, qui uel sacras eluant uestes uel capillos imminuant siluescentium crinium uelleribus inuolutis. itane istud non turpe, non impietatis et contumeliae plenum est, moribundi et caduci animantis liniamenta diis dare, insignire his partibus, quas enumerare, quas persequi probus audeat nemo nec sine summae foeditatis horrore mentis imaginatione concipere? hocine est illud fastidium uestrum, sapientia haec adrogans, qua despuitis nos ut rudes atque omnem scientiam remini rerum uobis diuinarum patere? Aegyptiorum ridetis aenigmata, quod mutorum animantium formas diuinis inseruerint causis easdemque quod species multo ture accipiant et reliquo caerimoniarum paratu: uos effigies hominum tamquam deorum ueneramini potestates nec pudet his ora terreni animalis imponere, erroris alios et stultitiae condemnare et in f. 70 erroris eiusdem similitudine ac uitii | deprehendi. nisi forte

16 dicetis alias quidem inesse diis formas, sed honoris et dicis causa species uos eis accommodauisse mortalium: quod maioris multo est contumeliae, quam erroris aliquid ignoratione fecisse. nam si uos fateremini id quod uestra suspicio credidisset formamentis adtribuisse diuinis, minus erat iniuriae praesumpta in opinatione peccasse: nunc uero cum aliud creditis et aliud fingitis, et in eos estis contumeliosi quibus id adtribuitis quod eis confitemini non esse, et inreligiosi esse monstramini, cum id adoratis quod fingitis, non quod in re esse ipsaque in

1 polos *P corr c¹* 5 fullones *Sab:* tullones *P* 7 inuolutis *scripsi:* inuolutos *P* 12 hoccine *r* 13 sscientiam *P corr* 16 censibus *Orellius* ture *Sab:* iure *P* 19 errori asalios *P corr c¹* 20 uitii *scripsi:* uitio *P* 21 sed *Urs:* et *P* honoris *Sab:* honores *P* dicis *Lipsius, Urs:* dotis *P* 22 causas *P corr* 24 credidissed *P corr* formam mentis *Sab* 26 opinatione *Sab:* opinatio *P* 27 id attribuitis *Gel:* ita tribuitis *P* it adtribuitis *r* 28 eis *Oehlerus:* eos *P* ipsaquę *P*

ueritate censetis. si aselluli canes porci humanum aliquid saperent fingendique haberent artes idemque nos uellent cultu aliquo prosequi et statuarum consecrationibus honorare, quantas nobis irarum flammas, indignationum quos turbines concitarent, si suorum corporum formas nostra uellent portare atque obtinere simulacra? quantas, inquam, irarum flammas suffunderent, excitarent, si urbis conditor Romulus asinina staret in facie, si sanctus Pompilius in canina, si porcina sub specie nomen esset Catonis aut Marci Ciceronis inscriptum? ita ergo stoliditatem uestram non rideri, si rident, uestris ab numinibus remini, aut quoniam censetis adfici eos ira, non insanire, non furere neque pro iniuriis et contumeliis tantis ultum ire se uelle iaculari que in uos ea quae dolor suetus est iacere et offensionis acerbitas comminisci? quanto fuerat rectius elephantorum his formas, pantherarum aut tigridum, taurorum equorumque donare? nam quid in homine | pulcrum 70b
est, quid, quaeso, admirabile uel decorum, nisi quod et elurino cum pecore nescio quis auctor uoluit esse commune? sed 17
si uobis, inquiunt, nostra opinatio displicet, uos demonstrate, uos dicite, qua sit deus praeditus forma. si ueram uultis audire sententiam: aut nullam habet deus formam, aut si informatus est aliqua, ea quae sit profecto nescimus. neque enim quod uidimus numquam nescire esse ducimus turpe aut ea re prohibemur aliorum sententias refutare, quia super hoc nostram nullam ipsi sententiam promimus. ut enim, si uitreus esse dicatur mundus, si argenteus, ferreus uel ex fragili conglobatus et fabricatus testa, non dubitemus falsum esse contendere, quamuis quae sit eius materia nesciamus, ita cum de specie agatur dei, quam perhibetis conuincimus non esse, etiamsi

18 Ennius sat. 45 V.

1 ueritate *apographum Bruxellense:* ueritate ē *P* ueritate esse *Sab* asselluli *P corr c¹* porci *P* 6 *inquam *P* 13 que *P* 14 acernitas *P corr* 15 helefantorum *P* trigridum *P corr* 17 elurine | ueterino *Sab* *in mg* ∴ 19 nobis *Sab* 20 praedictus *Sab* 22 que *P corr c¹* 23 prohibemur *Gel:* prohibemus *P* 24 aliorum *Gel:* aliquorum *P* 25 ipsi *P* 26 conglobatus *Meursius:* conclobatus *P* condolatus *Sab* 27 testa *Gel:* est testa *P* esse testa *Stewechius*

18 quae sit minus possumus explicare. quid ergo, inquiet aliquis,
non audit deus, non loquitur, non ante se positas res uidet,
non intuetur? suo forsitan genere, non nostro. neque enim
ueri aliquid scire tanta in re possumus aut suspicionibus in-
dagare, quas esse apud nos liquet instabiles, lubricas et ua-
norum similitudines somniorum. si enim dixerimus isdem illum
rationibus uidere quibus et nos uidemus, sequitur ut intellegi
debeat, superiectas pupulis eum habere membranulas, coniuere,
nictare, radiis aut imaginibus cernere, aut quod oculis com-
mune est omnibus, sine alterius luminis commixtione nihil
omnino conspicere. quod ipsum similiter de auditu ac de elo-
f. 71 quii forma et uerborum prolatione dicendum est: | si per aures
audiat, eas quoque habere flexuosis tramitibus perforatas, qua
inrepere uox possit sensum nuntiatura sermonis, aut si uerba
ore funduntur, labia habere cum dentibus, quorum inflictu et
mobilitate multiiuga lingua sonos articulet et uocem in uerba
19 conformet. at si nostri animi mentem non recusatis audire,
tantum abest, ut nos deo corporalia liniamenta tribuamus, ut
animorum etiam decora ipsasque uirtutes, quibus eminere uix
concessum est paucis, tantae rei uereamur adscribere. quis
enim deum dixerit fortem constantem frugi sapientem? quis
probum, quis sobrium, quis immo aliquid nosse, quis intelle-
gere, quis prouidere, quis ad fines officiorum certos actionum
suarum decreta dirigentem? humana sunt haec bona et ex
oppositione uitiorum existimationem meruerunt habere lauda-
bilem. quis est autem tam optusi pectoris, tam bruti, qui
humanis bonis deum esse dicat magnum aut ideo nominis
maiestate praecellere quod uitiorum careat foeditate? quicquid
de deo dixeris, quicquid tacitae mentis cogitatione conceperis,

3 non *add c'* 8 pupulis *Meursius tamquam e codice:* populis *P* pupillis *Sab* conibere *c'* 9 nictare *Sab:* nectare *P* 10 *est *P* 14 uos *P corr c'* 15 labia *P* 16 mouilitate *P corr* multiiugos *Stewechius* 17 at *scripsi:* ac *P om Sab* mentem *Rigaltius:* motum *P* 19 decora *Sab, r:* decorpora *P* decorora *c'* 20 uereamur *Sab:* ueremur *P* 22 aliquid *Sab:* aliquis *P* 23 auctionum *P corr* 25 oppositionem *P corr* 27 numinis *Urs*

in humanum transilit et corrumpitur sensum, nec habet propriae significationis notam quod nostris dicitur uerbis atque ad negotia humana compositis. unus est hominis intellectus de dei natura certissimus, si scias et sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi. et haec uero prima est uestrorum 20
numinum contumelia, quam de formis | et sexibus boni scilicet f. 71b
uindices et religiosi constituistis auctores. illud uero quod sequitur quale est, quod deos nobis inducitis alios fabros, alios medicos, alios lanarios nautas citharistas auloedos uenatores pastores et, quod supererat, rusticos? ille, inquit, musicus deus est, et hic alter diuinus est. ceteri enim dii non sunt musici et uentura praedicere inscitia nesciunt atque ignorantia futurorum. obstetriciis ille informatus artibus, medicorum alius institutus est disciplinis. ergone singuli sua in re pollent nec in auxilium uocati alienis possunt in partibus subuenire? hic in sermone facundus est atque in uerborum continuationibus promptus: bardi enim sunt alii nec possunt aliquid scitum, si oratio facienda est, eloqui. et rogo: quae ratio est, quae tam dura ne- 21
cessitas, quae causa, ut artificia haec superi tamquam uiles nouerint atque habeant sellularii? in caelo enim cantatur et psallitur: ut interualla et numeros uocum nouem conserant scitule ac modulentur sorores. sunt in sidereis motibus siluae, sunt lustra, sunt nemora: ut uenationum praepotens habeatur in expeditionibus Diana. imminentia dii nesciunt et sortibus uiuunt agitanturque fatalibus: ut quid cuique crastinus dies ferat aut hora, Latonius explicet atque aperiat uates. ipse alio impletur deo et ui numinis premitur exagitaturque maioris: ut merito dicatur habeaturque diuinus. corripiuntur dii morbis et uulnerari, uexari aliqua ex re possunt: ut cum exegerit ratio,

1 sens*um *P* habet *Sab*: habeat *P* 3 ad *sup. uers. P* 5 uerbo *P corr* 6 boni *Sab*: bonis *P* 8 nobis *Sab* 9 naccas *Meursius* auloedos *Sab*: aut ledos *P* uenatores *Sab*: uenetores *P* 10 superat *Sab* et ille *Sab* inquit *P corr* 11 diuini *Urs* musici *addidi* 13 obstetricis *Sab* 18 at *Sab* 19 ut *Sab. r*: aut *P* 21 conserant *Sab*: consecrant *P* 22 scitule *dubitanter Oehlerus*: scitulae *P* sorores] *interrogationis signum, quod uulgo hic et in sequentibus ponitur, sustuli* sideribus *Meursius* montibus *Sab* montes *Meursius* 23 ut *add Gel* habeatur *Gel*: habetur *P* 25 uiuunt *P corr*

f. 72 auxiliator | subueniat Epidaurius. parturiunt, pariunt: ut difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat corripiatque Lucina. rem rusticam tractant aut curant militaria munera: ut flammis potens Vulcanus fabricetur his enses aut ruris ferramenta procudat. uestis indigent tegmine: ut uirgo Tritonia curiose eis stamen neat et qualitate pro temporis aut trilices tunicas aut de serico componat. accusant et diluunt crimina: ut Atlantea progenies eloquii primas ferat studiosa exercitatione quaesiti.

22 set erras, inquit, et falleris; non enim ipsi opifices dii sunt, sed ingeniis hominum subiciunt has artes atque, ut uita sit instructior, tradunt scienda mortalibus. sed qui aliquam subicit ignaro ac nescio disciplinam, sollertem quem is efficere nonnullius operis scientia contendit, sciat ipse necesse est primus id quod alterum callere constituit. neque enim traditor alicuius esse scientiae potis est, ut non eius quod tradit praecepta habeat cognita et rationem teneat exercitatissime comprehensam. dii ergo sunt artifices primi, siue quod, ipsi ut dicitis, subdunt scientiam mentibus, siue quod immortales et geniti numquam genus omne terrenum uetustate temporis antecedunt. hoc est ergo quod quaeritur, cum sit nullus apud superos artibus his locus neque usus, illorum neque natura deposcat ingeniosum aliquid aut sellularium scire: cur esse dicatis in aliis alios perceptionibus gnarures et habere soller-
f. 72b tias, in quibus singuli se uincant | scientiarum cognitione dis-
23 creti? nisi forte hoc dicitis, deos artifices non esse, sed eos

2 corripiatque *Sab:* corripietque *P* 3 flammipotens *Gel* 4 feramenta *P corr* 5 curiose iis *Salm:* curiosius *P* 6 stamen *Sab, r:* tamen *P* 7 componat *Meursius:* et imponere *P* imponat *Sab* et sine onere imponat *Salm* Atlantea *Sab:* alantea *P* 8 quaesiti. et *Sab* 11 his instructior *Meursius* sciendas *Meursius* 12 sollertem quem *scripsi:* sollertemque *P* is *scripsi:* his *P* hunc *Urs om Meursius* 14 callere *Urs:* colere *P* docere *Meursius* 15 scientiae *Sab:* sciente *P* scientie *r* praecepta *Sab:* percepta** *P* 16 exercitatissume *P corr* 17 primi *Gel:* primi sunt *P* sunto artifices, primi sunto *Salm* 20 aput *P corr* 21 usus illorum *uulgo* 23 alios *add Scaliger* gnarures *Scaliger, Urs:* ignaro res *P* gnariores *Sab* ignarures *Meursius* *in mg* ∵ 24 singuli se uincant *Urs:* singulis euincant *P*

his artibus praesidere, curare, immo sub illorum posita esse tutela omnia quae administramus, quae gerimus, atque ut bene ac feliciter cedant, illorum prouisione curari. quod quidem merito dici ac probabiliter uideretur, si ad uoluntatem semper sententiamque procederent ea quae obimus, quae gerimus aut in negotiis periclitamur humanis. cum uero in contrarium cotidie res uertantur neque ad propositum uoluntatis actionum respondeant fines, ludentis est dicere, deos nobis superesse custodes, quos suspicio finxit nostra, non explorata ueritas comprehendit. per maria Mater Matuta tutissimas praestat commeantibus nauigationes: et cur insanum mare tam frequentes exposcit crudelium naufragiorum ruinas? salutaria et fida consilia nostris suggerit cogitationibus Consus: et in contrarios exitus cur adsidue uertitur placitorum inopinata mutatio? armentorum et pecorum gregibus Pales praesunt Inuusque custodes: et cur saeua contagia et pestilentes morbos ab aestiuis auertere cessatione inimica non curant? Flora illa genetrix et sancta obscenitate ludorum bene curat ut arua florescant: et cur cottidie gemmulas et pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus? puerperiis Iuno praeposita est et auxiliatur genetricibus fetis: et matrum intereunt cur cotidie millia parricidalibus nixibus interemptae? in tutela Vulcani est ignis et materies eius in illius | regimine constituta est: f. 73
et cur aedes frequentissime sacras atque urbium portiones ad cinerem patitur flammarum uoracitate conlabi? diuinationis scientiam largitur hariolantibus Pythius: et cur obliquata, dubia, cur obscuritatis submersa caligine dat saepius subministratque res-

3 uene *P corr* cedant *Sab:* credant *P* 10 permarini *r* Mater Matuta *addidi* praestant *r* praestat Portunus *Sab* 11 et *Gel:* sed *P* 12 exposcit *P. Iunius:* exposuit *P* 14 adsiduae *P* 15 inbusque *P corr c'* 16 aest*iu*is *P* 17 meretrix *Urs* 22 bulcani *P corr* 23 materiaes *P corr r* 24 frequentissimę *P* portiones *Salm:* portiorės (*in mg* ∴) *P* potiores *Sab* ad cinerem *Sab:* ac cinerum *P* 26 pytius *P* obliqua et dubia *uel* obliquitate dubia *Urs* obliqua ac dubia *Salm* 27 obscuritatis *Meursius:* obscuritatibus *P* obscuritatum *Urs* ˢaepius *P* submonstratque *Sab*

ponsa? Aesculapius officiis et medendi artibus praeest: et cur plura morborum et ualetudinum genera ad sanitatem nequeunt incolumitatemque perduci, immo sub ipsis fiunt curantium manibus atrociora? cürat Mercurius ceromas, pugillatibus et luctationibus praeest: et cur inuictos omnes non perficit quibus praeest, cur unius in officio praesidatus hos uictoriae compotes, alios uero perpetitur ignominiosa in-
24 firmitate rideri? tutelatoribus, inquit, supplicat diis nemo, et idcirco singuli familiaribus officiis atque auxiliis desunt. nisi enim tura et salsas accipiant fruges, benefacere dii nequeunt, et nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint arulas, suos deserunt atque abiciunt praesidatus? atquin ego rebar paulo ante, spontaneas esse numinum benignitates ultroque ab his fluere inexpectata beniuolentiae munera. numquid enim rex poli libamine aliquo exambitur aut hostia, ut omnia ista quibus uiuitur commoda mortalium gentibus largiatur? non feruorem genitalem solis deus, noctis et tempora, uentos pluuias fruges cunctis subministrat aequaliter bonis malis iniustis iustis ingenuis seruis pauperibus diuitibus? hoc est enim proprium dei potentis ac ueri, inexorata beneficia
f. 73b praebere fessis atque inualidis | rebus et multiformi semper asperitate uallatis. nam sacrificiis editis id quod poscaris adnuere, non est istud postulantibus subuenire sed benignitatis propriae munificentiam uenditare. ludimus et lasciuimus tanta in re homines, et qui sit deus obliti, quid istius magnificentia nominis, quicquid uile uel sordidum suspiciosa potuimus cre-
25 dulitate confingere diuis tutelaribus adrogamus. unctionibus,

1 officinis *Stewechius* 4 curat *Salm:* cürae (*in mg* ∴) *P om Urs* ceroma *Sab* ceromasi *Urs* 5 praestat *Sab* 7 compotit *Stewechius* compotes esse ? esse compotes ? 8 tutelaribus *Sab* 10 thura *ex* cura *P* tura *r* 11 dilibutas *P* 12 praesidatus *Sab:* praesidiatus *P* adquin *P corr* 14 inexpetita *Urs* numquit *P corr* 16 commodam *P corr c'* gentibus] generi *Urs* 17 ferborem *P corr* 18 plubias *P corr* 19 iustis iniustis (iniustis iustis *Hildebrandius*) ingenuis *Urs:* iniustis *P* 20 inexorta *P corr c'* 25 quid *Sab*

inquit, superest Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi, Victa et Potua sanctissimae uictui potuique procurant. o egregia numinum et singularis interpretatio potestatum: nisi postes uirorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis, nisi uirginalia uincula iam feruentes dissoluerent atque imminentes mariti, nisi potarent et manderent homines, di nomina non haberent? quid, quod non contenti tam deformibus subdidisse atque inplicuisse deos curis, naturas his etiam feras truculentas immanes, malis gaudentes semper et humani generis adtribuitis uastitate. non commemorabimus hoc loco deam La- 26
uernam furum, Bellonas Discordias Furias et laeua illa quae constituitis numina taciturnitatis silentio praeteribimus. Martem ipsum ponemus in medio et speciosam illam Cupidinum matrem, ex quibus unum praeficitis proeliis, amoribus alteram et cupiditatis ardori. potestatem, inquit, bellorum Mars habet. utrumne ut mota compescat an ut cessantia et quieta commoueat? nam si sedator militaris insaniae est, cur cotidie bella non desunt? sin autem conditor illorum est, deum ergo dicemus in uoluptatis suae dulcedinem collidere | orbem totum, f. 74
discordiarum et discriminum causas inter gentes serere terrarum longinquitate diiunctas, conducere ex diuerso tot mortalium milia et intra uerbi unius moras campos cadaueribus aggerare, sanguineos praecipitare torrentes, fundatissima delere imperia, aequare urbes solo, libertatem ingenuis abrogare et seruitutis condicionem imponere, dissensionibus gaudere ciuilibus, commorientium fratrum parricida nece et ad ultimum filiorum et patrum parricidali congressionis horrore. quod ipsum licebit 27
in Venerem pari atque eadem ratione traducere. nam si amoris

1 inquid *P corr*   *in mg* ∴   Victa *Sab:* uita *P* Victua *Urs*   2 Pota *Canterus*   aegregia *P*   3 interpraetatio *P*   6 dii *c*   8 curis *Sab:* curiis *P*   naturas *Gel:* naturam *P*   9 attribuitis *Sab:* adtributis *P*   10 uastitatem *Sab*   commemorabimus *Gel:* commemorauimus *P*   Lauernam *Sab:* labernam *P*   11 leua *P*   12 praeteribimus *Meursius:* praeterimus *P*   14 alteram *Elmenhorstius:* alterum *P*   15 et *Sab:* ex *P*   17 uella *P corr*   21 disiunctas *Sab*   24 solo *Sab:* soli *P*   26 parricida *seclusit Hagius*   nece *P*   27 parricidali *seclusit Zinkius*

haec flammas, sicut perhibetis et creditis, cogitationibus subdit humanis, sequitur ut intellegi debeat, quicquid labis et criminis ab insania proficiscitur tali, Veneriis debere uulneribus imputari. ergone dea cogente in uilissimi nominis scorta suam saepius produnt etiam nobiles dignitatem, dissuuntur tenacium matrimoniorum nexus, in incestas libidines necessitudo sanguinis inardescit, insaniunt in liberos matres, patres uirginum suarum uota in se uertunt, contra decus aetatis senes in obscenos ingemunt curis iuuenalibus adpetitus, sapientes et fortes uiri soluunt decreta constantiae uirilitatis uigore mollito, innectuntur ceruicibus laquei, conscenduntur ardentes rogi et per uastas atque altissimas rupes iaciunt se passim uoluntariis
28 saltibus praecipitati? quisquamne est hominum rationis alicuius primordiis indutus, qui diuinitatis substantiam tam foedis
f. 74[b] polluat aut contaminet | moribus? qui naturas attribuat diis tales, quas in agrestibus beluis lenitudo saepe permulsit atque extenuauit humana? ubinam, quaeso, est illud, quod ab omni perturbationis adfectu dii procul amoti sunt, quod lenes placidi mites, quod in genere uirtutis unito perfectionis apicem atque ipsius retinent sapientiae summitatem? aut cur eos oramus, ut a nobis aduersa atque inimica propellant, si malorum omnium quibus cotidie carpimur ipsi esse nobis reperiuntur auctores? quantumlibet nos impios, inreligiosos uocetis aut atheos, numquam fidem facietis esse amorum deos, esse bellorum, esse qui discordias conserant, qui furialibus stimulis animos inquietent. aut enim uerissime dii sunt, et ea quae commemorastis non faciunt: aut si faciunt ea quae dicitis, sine
29 ulla dubitatione dii non sunt. et tamen possemus utcumque

3 tali *Urs:* talib; *P* Veneris *Urs* debere *Gel:* debeat *P* 4 suam *Sab, r:* sua *P* 5 dissuuntur *Sab:* dissuriun'tur *sic P* disuniuntur *Salm* tenacium *Sab, r:* tanacium *P* tenaces *Urs* 6 in *add Stewechius* incesta libidine *Sab* 9 iuuenilibus *Sab* 14 imbutus *Sab* substantiam *scripsi:* constantiam *P* 16 quas *P* aegrestibus *P corr* ueluis *P corr* laenitudo *P* 19 uirtutum omni ? unico *Urs* unicae *Stewechius* 20 retinent *Gel, r:* retinet *P* 22 perperiuntur *P corr* 23 *in mg* ∵ 27 *in mg* ∵ aut si faciunt *add Klussmannus* aut si ea, quae dicitis, faciunt *Sab*

accipere a uobis has † mentes impiarum plenissimas fictionum, si non multa de diis ipsi tam contraria promentes dissoluentiaque se ipsa sustinere animi compelleretis adsensum. cum enim singuli singulos anteire interioris contenditis scientiae laude, et deos ipsos quos opinamini tollitis et reponitis alios quos manifestum est non esse, et alios alii deos in eisdem dicitis rebus, et innumeros esse conscribitis quos esse singulos semper consensio accepit humana. incipiamus ergo sollemniter ab Iano et nos patre, quem quidam ex uobis mundum, annum alii, solem esse prodidere nonnulli. quod si accipiemus ut uerum sit, sequitur ut intellegi debeat nullum umquam fuisse Ianum, quem ferunt Caelo atque Hecata procreatum in Italia | regnasse primum, Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, p. 75 Vulturni generum, Iuturnae maritum, atque ita per uos dei nomen eraditur, quem in cunctis anteponitis precibus et uiam uobis pandere deorum ad audientiam creditis. rursus uero si Ianus est annus, deus esse nec sic potest. quis enim annum ignorat temporis esse circumscriptionem statam nec habere uim numinis id quod spatiis mensum et dierum dinumeratione conclusum est? quod ipsum licebit in Saturnum non absimili ratione traducere. nam si tempus significatur hoc nomine, Graecorum ut interpretes autumant, ut quod χρόνος est habeatur Κρόνος, nullum est Saturnium numen. quis est enim tam demens, qui tempus esse dicat deum, quod mensura cuiusdam est spatii in continua serie perpetuitatis inclusi? atque ita ex ordine tolletur et iste caelestium, quem Caelo

1 mentes] sententias ? 3 se ipsa *Urs:* ipsa *P* ipsa se *Heraldus* 4 singuli *scripsi:* singulis ***P*** in singulis *Urs* 6 alios alii *scripsi:* alius aliud *P* alios alius *Salm* deos] de *Sab* in eisdem *Salm:* eisdem ***P*** 7 innumeros *Sab:* innumerus ***P*** conscribitis *Sab:* conscribitur ***P*** 8 consensio *Sab, r:* consentio ***P*** 10 alii *Sab:* aliis ***P*** solem *Sab:* sollemne ***P*** 12 ianu ***P*** haecata ***P*** Hecate *Sab* 13 Fontis ***Meursius*** 15 praecibus ***P*** 16 uobis *Urs:* nobis ***P*** 17 annus *Sab:* ianus ***P*** 19 mensu^u^m ***P*** mensium *Sab* 22 grecorum ***P*** interpraetes ***P*** chronos ***P*** 23 Cronos *Gel:* .χρονος. ***P*** numen *Urs:* nomen ***P*** 26 tolleretur ***P corr c***

esse editum patre, magnorum esse procreatorem deorum, uitisatorem falciferum uetustas edidit prisca et minorum trans-
30 misit aetati. nam quid de ipso dicemus Ioue, quem solem esse dictitauere sapientes, agitantem pinnatos currus turba consequente diuorum, aethera nonnulli flagrantem ui flammea atque ardoris inextinguibili uastitate? quod si liquet et constat, nullus ergo omnino est uobis auctoribus Iuppiter, qui patre editus Saturno atque Ope matre, ut genitoris euaderet rabiem, in Cretensium finibus memoratur esse celatus. iam uero Iunonem opinatio nonne consimilis deorum tollit e censu? nam si aer illa est, quemadmodum uos ludere ac dictitare consues-
f. 75ᵇ tis Graeci nominis | praeposteritate repetita, nulla soror et coniunx omnipotentis reperietur Iouis, nulla Fluuionia, nulla † Pomana, nulla Ossipagina, nulla Februtis Populonia Cinxia Caprotina, atque ita reperietur inanissima esse istius nominis
31 fictio opinionis uacuae celebritate uulgata. Aristoteles, ut Granius memorat, uir ingenio praepotens atque in doctrina praecipuus Mineruam esse Lunam probabilibus argumentis explicat et litterata auctoritate demonstrat. eandem hanc alii aetherium uerticem et summitatis ipsius esse summam dixerunt, memoriam nonnulli, unde ipsum nomen Minerua quasi quaedam Meminerua formatum est. quodsi accipit res fidem, nulla est ergo Metis filia, nulla Victoriae *, nulla Iouis elata de cerebro inuentrix oleae, nulla magisteriis artium et disciplinarum uarietatibus erudita. quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus. si ergo liquoris optentio nominis huius appellatione signatur, nullus deus est omnino Neptunus, atque ita tollitur et remouetur e medio

16 Valentini Rose Aristoteles pseudepigraphus p. 616

1 magnorum esse] magnorum et *Urs* 3 iam *Meursius* 5 flamma *P corr c* 6 ardoris *Sab:* ardores *P* inextinguibilis *Urs* 8 ditus *P corr c* madre *P corr* *rabiem *P* 9 caelatus *P* 12 ******praeposteritate *P* 13 flubionia (b *in* u *corr*) *P* Fluuonia *uel* Fluonia *Urs* 14 Pomona *Sab* Februlis *Urs* 16 fictio *Sab:* finctio *P* aristotelis *P* 20 etherium *P* 21 memoriam* *P* 23 mentis *Sab, r* Victoria *Cuperus* *lacunam signaui:* socia *uel* gestatrix *uel simile uerbum intercidit* elata *Sab* ellata *P* nata *Urs* enata *Salm* 24 nulla inuentrix *Urs* magisteris *P corr*

Stygii frater Iouis Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque maenarum, rex salsorum gurgitum et tremebundi motator soli. Mercurius etiam quasi quidam **32** Medicurrius dictus est, et quod inter loquentes duo media currat et reciprocetur oratio, nominis huius concinnata est qualitas. ergo si haec ita sunt, non est dei Mercurius nomen sed sermonis reciprocantis et uocis. atque ita hoc pacto aboletur et extinguitur caduceator ille Cyllenius in algido fusus monte, uerborum excogitator | et nominum, nundinarum mercium **f. 76** commerciorumque mutator. terram quidam e uobis, quod cunctis sufficiat animantibus uictum, Matrem esse dixerunt Magnam, eamdem hanc alii, quod salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronuntiant, nonnulli autem Vestam, quod in mundo stet sola ceteris eius partibus mobilitate in perpetua constitutis. quod si ratione profertur et adseueratur certa, trina pariter numina uobis interpretibus nulla sunt: non Ceres, non Vesta deorum esse computabuntur in fastis, non ipsa denique Mater Deum, quam Nigidius autumat matrimonium tenuisse Saturni, dea recte poterit nuncupari. siquidem unius terrae haec sunt omnia nomina et his sola praedicationibus indicatur. praetermittimus hoc loco satietatis fuga Vulcanum, quem esse **33** omnes ignem pari uoce pronuntiatis ac sensu, quod ad cunctos ueniat, Venerem, et quod sata in lucem proserpant, cognominatam esse Proserpinam: qua rursus in parte trium capita numinum tollitis, siquidem primum elementi est nomen, non sentientis uocabulum potestatis, libidinis alterum per cuncta animantia diffusae, tertium uero significat attollentia se germina et frugum subcrescentium motiones. quid, cum Liberum Apollinem Solem unum esse contenditis numen uocabulis amplificatum tribus, nonne sententiis uestris deorum imminuitur

2 menarum *P* 3 soli *Meursius:* sali *P* 4 duos *Gel* 7 pacto *Gel:* acto *P* 8 caduceator *Sab:* caducetor *P* caducitor *Salm* gyllenius *P corr c* 12 ali[i] *P* 14 mouilitate *P corr* 16 interpraetibus *P* 17 besta *P corr* 20 sola] illa *Rigaltius* 21 sacietatis *Sab:* satietatib' *P* 22 uoce* *P* uocum *Sab* ac sensu *scripsi:* adsensu *P* assensuque *Hildebrandius* cunctos *Sab, r:* cunctis *P* 26 sentientis *Gel:* sentiens *P* alterum *Sab:* alteras (s *eras*) *P* 28 et *om Sab* 30 sententis *P corr*

census et opinio praeiudicata dilabitur? nam si uerum est, so-
lem eundem Liberum esse eundemque Apollinem, sequitur ut
in rerum natura neque Apollo sit aliquis neque Liber, atque
f. 76b ita per uos | ipsos aboletur, eraditur Semeleius, Pythius, alter
feculentae hilaritatis dator, Sminthiorum alter pernicies murum.
34 non indocti apud uos uiri neque quod induxerit libido gar-
rientes Dianam Cererem Lunam caput esse unius deae † tri-
uiali germanitate pronuntiant neque ut sunt trinae dissimili-
tudines nominum, personarum dissidentias tres esse: Lunam
his omnibus uocari atque in eius uocamen reliquorum seriem
coaceruatam esse cognominum. quod si exploratum, si fixum
est atque ita si esse rei ueritas monstrat, cassum iterum no-
men est Cereris, cassum Dianae, atque ita perducitur res eo,
ut et illa frugum, sicut perhibetis, inuentrix uobis ducibus
atque auctoribus nulla sit, et expolietur Apollo germana, quam
quondam puris in fontibus abluentem membrorum sordes cor-
35 niger ille uenator inspexit et poenam curiositatis inuenit. in
philosophiae memorabiles studio atque ad istius nominis co-
lumen uobis laudatoribus eleuati uniuersam istam molem mundi,
cuius omnes amplexibus ambimur, tegimur ac sustinemur, ani-
mans esse unum sapiens rationale consultum probabili ad-
seueratione definiunt: quorum si est uera, fixa et certa sen-
tentia, etiam illi continuo desinent dii esse quos in eius por-
tionibus paulo ante immutatis nominibus constituebatis. ut
enim homo unus nequit permanente sui corporis integritate in
homines multos scindi, neque homines rursus multi disiunc-

1 praeiudicata *Urs:* praedicata *P* 4 aboletur Semeleius, eraditur Pythius *?* 5 dator, sminthiorum *Sab:* datoris minathiorum (*in mg* ∴) *P* 7 deae *scripsi:* diei *P* dei *Sab* tribiali *P* 7 *sq.* Triuiae tripliciter nominatae *?* Triuiae tergeminatae *?* 9 dissidentias *Elmenhorstius tamquam e codice:* diffidentias *P* differentias *Sab* tris *P corr* Lunam *Salm:* luna in *P* Lunam in *Sab* Lunam enim *Urs* 11 coacerbatam *P corr c* si *Meursius:* se *P om Urs* 12 item *Urs* 16 corniger *Sab, r:* coniger *P* 18 filosofiae *P* memorabiles *Gel:* memorabili *P* 20 animans *Salm:* animas *P* animal *Sab* 21 rationabile *Sab* 22 fixa et *Canterus, Urs:* et fixa *P* ac certa *Hildebrandius* 23 desinent *Sab:* desident *P* 25 nequid *P* integritate *Sab:* integritatē *P* 26 multi disiunctionis *Urs:* multitudinis iunctionis *P*

tionis differentia conseruata in unius sensus * simplicitatemque conflari, si ita mundus unum est animal et unius mentis agitatione motatur, nec in plura potest numina dissipari nec si eius particulae | dii sunt, in unius animantis conscientiam f. 77
cogi atque uertier. luna sol tellus aether astra membra sunt et mundi partes: quod si partes et membra sunt, animalia utique sui nominis non sunt: neque enim partes hoc ipsum esse quod totum est aliqua in re possunt, aut sibi sapere, sibi sentire, quod sine totius animantis adsensu nullis propriis adficiatur e motibus: quo constituto ac posito summa omnis illuc redit, ut neque sol deus sit neque luna neque aether, tellus et cetera. sunt enim partes mundi, non specialia numinum nomina. atque ita perficitur omnia nobis turbantibus miscentibusque diuina, ut in rerum natura unus deus constituatur mundus explosis omnibus ceteris, omnino inaniter, uacue et sine ulla substantia constitutis. si totidem nos modis toti- 36
demque sententiis deorum uestrorum subrueremus fidem, nulli esset dubium, quin ira et rabie concitati ignes, feras et gladios atque alia postularetis suppliciorum in nos genera, quibus sitim soletis uestram nostri sanguinis adpetitione proluere. cum uero per uos ipsos prope omnis gens numinum sub ostentatione tollatur ingeniorum atque doctrinae, audetis intendere, nostri nominis causa res humanas ab diis premi, cum quidem, si uerum est esse illos uspiam atque incalescere irarum flammis, nihil habeant iustius propter quod in uos saeuiant quam quod eos negatis subsistere neque ulla esse in parte naturae. Musas 37
Mnaseas est auctor filias esse Telluris et Caeli, Iouis ceteri praedicant ex Memoria uxore uel Mente, has quidam uirgines,

1 lacunam signaui: [illegible] sensus] censu. *Urs* simplicitatemqa *P* simplicitatem *Gel* 2 ita si *Sab* 5 uertier *Hildebrandus:* uter *P* uerti *Sab* 6 e mundi *P corr c'* 7 utique *Sab:* utaeque *P* 8 quo *P corr c'* 12 numinum *Sab, r:* nominum *P* 15 omnino *Urs:* quininmo *P* 16 uos *Sab* 18 esset *Sab:* esse *P* gladios *Sab:* gladius *P* 19 suppliorum *P corr c'* 21 ostentatione *Sab:* ostentatione *P* 23 praemi *P* quidam *Sab* 24 uerum est *Sab:* liberum et *P* 25 uos *Sab:* nos *P* 26 ulla *Gel:* una *P* 27 Mnaseas *Gel:* [illegible] *P*

alii matres fuisse conscribunt. libet enim iam paucis etiam
f. 77b illas partes attingere, quibus alius aliud eadem | de re dicere opinionum diuersitate monstramini. Ephorus has igitur numero esse tris effert, Mnaseas, quem diximus, quattuor, Myrtilus inducit septem, octo adseuerat Crates, ad extremum Hesiodus nouem cum nominibus prodit, dis caelum et sidera locupletans. nisi fallimur, ista dissensio nihil scientium uerum est, non ab rei ueritate descendens. nam si liquido sciretur quid sit, esset unanimis uox omnium et in eiusdem sententiae finem cunc-
38 torum pergeret et conueniret adsensio. quonam modo igitur religionis potestis integrare uim plenam, cum circa ipsos erretis deos, aut ad uenerabiles inuitare nos cultus, cum nihil nos certi de ipsorum numinum comprehensione doceatis? ut enim de mediis conticiscamus auctoribus, aut ille primus eradit atque interficit sex diuas [Musas], si esse illas constat nouem, aut iste ultimus et extremus sex adponit, quae nullae sunt tribus solis in ueritate constantibus, ut neque sciri possit aut comprehendi, quaenam debeant addi, quae demi, et in periculum deducatur religionis ipsius susceptio, aut id quod non est colens aut quod sit fortasse praeteriens. Nouensiles Piso deos esse credit nouem in Sabinis apud Trebiam constitutos. hos Granius Musas putat consensum adcommodans Aelio, nouenarium numerum tradit Varro, quod in mouendis rebus potentissimus semper habeatur et maximus, nouitatum Cornificius praesides, quod curantibus his omnia nouitate integrentur et constent, deos nouem Manilius quibus solis Iuppiter potestatem iaciendi sui permiserit fulminis. Cincius numina peregrina nouitate ex ipsa appellata
f. 78 pronuntiat; nam solere Romanos religiones | urbium superatarum partim priuatim per familias spargere, partim publice

5 theog. 75 sqq.

3 eforus *P* Iforus *Sab* (*in err* Ephorus) 4 murty*lus *P* Murtylis *Sab (in err* Myrtilus) 6 diis *c* 8 esset unanimis *scripsi:* una eis *P* unanimis *Sab* una esset *Salm* 14 conti*iscamur *P* conticescamus *c'* 15 sex *Sab:* sed *P* Musas *seclusit Meursius* aut (a *eras*) *P* ut *Sab* 20 *in mg* ∴ credet *P corr c* 23 in mouendis] in nouandis *Urs* 24 praesides *Sab:* praesidens *P* 27 appaellata *P* 28 religiones *Modius:* regiones *P* deos omnes *Sab* 29 parti*m *P*

consecrare, ac ne aliqui deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, breuitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Nouensiles inuocari. sunt praeterea nonnulli, qui ex 39 hominibus diuos factos hac praedicant appellatione signari, ut est Hercules Romulus Aesculapius Liber Aeneas. sententiae, ut apparet, diuersae sunt haec omnes, neque fieri per rerum naturam potest, ut qui opinionibus differunt ueritatis unius habeantur auctores. si enim Pisonis sententia uera est, Aelius et Granius mentiuntur, si quod dicitur ab his certum est, peritissimus errat Varro, qui rebus in substantia constitutis inanissimas subdit et res cassas. si nouenarius numerus cognomen Nouensilium ducit, Cornificius balare conuincitur, qui nouitati praesidentibus diuis alienae potentiae uim donat. quodsi opinio Cornificii uera est, inprudens Cincius inuenitur, qui urbium uictarum deos potestate adficit Nouensilium numinum. quodsi hi sunt quos Cincius praedicat, Manilius dicere reperietur falsum, qui alieni fulminis iaculatores sub istius uocaminis appellatione concludit. quodsi exploratum et uerum est id quod Manilius autumat, in errore sunt hi maximo qui honoribus diuinis auctos consecratosque mortales Nouensiles ab nouitate honoris existimant nuncupari. quodsi Nouensiles hi sunt qui meruerunt ad sidera subleuari, postquam sunt uitae mortalitate defuncti, nulli prorsus Nouensiles di sunt. ut enim serui milites magistri non sunt personarum | subiacentium f. 78b nomina sed officiorum, condicionum et munerum, ita cum Nouensiles dicimus, si nomen est istud eorum qui ex hominibus

1 aliqui *Hildebrandius:* aliquid *P* aliquis *Heraldus* 2 braebitatis (b *in* u *corr*) *P* 4 hac *Sab:* haec *P* 6 apparet *Sab:* apparent *P* hae *Sab* 10 urro *P corr* substantia *Sab:* stantia *P* 11 inanissima *Meursius* rationes et cassas *Urs* res et cassas *idem Meursius* 12. 15 Nouensilium *Sab:* nouensium *P* 17 fulmin*i*s *P* bocamin*i*s *P corr* 20 Nouensiles *addidi* ob *Sab* 21 nouitate *Salm:* nouitatem *P* 22 sublebari *P* *post**quam *P* 23 dii *c* 26 si nomen est istud eorum *scripsi:* si omnes istud deorum *P* si omnes nomen eorum *Sab* esse nomen eorum *Gel* omnes nouem eorum *Urs* si nomen est istud deorum *Salm*

meruerunt dii esse, manifestum et promptum est, non personas specialiter definitas sed nouitatem ipsam cognomine Nouen-
40 silium nuncupari. Nigidius Penates deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit, qui quondam muris immortalibus Ilium condicione adiuncta cinxerunt. idem rursus in libro sexto exponit et decimo disciplinas Etruscas sequens, genera esse Penatium quattuor et esse Iouis ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos, inexplicabile nescio quid dicens. Caesius et ipse eas sequens Fortunam arbitratur et Cererem, Genium Iouialem ac Palem, sed non illam feminam quam uulgaritas accipit sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis ac uilicum. Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet quos loquimur nec eorum numerum nec nomina sciri. hos Consentes et Complices Etrusci aiunt et nominant, quod una oriantur et occidant una, sex mares et totidem feminas, nominibus ignotis et miserationis parcissimae; sed eos summi Iouis consiliarios ac participes existimari. nec defuerunt qui scriberent Iouem, Iunonem ac Mineruam deos Penates existere, sine quibus uiuere ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos regant ratione, calore ac spiritu. ut uidetis, et hic quoque nihil concinens dicitur, nihil una pronuntiatione finitur, nec est aliquid fidum, quo
f. 79 insistere mens possit ueritati † suae proxime suspicione | coniciens. ita enim labant sententiae alteraque opinione ab altera conuellitur, ut aut nihil ex omnibus uerum sit aut si ab aliquo
41 dicitur, tot rerum diuersitatibus nesciatur. possumus, si uidetur, summatim aliquid et de Laribus dicere, quos arbitratur uulgus

2 Nouensilium *Sab:* nouensium *P* 4 immortalibus Ilium *scripsi:* immortalium *P* urbem Ilium *Sab* Troicum Ilium *Salm* 5 adiuncta *P* exponi *P corr c* 6 paenatium *P* 9 eas sequens *Liuineius:* adsequens *P* assequens *Sab* has sequens *Canterus* id sequens *Salm* 10 caererem *P* 17 memorationis *Urs* uiscerationis *Scaliger* parcissime *P* paruissimae *Meursius* 18 participes *Scaliger:* principes *P* 19 paenates *P* 20 paenitus *P* 21 continens *Sab* 22 finitum *Urs* fidum] solidum *Urs* 23 quae proxima sint *?* proxima *Sab* suspicione *Sab:* suspicione̅ *P* suam proximam suspicionem *Hugius* coniiciens *Sab:* conities *P* 24 opinio *Sab in err*

uicorum atque itinerum deos esse ex eo quod Graecia uicos cognominat λαύρας. in diuersis Nigidius scriptis modo tectorum domumque custodes, modo Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iouis aeribus aliquando uagitum, modo dicit Digitos Samothracios, quos quinque indicant Graeci, . Idaeos Dactylos nuncupari. Varro similiter haesitans nunc esse illos Manes et ideo Maniam matrem esse cognominatam Larum, nunc aerios rursus deos et heroas pronuntiat appellari, nunc antiquorum sententias sequens Laruas esse dicit Lares, quasi quosdam genios et functorum animas [mortuorum]. infinitum est et in- **42** mensum, species ire per singulas atque ipsis facere promptum libris, nullum esse a uobis deum neque existimatum neque creditum, de quo non ambiguas discrepantisque sententias opinionum mille uarietatibus prompseritis. sed breuitatis et fastidii causa satis haec est dixisse quae dicta sunt, et est operosum nimis coaceruare in unum multa, cum ex uno et ex altero manifestum fiat et pateat haesitare, labare nec quicquam uos certi de his rebus quas adseritis dicere. nisi forte dicetis: etiamsi personaliter ignoramus qui sunt Lares, qui sunt Nouensiles, qui Penates, esse illos tamen consensio ipsa uindicat auctorum et in numeris caelitum | formam sui generis optinere. f. 79b et quemadmodum poterit an sit deus aliquis sciri, si ignorabitur et nescietur quid sit, aut postulatio ipsa beneficiorum ualere, si exploratum non erit, non certum, quis ad quamque

1 eos s eras. P   grecia P   2 Lauras Sab: [illegible] in mg R P   3 domumque Sab   occultasse Gel. r: occultas P occultasse Sab   4 dicit addidi   modo Digitos] indigetes Sab   5 samotratios P   quos quinque] quosque Urs   greci P   Idaeos dactylos Sab: Ideos dactilos P   lacunam signaui: aut seu uel sunt [illegible] est [illegible] uidetur   6 hesitans P   Manes Sab: manes P   8 heroas Sab. r: heroicas P   pronunctiat P   9 quosdam P   10 [illegible] functorum Stewechius: effunctorum P defunctorum Sab   animas mortuorum [illegible] Canterus. Urs   mortuorum seclusit Hildebrandus   infinitum [illegible] P   11 proptum P   13 quod P corr   non add. Urs   discrepantesque [illegible] P   14 non promspseritis Gel   16 coaceruare Sab: coacerbare P   17 pateat Sab: patet P   haesitare labare [illegible] P [illegible] Sab   18 certi Gel: certe P   dicere] scire Urs   19 sunt ante Nouensiles om. Sab   20 consensio Sab: consentio P   uindicat Sab: uindicata P [illegible] P

debeat consultationem uocari? omnis enim qui quaerit alicuius numinis impetrare responsum, debet necessario scire, cui supplicet, quem imploret, a quo rebus auxilia et necessitatibus exposcat humanis, maxime cum uos ipsi et non omnes omnia deos posse praestare et dissimillimis ritibus singulorum animos
43 referatis offensionesque placari. etenim si hic atram, ille albam desiderat pellem, huic capite uelato, illi sacrificandum est nudo, de matrimoniis ille consulitur, hic medellas incommoditatibus praestat, interesse non potest nihil, an sit ille Nouensilis, an ille, cum ignoratio rerum, personarum confusio et deos cogat offendi et necessario piaculum contrahi? finge enim me ipsum incommoditatis alicuius et declinandi periculi causa horum cuipiam numinum supplicare dicentem: adeste, adestote dii Penates, tu Apollo tuque Neptune omniaque haec mala quibus uror torreor uexor uestri numinis auerruncate clementia: eritne spes aliqua referendae ab his opis, si Ceres Pales Fortuna, Iouialis aut Genius, non Neptunus et Apollo Penates dii erunt? aut si Curetas pro Laribus inuocaro, quos esse Digitos Samothracios pars uestrorum adseuerat auctorum, quemadmodum
f. 80 his potero auxiliatoribus et propitiis uti, cum neque his | sua et aliena illis inposuero cognomina? usque adeo res exigit propriatim deos scire, nec ambigere nec dubitare de uniuscuiusque ui nominis, ne si alienis ritibus et appellationibus fuerint inuocati, et aures habeant structas et piaculis nos
44 teneant inexpiabilibus obligatos. quare si uobis liquet, in sublimibus palatiis caeli habitare, consistere multitudinem istam quam enumeratis deorum, in unius proloquii finibus conuenit

1 consultationem *Sab:* consolationem *P* ucori *P corr* 2 suplicet *P* 5 et *add Gel* dissimillibus *sic Sab* 6 referatis *Sab in err:* refertis *P* offensionisque *P corr c'* 10 et personarum confusio *Sab* personarum et confusio *Zinkius* 11 offendi *Oehlerus:* offendat *P* offendat cogat *Sab* neces*sario *P* 13 suplicare *P* adest^{e} *P* 15 torreor *Gifanius:* terreor *P* aberruncate *P* 16 caeres *P* Pales *Sab:* pares *P* 18 esse Digitos] indigetes *Sab* 22 propriatim *Sab:* propiatim *P* uniosque *P corr* 23 nominis *Hauptius:* nomine *P* ne si *Salm:* si *P* ut si *Gel* cum si *Urs* 27 prolocqui (c *eras*) *P corr c'*

uos stare nec per uarias distractos repugnantesque sententias fidem ipsis rebus quas struitis derogare. si Ianus est, Ianus sit, si Liber est, Liber sit, si Summanus, Summanus sit: hoc est enim confidere, hoc tenere, exploratae in rei cognitione detigi, non more caecorum atque errantium dicere: Nouensiles Musae sunt, Trebiani quinimmo dii sunt, immo nouenarius numerus, subuersarum potius uel urbium praesides, et in id periculum perducere res tantas, ut dum alios tollitis et reponitis alios, possit iure de cunctis an sint ulla in parte dubitari.

3 *liber sit *P* 4 explorate *c'* 6 traebiani *P* neuenarius *P corr* 8 ducere *Sab* 10 ARNOUII (ii *ex* us) LIB. III. EXPLI. INC LIB. IIII. FELICITER. *P*

LIBER QVARTVS

1 Interrogare uos libet ipsosque ante omnia Romanos, dominos
rerum ac principes, utrumne existimetis Pietatem Concordiam
Salutem Honorem Virtutem Felicitatem ceteraque huiusmodi
nomina quibus aras uidemus a uobis cum magnificis exaedi-
ficatas delubris uim habere diuinam caelique in regionibus
degere an ita ut adsolet dicis causa, ex eo quod optamus et
uolumus bona ista nobis contingere, superorum retuleritis in
f. 80b censum? nam si uerba | existimantes haec cassa et nullius
substantiae nomina diuinis tamen regionibus consecratis, erit
uobis uidendum, utrumne istud puerile sit ludicrum an ues-
trorum numinum delusionem spectans, quibus coaequatis et
adiungitis inanium figmenta uerborum? sin autem ex animi
certiore sententia deos esse et haec rati templis et puluinaribus
honorastis, inscitiam nostram ut doceatis oramus: Victoria
Pax Aequitas et cetera quae in superioribus dicta sunt qua-
nam ratione, qua uia intellegi possunt dii esse atque ad su-
2 perorum concilium pertinere? nos enim, nisi forte communem
tollitis nobis atque eripitis sensum, nihil horum sentimus et
cernimus habere uim numinis neque in aliqua contineri sui
generis forma, sed esse uirtutem uiri, salutem salui, honorem
honorati, uictoris uictoriam, concordis concordiam, pietatem

2 ipsoque *P corr c* 3 utrumne *Sab:* uerumne *P* 5 exaedificata *P corr c'* 7 dici, ex eo *Heraldus* dici, causa ex ea *Salm* 9 cassa *Sab:* causa *P* 10 tamen *Urs:* tam in *P* tamen in *Sab* religionibus *Urs* consecrastis *Urs* 11 utrumne *Sab:* uirumne *P* 12 numinum *Salm:* de numinum *P* ad numinum *Sab, r* delusionem *Sab. r:* delusione *P* 13 lex *P corr c'* 15 honorastis *Sab:* onerastis *P*

pii, memoriam memoris, feliciter uero uiuentis ac sine ullis
offensionibus felicitatem. quod a nobis uerissime dici ex con-
trariis promptum est et oppositionibus noscitare. infelicitate
discordia obliuione iniquitate impietate ignauia pectoris et
ualetudine corporis minus fausta. ut enim haec accidunt ho-
minibus hominumque sunt posita in actionibus, adfectibus for-
tuitis, ita quod illis aduersum est et ex qualitatibus benig-
nioribus nominatur, in aliis necesse est haereat, ex quibus
ita formatis figuratio ista concepta est nominum. nam quod 3
nobis cateruas ignotorum alias inducitis deorum, existimare
non possumus, utrumne istud serio atque ex rei compertae
faciatis fide an fictionibus ludentes | cassis ingeniorum la- f. 81
sciuiatis per luxum. quod abiectis infantibus pepercit lupa non
mitis, Luperca, inquit, dea est auctore appellata Varrone. ex
rerum ergo prouentu, non ex ui naturae dea ista est prodita?
et postquam feros morsus immanis prohibuit belua, et ipsa
esse occepit et ipsius nominis significantiam traxit? aut si fuit
iamdudum dea, priusquam Romulus nasceretur et frater, cuius
fuerit nominis atque appellationis expromite. Praestana est,
ut perhibetis, dicta, quod Quirinus in iaculi missione cunctorum
praestiterit uiribus: et quod Tito Tatio, Capitolinum ut capiat
collem, uiam pandere atque aperire permissum est, dea Panda
est appellata uel Pantica. ante facta et haec ergo numquam
fuerant numina et nisi Romulus tenuisset teli traiectione
palatium nique Tarpeiam rupem rex Sabinus potuisset acci-
pere, nulla esset Pantica, nulla Praestana esset? si et has
dicitis ante sui causam fuisse cognominis, quod in priore quae-
situm est capite, cuius et hae fuerint uocaminis indicate. pel- 4

1 memoris *P* 2 nobis *Sab:* uobis *P* uerbissime *P corr* 3 est et *Urs:* est *P* 5 hominibus *addidi* 6 hominumque *Meursius:* hominumquę *P* hominum quae *Sab* effectibus *Meursius* 7 est et *Meursius:* est *P om Gel* 9 numinum *Meursius* 10 ignotorum *Gel:* signatorum *P* 13 per luxum *Hildebrandius:* fluxum *P* luxu *Sab* 14 inquid *P corr* 16 et *Sab:* te *P* morsus *Sab:* morsu *P* 17 hoc coepit *Sab* 21 ut *add Sab* caperet *Urs* 22 pandere *P* 23 ante facta *Stewechius:* ate facta *P* arefacta *r* patefacta *Sab om Gel* et *om Heraldus* 25 nique *Gel:* neque *P* 26 Praestana esset *Salm:* praestana ē *P* Praestana? et *Sab*

lendorum hostium dea potens Pellonia est. quorumne, nisi molestum est, edite. confligunt partes atque inter se comminus armorum collatione decernunt, et haec illi est pars hostis et illa huic hostilis: quos ergo Pellonia, cum hinc et inde pugnabitur, pellet, aut in gratiam concessura est quorum, cum utrique debeat parti sui nominis uires officiumque praestare? quod si utique fecerit, id est partibus si utrisque fauorem ac suffragium commodarit, nominis sui uim perdet, quod partis f. 81b unius in pulsione formatum est. | nisi forte dicetis: Romanorum tantum est dea haec et cum solis Quiritibus faciens gratiosis semper opitulationibus praesto est. esse quidem hoc ita, quod nomini fauemus, optamus, at quaestionem non exiguam res habet. quid enim? Romani deos possident peculiares, qui aliarum gentium non sint? et quemadmodum poterunt dii esse, si non omnibus quae ubique sunt gentes aequabilitatem sui nominis exhibebunt? et ubi quaeso iamdudum Pellonia haec fuit, cum apud furculas Caudinas decus publicum subiugatum est, cum apud Trasimeni lacum sanguinei cucurrere torrentes, cum Diomedis campi Romanis cadaueribus aggerati sunt, cum mille alia uulnera proeliorum innumeris accepta sunt cladibus? dormiebat, stertebat, aut quod uilia facere consueta sunt capita,
5 in hostilia castra defugerat? dii laeui, deae laeuae sinistrarum tantum regionum sunt praesides et inimici partium dexterarum. quod quanam istud ratione dicatur quoue animi sensu, neque ipsi nos adsequimur nec a uobis confidimus posse in aliquam lucem communis intellegentiae perduci. iam primum enim

1 quorumne, nisi *Sab:* quorum nesi *P* quorum nam, nisi *Gel* 4 huic *Sab, r:* huc *P* 6 utrique *Sab:* utique *P* partis *P corr c'* nomines *P corr c'* officiumquae *P corr* 7 utique (i *ex* u) *P* utrinque *Sab* utrique *Elmenhorstius* 9 in pulsione *Salm:* impulsione *Sab* 10 gratiosis his *?* 12 nomini Romano *?* at *Sab:* ad *P* exiguam *Sab:* eogiguam (*in mg* ∴) *P* 14 poterunt *Sab* 16 numinis *Gel* 17 caudinas *Sab:* gaudinas *P* 18 Thrasimeni lacum *Salm:* thramymenica cum *P* Thrasimenum lacum *Sab* cucurrere *Sab in err:* currere *P* 20 praeliorum *P* 21 domiebat *P corr* 22 deae laeuae *Stewechius:* et laeua *P* et laeuae *Gel* a laeua *Salm* 23 tantum a *P* partium *Sab:* praetium *P* 24 quanam *Sab:* quonam *P*

mundus ipse per se sibi neque dexteras neque laeuas neque superas regiones neque imas neque anticas habet neque posticas. quicquid enim teres est atque ex omni parte rotunditatis solidae conuexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem: ubi finis et initium nullum est, esse aliqua portio sui nominis [et initium] non potest. itaque cum dicimus: dextera haec regio est | et illa laeua, non ad mundi habitum dicimus, f. 82
qui sui simillimus totus est, sed ad positionem nostram situmque reuocamus, qui informati sic sumus, ut alia dextera, alia in nos dicantur esse laeua: quae tamen haec ipsa, quae laeua appellamus et dextera, in nobis nihil habent perpetuum, nihil fixum, sed prout nos casus atque euentus conlocauerit temporis, ita nostris sumunt ab lateribus figurationes. si orientem solem respexero, cardo mihi frigoris et septentrio fit laeuus: in quem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole posterganeus habebatur. rursus uero si iecero plagam in occiduam lumina, in uocabulum sinistri auster et meridies transit: in quam si me partem necessaria temporis circumegerit ratio, fit ut oriens laeuus inmutata corporis conuersione dicatur. qua ex re poterit facillime recognosci, neque dextera neque laeua natura esse ulla sed positionibus, sed temporibus, sed prout nostri corporis habuerit se situs rerum ad circumstantiam collocatus. quod cum ita se habeat, quanam ratione, quo pacto sinistrarum partium dii erunt, cum easdem constiterit regiones modo dexteras fieri modo laeuas? aut quo dexterae meruerunt de immortalibus dis partes, ut sine ullis

3 rutunditatis *P* 6 et initium *seclusi* 7 dicemus *Sab* 9 in nobis *Salm om Urs* 11 dextera *Zinkius:* dextralia *P* dextra alia *r* dextera alia *Sab* dextera alias *Salm* habent *Sab:* habet *P* 13 nostris *Sab, r:* nostri *P* 15 occasus *P* 16 ab sole] ante *Urs* habebatur *Urs:* habebitur *P* 17 occiduam *Sab:* occidua *P* in *add Salm* meridies *Sab:* meridie *P* 18 transit] trahet *Sab* quam *Sab:* qua *P* partem *Sab:* parte *P* 20 neque dextera *om Sab* 21 positionibus et temporibus et *Zinkius, quem secutus sum, nisi quod cum Oehlero bis* et *in* sed *correxi:* positionis et temporis et *P* positionis et temporis ratione et *uel* positione et tempore et *Meursius* 22 haberit *P corr* 23 ratio *P corr* 25 religiones *Sab corr in err* quo *Hildebrandius:* quod *P* quid *Sab* 26 dis *in* diis *corr P*

praesidibus degerent, quas esse faustas et prosperis semper
6 cum ominibus ediderunt? Lateranus, ut dicitis, deus est
focorum et genius adfectusque hoc nomine, quod ex laterculis
ab hominibus crudis caminorum istud exaedificetur genus. quid
f. 82b ergo? si testa aut materia | fuerint quacumque alia fabricati
foci, genios non habebunt, et ab officio tutelae quisquis iste
est Lateranus abscedet, quod regni sui possessio non luteis
constructa est formis? et quid, quaeso, ut faciat, praesidatum
focorum deus iste sortitus est? per humani generis coquinas
currit inspiciens et explorans, quibusnam lignorum generibus
suis ardor in foculis excitetur, habitudinem fictilibus contribuit
uasculis ne flammarum dissiliant ui uicta, curat ut ad sensum
palati suis cum iucunditatibus ueniant rerum incorruptarum
sapores, et an rite pulmenta condita sint praegustatoris fun-
gitur atque experitur officio. itane istud non foedum, quinimmo,
ut uerius dixerim, non contumeliosum, non impium, ad hoc
tantum inducere deorum nescio quas fictiones, non quas dignis
honoribus prosequare sed quas rebus turpibus et infami prae-
7 ficias actioni? etiamne militaris Venus castrensibus flagitiis
praesidet et puerorum stupris? etiamne Perfica una est e
populo numinum, quae obscenas illas et luteas uoluptates ad
exitum perficit dulcedine inoffensa procedere? etiamne Pertunda,
quae in cubiculis praesto est uirginalem scrobem effodientibus
maritis? etiamne Tutunus, cuius inmanibus pudendis horren-
tique fascino uestras inequitare matronas et auspicabile ducitis
et optatis? quodsi minime uos admouent ad intellectum ueri-
tatis res ipsae, nec ex ipsis saltem potestis nominibus noscere
f. 83 inanissimae superstitionis figmenta haec | esse et falsorum
imaginationes deorum? putationibus arborum Puta, inquitis,

2 ominibus *Sab*, *r:* hominibus *P* 3 adfectusque *Meursius:* adiectusque *P* adauctusque *Sab* dictusque *Salm* 4 crudis ab hominibus *Sab* caminorum *Sab*, *r:* camenorum *P* 5 testa] ista *Sab* 8 quod *Sab* 11 fictilibus *Sab:* fictilis *P* 13 palatis *P corr* 14 *sq.* experitur atque praegustatoris fungitur officio *Meursius* 15 non *om Sab* 19 flagiis *P corr c* 23 scrouem *P* 24 Mutunus *Sab* pudendis *P* 26 admouent ad *Sab:* admouenda *P* admonent ad *Urs* 29 imaginationes *Sab:* imaginatione *P*

praesto est. rebus petendis Peta. deus nemorum Nemestrinus est. Patellana numen est et Patella. ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta. Nodutis dicitur deus. qui ad nodos perducit res satas, et quae praeest frugibus terendis. Noduterensis: ab erroribus uiarum dea † Vpibilia liberat, in tutela sunt Orbonae orbati liberis parentes. in Neniae, quibus extrema sunt tempora. iam quae durat et solidat infantibus paruis ossa Ossipago ipsa memoratur. Mellonia dea est pollens potensque in apibus. mellis curans custodiensque dulcedinem. dicite, o quaeso isti. ut nobis propitiae faueant Peta Puta Patella. si omnino non essent apes ullae in terris. aut si exos genus humanum uelut quidam uermiculi nasceremur, dea Mellonia non esset aut Ossipago solidatrix ossuum nomen proprium non haberet? etenim quaero et rogito, utrumne uobis uideantur antiquiores dii esse natura tempore uetustate an homines, an apes fruges uirgulta et cetera? dubitabit hominum nemo, quin innumeris dicatis deos aetatibus. saeculis cuncta quaecumque sunt anteire. quod si habet se ita. qui fieri per rerum naturam potest, ut ex rebus postea procreatis acciperent nomina ea quae sunt priora temporibus aut tutelas sortirentur earum dii rerum quae nondum essent genitae et in usum mortalibus adtributae? an numquid iamdudum sine nominibus dii erant, et postquam res nasci terrisque inesse coeperunt. his a uobis dignati sunt signis atque appellationibus nuncupari? | et unde scire potuistis. quae no- f. 33b
mina singulis inderetis, cum esse illos ignoraretis omnino aut inesse potentias his certas. cum esset uobis similiter ne-

3 Nodutis *Meursius* 4 quis *Sab* 5 terendis *Urs:* ferendis *P* ferundis *Sab* Vibilia *Gel* Viabilia *Meursius* 6 Orbonae *Sab r:* urbonae *P* 7 in Neniae *Sab* [illegible] iam *Meursius:* nam *P* 8 Ossipago *Canterus:* ossilago *P* ipsa esse *Urs* Mellonia *Sab:* melonia *P* Mellona *Urs* 10 isti, ut scripsi: ita ut *P* ut ita *Sab* ita *Urs* 11 putat *P corr* 12 genus humanum *Elmenhorstius:* humanum *P* humanum genus *Urs* 13 Mellonia *Sab:* melonia *P* Mellona *Urs* Ossipago *Canterus:* ossilago *P* ossium *Sab* 17 dubitabit *Sab:* dubitauit *P* numeris *P corr* 19 naturam *Sab, r:* natura *P* 27 nescium *Sab:* nesciunt *P*

scium, quisnam eorum quid posset et cui rei deberet pro sui
9 numinis potestate praeponi? quid ergo, inquitis, hos deos nusquam esse gentium iudicatis et falsis opinationibus constitutos? non istud nos soli, sed ueritas ipsa dicit et ratio et ille communis qui est cunctis in mortalibus sensus. qui est enim qui credat esse deos Lucrios et lucrorum consecutionibus praesidere, cum ex turpibus causis frequentissime ueniant et aliorum semper ex dispendiis constent? quis Libentinam, quis † Burnum libidinum superesse tutelis, quas iubet sapientia fugere et quas mille per species propudiosa experitur et exercet obscenitas? quis Limentinum, quis Limam custodiam liminum gerere et ianitorum officia sustinere, cum fanorum limina cotidie uideamus et priuatarum domorum conuelli et subrui nec sine his esse flagitiosos ad lupanaria commeatus? quis curatores obliquitatum Limos, quis Saturnum praesidem sationis, quis Montinum montium, quis segnium Murcidam? quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam uelut maximum numen uestrae indicant litterae donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus, et quod maxime pigri ament, securum
10 per opulentias otium. quodsi habent in sedibus diuinis suos
f. 84 proprios praesides ossa, mella et limina ceteraque alia, | quae uel cursim perstrinximus uel nimietatis non adtigimus taedio, licet consimili ratione mille alios deos inducere, qui rebus

1 quod *Sab* 3 iudicatis *Sab:* indicatis *P* sed *Urs* 4 ratio *Sab:* oratio *P* 5 in mortalibus *Sab:* immortalibus *P* quis *Gel* 8 constent *Sab:* constet *P* Liburnum *Gel* Liburnam *Elmenhorstius* Liberum *Meursius* Prurium *Hildebrandius* 10 experitur *Urs:* expeditur *P* expetit *Gel* 11 Lunam *Sab* Ianum *Urs* Ianam *Stewechius* luminum *Sab* gerere *Sab:* genere *P* 12 limina *addidi* quotidie millia *uel* tot quotidie *Meursius* 14 qui *Sab* 15 Limos *Sab:* lemons *P* Limones *Hildebrandius* quis *Urs:* qui *P* sationis *Gel:* latinis *P* satiuis *Canterus* 16 quis segnium *Sab:* qui segnium *P* Murciam *Sab* 19 spectaculis *Sab:* exspectaculis *P* 21 quodsi *Urs:* quid si *P* habent *Rigaltius:* haberet *P* haberent *Sab* habere *Salm* in sedibus] in se diuos *Urs* insistitis *Salm* in sideribus *Rigaltius* diuinis *addidi* 22 ceteraquae *P corr* 23 no*n a*dtigimus *P* attingimus *Sab*

innumeris debeant suam curam custodiamque praebere. cur enim deus praesit melli uni tantummodo, non praesit cucurbitis, rapis, non cunelae, nasturtio, non uiciis betaceis caulibus? cur sola meruerint ossa tutelam, non meruerint ungues pili ceteraque alia locis posita in obscuris et uerecundioribus partibus, etsi sunt casibus obnoxia plurimis et curam magis deorum diligentiamque desiderant? aut si et has dicitis partes suis agere sub tutelatoribus diuis, incipient totidem dii esse quot res sunt: nec explicabitur ratio, cur non rebus omnibus diuinae praesideant curae, si certas res esse quibus praesint numina et prouideant dixeritis. quid dicitis, o patres nouarum **11** religionum, quid potestatum? hoscine a nobis deos uiolari et neglegi sacrilego clamitatis queritaminique contemptu, Lateranum genium focorum, Limentinum praesidem liminum, Pertundam Perficam Noduterensem? et quia non supplices Mutuno procumbimus atque Tutuno, ad interitum res lapsas atque ipsum dicitis mundum leges suas et constituta mutasse? atquin uidete, perspicite, ne tum talia confingitis monstra talia atque molimini, deos offenderitis certissimos, si modo sunt ulli qui istius nominis mereantur sustinere atque habere fastigium, nec propter aliam causam mala ista quae dicitis | ferueant et cotidianis accessionibus insolescant. cur ergo, e f. 84[b] uobis fortasse aliquis dixerit, esse falsum est istos deos? et inuocati ab haruspicibus parent, et suis acciti nominibus ue-

2 meli *P corr* 3 cunelae *Hildebrandius:* culenae *P* cunilae *Sab* uiciis *Orellius:* ficiis *P* ficis *Sab* betaceis *Salm:* beaticiis *P* betis *Sab* 6 etsi *Zinkius:* et *P* haec *Meursius* 8 tutelaribus *Sab in err* 9 quot *Sab:* quod *P* 10 praesideant *Sab:* praesidea' *P* 12 quid *Urs:* qui *P* hoscine *Salm:* obscenae *P* obscene *Sab, r* obscenarum *Pithoeus* uiolari *Sab:* uiolare *P* 13 sacrilege *Sab* queritaminque *P corr* contemni *Sab* Larem *Sab* 14 genium *P* Pertundam *Sab:* pertus. quedam *P* 15 Perficam *Sab, r:* perfica *P* Nodutim, Terensem *Salm* Mutuno *Gel:* hoc ẽ uno *P* hoc est humi *Sab* 16 Tutuno *Sab:* est ut uno *P* 18 talia atque *Sab:* talia adquae (ae *ex* a *c'*) *P* 19 offenderetis *P corr c'* 21 dicitis *Sab, r:* dictis *P* 22 feruant *P corr c* inolescant *Sab* cur *Sab:* cum *P* 23 aliquis *P* falsos *Sab* est *add Oehlerus* deos contendis *Gel* et] si *Sab* 24 ac-c*iti *P*

niunt et fidelia reddunt responsa quaerentibus. possumus optinere falsum esse quod dicitur, uel quod superstitionibus plenissima res tota est, uel quod multas cotidie praedictionum uidemus aut aliter cadere aut in contrarios exitus frustrata
12 expectatione torqueri. sed sint, ut adseritis, uerae: unde tamen facietis fidem, Melloniam uerbi causa uel Limentinum inserere se fibris et ad rerum quas quaeritis significantias aptare? numquid illorum aliquando uidistis os habitum faciem, aut eadem haec possunt in pulmonibus aut iecusculis conspici? nonne accidere fieri, licet astu dissimuletis, potest ut alter pro altero subeat fallens ludens decipiens atque inuocati speciem praestans? si magi, haruspicum fratres, suis in accitionibus memorant antitheos saepius obrepere pro accitis, esse autem hos quosdam materiis ex crassioribus spiritus, qui deos se fingant nesciosque mendaciis et simulationibus ludant, cur non ratione non dispari credamus hic quoque subicere se alios pro eis qui non sunt, ut et uestras opinationes firment et sibi
13 hostias caedi alienis sub nominibus gaudeant? aut si haec accipere rei nouitate renuitis, unde uobis est scire, an sit unus aliquis, qui succedat pro omnibus quos inuocatis partibusque se cunctis locorum diuisionibusque supponens multorum
f. 85 uobis speciem diuorum praebeat et | potestatum? quisnam iste est unus? interrogabit forte. possumus instituti ueris auctoribus dicere, sed ne nobis fidem habere nolitis, Aegyptios Persas Indos Chaldaeos Armenios interroget omnesque illos alios, qui interioribus uiderunt et cognouerunt haec artibus: iam pro-

2 superstitionibus *Gel:* suspicionibus *P* plenissima *Sab:* plenissimas *P* 5 uerae: unde *scripsi:* uera eandem *P* uera: nunquam *Gel* uera: qui *Urs* uerae: an iidem *Salm* tandem *Urs* 8 numquit *P corr* hos *P corr* 9 iecusculis *Sab:* iocusculis *P* 10 actu *Sab* 12 in accitionibus *Salm:* in actionibus *P* incantationibus *uel* inuocationibus *Urs* 13 accitis *Stewechius:* actis *P* ueris *Gel* 15 cur non *Urs:* cum *P* cur *Sab* 16 pari *Gel* illis pari *Zinkius* 18 haec *scripsi:* hic *P* sic *Sab* hoc *Oehlerus* 20 quos inuocatis *Sab:* in quos uocatis *P* partibusquae *P* partibus qui *Salm* 21 diuisionibusque *scripsi:* diuisionumque *P* 23 interrogabit *Sab:* interrogauit *P* interrogabitis *Urs* interrogabit. forte *uulgo: ueram distinctionem indicauit Meursius* instituti] istum *Sab* 25 chaldeos *P* interroget *P* interrogetis *uel* interrogate *Urs* 26 interioribus *Urs:* in interioribus *P*

fecto discetis, quisnam sit deus unus uel sub eo qui plurimi. qui deos se fingant et humani generis inprudentiam ludant. iamdudum nos pudet ad eum locum uenire, in quo risum tenere non possunt non tantum puerculi et procaces, uerum etiam serii atque in oris taetrici asperitatem durati. nam cum a doctoribus omnes nostris insinuatum acceperimus et traditum, in declinationibus deorum pluratiuos numeros non esse, quod essent dii singuli, nec communiter ire per plurimos uniuscuiusque nominis proprietas quiret, immemores uos facti et puerilium disciplinarum recordatione consopita et conplures subditis uocabulis isdem deos et cum sitis alias in eorum numero restrictiores, multiplices eos rursus cognominum societate fecistis: quam quidem olim partem iudicii acris uiri atque ingenio perspicaci tam sermone Italo explicuere quam Graeco. et dare nobis conpendium potuisset res ista, si non et aliquos uideremus litterarum esse istarum expertes, et institutus a nobis sermo nos quoque conpelleret, nonnihil de his rebus quamuis ab illis sumptum commemoratumque depromere. aiunt igitur **14** theologi uestri et uetustatis absconditae | conditores, tris in f. 85^{b} rerum natura Ioues esse, ex quibus unus Aethere sit patre progenitus, alter Caelo, tertius uero Saturno, apud insulam Cretam et sepulturae traditus et procreatus: quinque Soles et Mercurios quinque, ex quibus, ut referunt, Sol primus Iouis filius dicitur et Aetheris habetur nepos, secundus aeque Iouis et Hyperiona proditus genetrice, tertius Volcano, non Lemnio,

19 sqq. Cic. de nat. deor. 3, 53 sqq.

2 qui deos *Sab:* quia eos *P* 3 iamdudum] *hic apud Oehlerum c. 13 incipit* 4 puerculi *Sab:* puericuli *P* 5 oris *scripsi:* mares *P* mores *Sab* moris *Salm* tetricia *Sab* asperitatem *Salm:* asperitate *P* 9 quiret] *uerba quae in fine libri leguntur* neque enim fieri per rerum naturam potest, ut quod unum est fiat duo et in diuersas res eat unitas ingenita simplicitate diuisa *huc transposuit Orellius* facti *Sab:* faci *P* 10 consopita *Urs:* composita *P* seposita *Gel* 13 quam *Sab:* quas *P* acris *Urs:* acres *P* ingenio *Sab, r:* per ingenio *P* 18 commemoratumque depromere *in ras c* commodatumque *Urs* 19 uetutatis *P* tres (e *ex* i *corr*) *P* 20 ioues *P* 21 aput *P* insolam *P* 22 saepulturae *P* 23 referunt *Gel:* refferunt *P* res ferunt *Sab* 24 aetheris *Sab:* aetherius *P* secundus Regina et Hyperione proditus genitore *Sab* 25 genitrice (it *in* et *corr c'*) *P*

set Nili qui fuerit filius, quartus Ialysi pater, quem Rhodi peperit heroicis temporibus Acantho, quintus Scythici regis et uersipellis habetur Circae. iam Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinniuisse subrectis, supremi progenies Caeli est, sub terra est alter, Trophonius qui esse iactatur, Maia tertius matre et Ioue procreatus sed tertio, quartus suboles Nili est, cuius nomen Aegyptia gens horret et reueretur expromere, quintus Argi est interemptor, fugitiuus atque exul et proditor apud Aegyptum litterarum. sed et Mineruae, inquiunt, sicut Soles et Mercurii quinque sunt, ex quibus prima non uirgo sed ex Volcano Apollinis procreatrix, Nili altera proles et quae esse perhibetur Aegyptia, stirps Saturni tertia est et quae usum excogitauit armorum, Iouis quarta progenies quam Messenii Coryphasiam nuncupant, et quae Pallantem occidit patrem incestorum adpetitorem est quinta.

15 ac ne longum uideatur et nimium, minutatim uelle capita ire per singula, aiunt idem theologi, quattuor esse Volcanos et tris Dianas, Aesculapios totidem et Dionysos quinque, ter binos
f. 86 Hercules et quattuor Veneres, tria | genera Castorum totidemque Musarum, pinnatorum Cupidinum trigas et quadrigas Apollinarium nominum, quorum similiter genitores, similiter matres, loca quibus nati sunt indicant et originem singulorum suis cum prosapiis monstrant. quod si uerum et certum est et ex rei cognitae adseueratione monstratur, aut omnes dii non sunt, quoniam plures sub eodem nomine, quemadmodum accepimus, esse non possunt, aut si aliquis ex his est, igno-

10 Cic. l. c. 59 Clemens Alex. protr. 2, 28 17 Cic. l. c. 53 sqq.

1 Nili *Sab:* nisi *P* Ialysi *Sab:* alysi *P* Rhodi *Sab:* rhodii *P* 2 Acantho *Urs:* achanto *P* scythichi *P* 3 Circae *Salm:* circe *P* Circes *Sab* iam *Meursius:* nam *P* 4 adinniuisse *P* supraemi *P* 5 coeli est *Sab:* caeli *P* trofonius *P* 7 soboles *Sab:* subolis *P* 11 uulcano (uu *in* uo *c'*) *P* apolinis *P* appolinis *c'* 12 Aegyptia *Gel:* aegyptiae *P* Aegyptiis *Sab in err* stirps *Salm:* strips *P* Sais *Sab* 14 coryfasiam *P* 15 Pallantem *Gel:* corypalantem *P* Corya pallantem *Sab in err* 16 minutum *Sab* 17 uulcanos *P corr* tres *c* 18 aesculapius *P corr* dionisos *P* dionisios *c'* 19 genere *P corr c*

rabitur et nescietur, quia sit consimilium nominum confusione caecatus. atque ita per uos ipsos, quamuis fieri nolitis, efficitur, ut haesitet religio conturbata neque habeat finem certum, in quem dirigere se possit multis elusa ambiguitatis erroribus. fingite nos enim uel auctoritate commotos uel uiolentia terroris **16**
uestri induxisse in animum Mineruam uerbi causa sacris uobis sollemnibus et ritu uelle adorare uolgato: si, cum diuinas apparamus res adgredi atque aris flammantibus sua reddere constituta, Mineruae omnes aduolent ac de istius nominis possessione certantes poscant sibi singulae apparatum illum sacrorum reddi: quid in medio faciemus nos animal tenue uel in partes quas potius pii muneris officia transferemus? dicet enim forsitan prima illa quam diximus: meum nomen est Mineruae, meum numen, quae Apollinem genui, quae Dianam et ex mei uteri fetu caelum numinibus auxi et deorum numerum multiplicaui. immo, inquiet quinta Minerua, † tutunis, quae marita et puerpera totiens castitatis purae inminuta es sanctitate. nonne uides in Capitoliis omnibus uirginalis esse species Mineruarum et innuptarum his formas ab artificibus | cunctis f. 86b
dari? desiste igitur nomen iuris tibi adsciscere non tui. nam Mineruam me esse genitore ex Pallante procreatam, testis omnis est poetarum chorus, qui Palladem me nuncupat deriuato a patre cognomine. quid dicis, inquiet secunda haec audiens,

1 quia *Sab:* quid *ex* qua *ut uidetur P* consimilium *Sab:* consilium *P* 3 ut *Sab, r:* at *P* hesitet *P* haec sit et *Sab* 4 multis *scripsi:* et nullis *P* nullis *Sab* tam multis *Oehlerus* 5 commotos *r, Salm:* cōmotus *P* ideo notos *Sab* ideo motos *in err* 7 uolgato: si *scripsi:* uolgator si *P* uulgato, res si *Sab* uolgato si *r* diuina *r* 8 res *addidi* adgredi atque *Rigaltius:* adgrediat quae *P* adgrediat. que *c'* aggrediamurque *Sab* aggredimurque *Gel* 9 ineruae *P corr* 14 meum *Rigaltius:* cū *P* tum *Sab* meum est Mineruae nomen ac numen *uel* meum tum nomen est Mineruae tum numen *Urs* numine *Salm* appollinem *P* genui *Sab:* genuit *P* 15 fetu *Sab*: fletu *P* 16 quinta *Gel:* quanta *P* quarta *Sab* tu tu sis *Sab* tu sis *Gel* tu tinnis *Salm* 17 imminuta *Sab:* inmuta *P* es *Sab, r:* est *P* 18 uirginaleis *Sab* 19 et] nec *Sab* innuptarum *Rigaltius:* nuptarum *P* 20 adsciscere *Sab, r:* adhisciscere *P* 23 inquiet *P* audies *P corr c'*

ergone Mineruium nomen tu feres parricida petulans et ex amoris incesti contaminatione polluta, quae dum te fucis atque artibus excolis meretriciis, etiam patris in te mentem furialibus plane cupiditatibus excitasti? perge igitur, aliud tibi quaere signum; nam mea res ista est, quam Nilus maximus fluminum aquis generauit ex liquidis et in uirgineos habitus roris concretione conduxit. quodsi fidem inquiris facti, Aegyptios et ego testes dabo, quorum sum Neith lingua, Platonis testificante Timaeo. quid deinde arbitramur fore? desistetne et illa Mineruam se dicere, cui Coryphasiae nomen est uel ex Coryphae matris signo uel quod ex uertice summo Iouis parmam ferens emicuit atque armorum accincta terroribus? aut illam, quae tertia est, cessuram patienter nomine? et non dictis talibus habituram rationem sui et primarum adrogantiam refutaturam: itane tu audes maiestatem tibi mei nominis usurpare sinceram, ex caeno et ex gurgitibus prodita coagulataque limosis? aut tibi tu alienam dignitatem adsumis deae, quae de uertice procreatam mentiris te Iouis et rationem te esse mortalibus ineptissimis suades? ex capite Iupiter conceptos filios procreat? et ut arma quae gestas procudi possint et fabricari, in uerticis | f. 87 ipsius cauo officina fabrilis fuit, incudes mallei fornaces folles carbones et forfices? aut si uerum est quod adseueras, rationem te esse, desiste tibi nomen id quod meum est uindicare: nam quam dicis ratio non est species numinis certa sed obscurarum intellegentia causarum. si ergo, ut diximus, officia nobis adeuntibus religiosa Mineruae adsint quin-

9 p. 21 e

1 feres *Urs:* fer*s *P* fers *Sab* 4 plane *Urs:* plenam *P* 6 generabit *P corr* 8 sum Neith *Salm:* nili *P* Neith *Canterus, Urs* lingua dicor *Gel* Platonis *Sab:* latonis *P* 9 timeo *P* 10 coryfasiae *P* coryfae *P* 12 amorum *P corr* 13 cessuram *Sab:* censuram *P* patienter *Urs:* patientiae *P* patientia *Gel* nomen *Sab* 15 sinceram *Meursius:* si uerum *P* quae *Gel* Sai cum *Urs om Salm* 16 e limo sis *Sab* 17 alienam *Gel:* aliã *P* at tibi tu aliam dignitatem assume, deam quae *Salm* deae quae] atque *Sab* que *P* 18 rationem *Sab, r:* ratione *P* 19 Iouis e capite concepta tu fueris si quis ex capite *Urs* Iupiter *addidi* 20 et ut] aut si *Sab* ut *Salm* possunt *Sab* possent *Salm* 22 forcipes *Urs* aut *Sab:* ut *P* at *Urs* 26 adsinit *P corr*

que ac de huius nominis proprietate rixantes sibi quaeque
desideret aut turis suffimenta libari aut ex pateris aureis in-
feria uina defundi, quo disceptatore, quo iudice controuersias
tollemus tantas? aut quis quaesitor, quis arbiter ceruicibus
tantis erit, qui inter personas huiusmodi aut uindicias iustas
dare aut sacramenta conetur pronuntiare non iniusta? nonne
potius ibit domum seseque abstinens ab negotiis talibus tutius
esse arbitrabitur nihil horum contingere, ne aut uni dando
quod omnium est inimicas eficiat ceteras aut stultitiae crimen
incurrat, si id attribuat cunctis quod esse oportebat unius?
possumus haec eadem de Mercuriis, Solibus, immo de aliis 17
omnibus, quorum numeros tenditis et multiplicatis, expro-
mere. sed satis est ex uno rationem in ceteris eandem esse
scire, et ne forte prolixitas fastidium audientiae pariat, cessa-
bimus ire per singula, ne dum uos arguimus nimietatis, lo-
quacitatis inmodicae suscipiamus et nos culpam. quid dicitis
o isti, qui ad deorum nos cultum membrorum laniatibus in-
uitatis et suscipere nos cultum uestrorum conpellitis numinum?
possumus | difficiles non esse, si modo aliquid nobis dignum f. 87b
tanti nominis opinione monstretur. ostendite nobis Mercurium,
sed unum: date Liberum, sed unum: unam Venerem atque
unam similiter Dianam. nam esse Apollines quatuor aut tris
Ioues numquam nobis facietis fidem, nec si testem ipsum ci-
tetis Iouem aut Pythium constituatis auctorem. sed ex diuerso 18
nescio quis: unde, inquit, scimus, an explorata et cognita
theologi scriptitarint, an ut uisum est atque sedit libidinosam
extulerint fictionem? nihil istud ad causam, nec sermonis istius
in eo est ratio constituta, utrumne res ita sint, theologorum
ut indicant scripta an aliter se habeant et multo dissociatae
discrimine: nobis enim satis est rebus de publicatis loqui ne-

1 nominis *Gel:* nomine *P* 2 thuris *P corr r* in seriam *Sab* 6 iniusta *scripsi:* iusta *P* 9 et ficiat *in* eficiat *corr P* 10 id attribuat *Sab:* ita tribuat *P* 12 extenditis *Stewechius* multiplicas *P corr* 22 tres *c* 23 iouis *P corr c* 26 libidinosam *Sab, r:* libidinosa *P* 29 dissociatae *Sab in err:* dissociata *P* 30 nobis enim satis est rebus de publicatis loqui *add c*

que quaerere quid sit in uero sed refutare, conuincere id quod in medio positum est atque opinatio concepit humana. sed si mendaces illi, uos ueritas quae sit exponite et inrefutabile aperite secretum. at qui fieri potis est remotis magisteriis litterarum? quid est enim quod dici de immortalibus diis possit, quod non ex hominum scriptis ad humanas peruenerit notiones? aut quicquam uos ipsi de illorum ritibus potestis caerimoniisque narrare, quod relatum in litteras non sit et scriptorum commentariis publicatum? aut si ponderis existimatis nullius haec esse, aboleantur omnes libri quos de diis habetis compositos theologorum, pontificum, nonnullorum etiam philosophiae deditorum; quinimmo potius fingamus ab exordio f. 88 | mundi nullum aliquando mortalium † nullum esse de diis quicquam: experiri uolumus et cupimus scire, an muttire, an hiscere deorum in mentione possitis, an concipere eos mente quos in animis uestris nullius scripti informauerit notio. cum uero nomina et potentias illorum suggerentibus uobis libris addidicisse uos constet, iniquum est detrahere litteris his fidem quarum ea quae dicitis testimonio atque auctoritate firmatis.

19 nisi forte haec falsa et ea quae a uobis dicuntur erunt uera. quo argumento, quo signo? cum enim homines utique et qui haec et illa commentati sunt fuerint, et de rebus incertis ab utraque sit disputatum parte, adrogantis est dicere, id quod tibi placeat esse uerum, quod uero animum laedit id libidinis et falsitatis arguere. per humani generis iura atque ipsius mortalitatis consortia, cum auditis et legitis 'ex illo patre atque ex illa matre deus ille est proditus', nonne animi uestri sensum tangit humanum nescio quid dici et ex terreni generis humilitate proficiscens? aut cum esse arbitramini uos ita, sollicitudinem concipitis nullam, ne offensionis aliquid apud

1 quae*rere *P* 4 at *scripsi:* et *P* pote *Sab* 5 quid *Sab:* id *P* 6 ex *om Urs* scriptis *scripsi:* discriptis *P* descriptis *c* de scriptis *Urs* de his scriptis *Salm* 10 aboleantur *Sab:* abole^{n}tur *P* 12 filosofiae *P* 13 nullum esse] meminisse *Gel* intimasse *Heraldus* scripse *sic Salm* 15 hiscere *Sab:* hiscire *P* 21 utique *Rigaltius:* utrique *P* utrinque *Sab* 24 sibi *Rigaltius* 26 patre *addidi* 28 sensus *Sab* 29 uos] eos *Urs*

ipsos quicumque sunt contrahatis deos, quod ex turpi concubitu creditis atque ex seminis iactu ignoratam sibi ad lucem beneficiis obscenitatis exisse? nos enim, ne quis forte existimet ignorare, nescire, quid istius nominis conueniat dignitati, aut natiuitatis expertes deos esse oportere censemus, aut si aliquos ortus | habent, ab domino rerum ac principe rationibus quas f. 88b ipse nouit [ipse] ducimus atque existimamus emissos, immaculatos castissimos puros, nescientes quae sit foeditas ista coeundi et usque ad illos ipsos principali procreatione finita. at uero uos contra maiestatis inmemores et sublimitatis tantae **20** eas illis adiungitis natiuitates ortusque eos adscribitis quos ingeniis lautioribus homines et execrationi habeant et horrori. ex Ope, inquitis, matre et ex genitore Saturno cum suis est natus Diespiter fratribus. uxores enim dii habent atque in coniugalia foedera condicionibus ueniunt ante quaesitis? usu farreo coemptione genialis lectuli sacramenta condicunt? habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas? et quid de ipsis condicionibus loquimur, quando et quosdam nuptias celebrasse et festas habuisse frequentias * dicere et lusisse in his deas et, quod participes [et quid] fescenninorum non essent, perturbasse discordiis omnia et hominum in posterum genus exitiorum seuisse discrimina? sed in ceteris **21** forsitan minus huius eluceat turpitudinis foeditas. ergone ille rector poli, pater deorum et hominum, supercilio id est nutu totum motans et tremefaciens caelum, ex uiro concretus et femina est? et nisi ambo se sexus in obscenas dissoluerent

2 iactu *Sab:* actu *P* beneficio eos *Urs* 4 dignitati *Sab, r:* dignitatis *P* aut] sane *Sab* 6 a *Sab* principes *P corr* 7 ipse *seclusit Zinkius* ipsos *Sab* emissos *Urs:* ei missos *P* esse missos *Sab* 12 execrationi *P* 14 gnatus *P corr* 15 quaesiti *P corr c'* 16 farre *Urs* condicunt *Urs:* conducunt *P* 18 condicionibus *scripsi:* coniunctionibus *P* 19 et *P* *lacunam signaui: intercidisse uidetur* audetis *uel simile uerbum* dicitis *Sab* 20 et quid *om Sab* fesceninoorum *sic Sab:* fescenniorum *P in mg* ·r· 21 hominum in *scripsi:* humano in *P* in humanum *Sab* humanum in *Oehlerus* 22 seuisse *Urs:* saeuisse *P* 24 supercilio id est nutu *scripsi:* supercilio inutu *P* supercilio et nutu *Sab* 26 se *addidit Hildebrandius* dissoluerentur *Gel*

copulatis corporibus uoluptates, Iuppiter ille maximus non esset, et usque ad hos dies et regem numina non haberent et
f. 89 caelum sine domino staret? et quid Iouem miramur ex | feminae effusum dictitare uos aluo, quando auctores uestri et nutricem habuisse conscribunt et ex alieni uberis alimonia mox traditam retinuisse uitam? quid dicitis o uiri? ergone, iterum dicam, tonans fulgens et fulminans et nubila terribilia conducens suxit fluenta mammarum, uagitum edidit, repsit atque ut fletum exponeret ineptissime tractum, crepitaculis obticuit auditis et ad somnos inductus est in mollissimis cunis iacens et uocibus delenitus infractis? o deorum adsertio religiosa, o amplitudinis metuendae uenerabilem monstrans atque insinuans dignitatem! sicine apud uos, quaeso, supernarum nascitur eminentia potestatum, his in lucem prodeunt generationibus dii uestri quibus asini porci canes, quibus inmunda haec omnis conceptatur et genitur terrenarum proluuies bestia-
22 rum? nec contenti hos coetus grauitati attribuisse Saturniae, etiam ipsum regem mundi flagitiosius liberos procreasse quam ipse est natus atque editus praedicatis. ex Hyperiona, inquitis, matre et ex Ioue iaculatore fulminis Sol aureus et flagrantissimus natus est: ex Latona et eodem arquitenens Delius et siluarum agitatrix Diana: ex Leda et eodem [arquitenens Delius et siluarum] * graece Dioscoris nomen est: ex Alcmena et eodem Hercules ille Thebanus, quem claua pellisque tutata sunt: ex Semela atque ipso Liber, qui Bromius dicitur et ex femine iterum natus patris: ex ipso rursus et Maia Mercurius ore facundus et gestator adfabilium

3 *ex *P* *in mg* ☧ ☧ 10 molissimis *P* 12 amplitudnis *P* 16 gignitur *Sab* prolubies *P* bestarum *P* 17 conti *P corr c* coetus] ortus *Urs* *in mg* ☧ 18 proceasse *P corr* procreasse natum atque editum praedicatis *Sab* 19 yperiona *P* 20 fluminis *P corr* flagrantissimus *Sab in err:* fragrantissimus *P* 21 platona *P corr* agitatrix] habitatrix *uel* ferarum agitatrix *Urs* 22 arquiten^ens *P* arquitenens delius et siluarum *om Sab, expunxit r lacunam signauit Sab: intercidisse putat Gel* quibus *Urs* Castores, quibus *Rigaltius* Tyndaridae Castores quibus 23 herculi *P corr c'* 24 theba*nus *P* tutatae *Sab* Semela *Sab, r:* emela *P* 25 et ex femine iterum natus patris *om Sab* feminae *P corr*

| colubrarum. potest ulla grauior contumelia Ioui uestro infligi aut quicquam est aliud quod labefactet aut destruat deorum principis auctoritatem, quam quod eum creditis uoluptatibus aliquando libidinosis uictum et in femineos appetitus inflammati pectoris incaluisse feruore? et quid regi Saturnio matrimoniis fuerat cum alienis rei? nonne illi fuerat satis Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in regina poterat numinum, cum nobilitas eam commendaret tanta, facies os dignitas et ulnarum niuei marmoreique candores? an uxore contentus haud una concubinis, pelicibus atque amiculis delectatus inpatientiam suam spargebat passim, ut babaecali adolescentes solent, salax deus, et canus ex infinitis corporibus flaccescentium uoluptatum restituebat ardorem? quid dicitis o impii uel quas de uestro Ioue opinionum confingitis foeditates? ita non animaduertitis, non uidetis, cuius eum notetis probri? cuius criminis constituatis auctorem? uel quas in eum labes flagitiorum, quantas coaceruetis infamias? ad libidinem homines proni atque ad uoluptatum blanditias naturae infirmitate procliues adulteria tamen legibus uindicant et capitalibus adficiunt eos poenis quos in aliena comprehenderint foedera genialis se lectuli expugnatione iecisse. subsessoris et adulteri persona cuius esset turpitudinis, notae cuius, regnatorum maximus nesciebat, et speculator ille, ut fama est, bene meritorum ac pessime, quidnam deceret se uelle rationibus pectoris non perspiciebat | amissis. f. 89b 23 f. 90 et tolerari forsitan maletractatio haec posset, si eum saltem personis coniungeretis conparibus, et adulter a uobis immortalium constitueretur dearum. in humanis uero corporibus quidnam, quaeso, inerat pulchritudinis, quid decoris, quod inritare, quod flectere oculos posset in se Iouis? cutes uiscera

7 regina *Sab:* reginam *P* 8 ulnis *Sab* 9 haut *P corr* 11 babaecali *Hilgers:* babecali *P* [illegible] *Sab* 12 infinitis *Sab:* finitis *P* infinitis initis *Meursius* 15 noctetis *P corr* 18 uoluptatum *Sab:* uoluptatem *P* infirmitate *P corr* [illegible] 19 poenis *P corr* 22 [illegible] *Heraldus*, [illegible] regnatorum *P* regum *Sab* 23 quidnam *Sab:* quinnam *P* 24 amissis *Meursius:* amissi *P* 25 et *Sab:* set *P* [illegible] *Gel:* [illegible] *P* 26 adulter a *Heraldus:* adultera *Sab* 29 in se *Meursius:* inde *P*

pituita atque omnis illa proluuies intestinorum sub inuolucris constituta, quam non modo Lynceus ille penetrabili acie possit horrescere, uerum etiam quiuis alter sola uel cogitatione uitare. o egregia merces culpae, o digna et pretiosa dulcedo, propter quam Iuppiter maximus [cycnus] fieret et taurus et candidorum procreator ouorum. si aperire oculos mentis et ueritatem pro-
24 priam intueri sine ulla uultis gratificatione priuata, miseriarum omnium causas, quibus genus ut dicitis iamdudum adflictatur humanum, ex huiusmodi reperietis opinationibus fluere quas habetis antiquitus de diis uestris et quas in melius reformare ante oculos posita ueritate renuistis. nam nos quidem quidnam de illis aliquando aut inconueniens sensimus aut conscriptionibus edidimus indecoris, ut in inuidiam iaciantur nostram labores generis humani et commoditates quibus uiuitur imminutae? numquid a nobis dicitur, ut ciconias, ut palumbes ex ouis esse progenitos quosdam deos? numquid ex pelagi spuma et ex Caeli genitalibus amputatis Cythereiae Veneris concretum coaluisse candorem? numquid parricidii causa uinctum esse Saturnum et ablui | diebus statis, uinculorum ponderibus et
f. 90b leuari? numquid beneficio Curetum ab interitu seruatum Iouem? numquid expulisse regno patrem et alieni iuris imperium uiolentia et fraude tenuisse? numquid pulsum a nobis senem Italorum delituisse in finibus, et quod tutus fuisset a filio, nomen Latio inposuisse pro munere? numquid incestas nuptias cum sorore Iouem ipsum dicimus fecisse nos, aut inuitatum ad ius mensae pro suillis uisceribus prolem nes-

26 Clemens Alex. protr. 2, 36

1 prolubies *P* 2 Lynceus *Sab, r:* lyceus *P* 4 egregia *Sab:* grecia *P* praetiosa *P* 5 cycnus *seclusi* maximus et taurus fieret et cycnus, candidorum procreator ouorum *Meursius* 8 afflictatur *Sab:* flictatur *P* inflictatur *?* 10 habetis *Salm:* habeatis *P* habebatis *Sab* 13 iaciantur *Sab, r:* iaciatur *P* 16 ouis *Meursius tamquam e codice:* iouis *P* Ioue *Sab* numquit *P corr r* 18 numquit *P corr: sic infra semper* 19 ablui] ab his *Sab* statis *Salm:* tantis *P* et leuari *Salm:* eleuari *P* releuari *Urs* 21 expullisse *P* 22 a nobis] a Ioue *Gel* 23 itallorum *P corr* dicitur delituisse *?* 24 i^{n}posuisse *P* 26 ius *Salm:* eius *P* mensam *Sab*

cium Lycaoniam pransitasse? numquid altero claudum pede apud insulam Lemnum fabrilia opera exercuisse Vulcanum? numquid cupidinis atque auaritiae causa, sicut canit Boeotius Pindarus, Aesculapium fulminis transfixum esse telo? numquid Apollinem ditem factum eos ipsos reges quorum gazis fuerat locupletatus et donis ambiguitate fefellisse responsi? numquid furem Mercurium publicauimus nos? nos esse Lauernam atque cum hoc simul fraudibus praesidere furtiuis? numquid ex nobis Myrtilus est auctor, qui Macari filiae Megaclonis ancillulas profitetur fuisse Musas? numquid rege a Cyprio, cuius nomen Cinyras est, † dictatum meretriculam Venerem diuorum in numero consecratam? quis ex reliquiis Pelopis conpactum esse Palladium **25**
prodidit? non nos? quis Spartanum fuisse Martem? non Epicharmus auctor uester? quis in Thraciae finibus procreatum? non Sophocles Atticus cunctis consentientibus theatris? quis mensibus in Arcadia tribus et decem uinctum? non Melae fluminis filius? quis ei canes | ab Caribus, quis ab Scythis f. 91
asinos immolari? non principaliter cum ceteris Apollodorus? quis dum genialibus insultat alienis haesisse in laqueis inuolutum? non commentarii uestri? non scaenae? numquid aliquando a nobis conscriptum est mercennariam deos seruitutem seruisse, ut Herculem Sardibus amoris et petulantiae causa, ut Admeto Apollinem Delium, ut Laomedonti Troico Iouis fratrem, ut eidem sed cum patruo Pythium, ut coniugalia secreta miscentibus Mineruam luminis ministram et lucernarum modulatricem? nonne ille uester est uates, qui Martem fecit et Venerem mortalium manibus uulneratos? non ex nobis Panyassis

1 l. c. 2, 29 3 l. c. 2, 30 9 l. c. 2, 31 10 l. c. 2, 13 12 l. c. 2, 47 13 l. c. 2, 29 21 l. c. 2, 35 26 l. c. 2, 36

4 pidarus *P corr c* 7 nos? *Hildebrandus:* non *P* num *Sab* nos? nost non uos *Salm* labernam *P* 9 filiae *Canterus, Urs:* filias *P* Megaclonis *Canterus, Urs:* meglaconis *P* profitetur *Gel:* profitemur *P* 10 numquid] quis *Gel* Cinyras *Urs:* cyniras *P* 11 ditatam *Gel* 12 reliquis *P corr c'* 13 nonne Epicharmus *Sab* 14 trachiae (h *expunxit r*) *P* 16 Melae *Gel:* mille *P* 17 filius *Gel:* filio *P* scytis *P* 19 genitalibus *Sab* 21 mercenariam *r* 22 Omphalae Herculem *Meursius* Herculem Omphalae *?* Sardibus *Urs:* sordibus *P* sordidi *Sab* 24 pytium *P* coniugalia *P* 25 moderatricem *Canterus, Urs*

unus est, qui ab Hercule Ditem patrem et reginam memorat sauciatam esse Iunonem? non uiraginem ab Ornyto caesam cruentatam uexatam Polemonis uestri indicant scripta? non ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum retulisse pronuntiat et inlati uulneris et doloris? apud insulam Cretam sepulturae esse mandatum Iouem nobis editum traditur? in Spartanis et Lacedaemoniis finibus nos dicimus conditos in cunis coalitos fratres? noster ille est auctor, qui Patrocles Thurius scriptorum in titulis indicatur, qui tumulos memorat reliquiasque Saturnias tellure in Sicula contineri? Hieronymus *** Plutarchus nostrarum esse partium comprobatur, qui in Oetaeis uerticibus Herculem post morborum
26 comitialium ruinas dissolutum in cinerem prodidit? nam quid de illis amoribus dicam quibus in feminas sanctos incaluisse caelestes uestris proditum litteris atque auctoribus continetur?
f. 91b | numquid enim a nobis arguitur rex maris Amphitritas Hippothoas Amymonas Menalippas Alcyonas per furiosae cupiditatis ardorem castimoniae uirginitate priuasse? numquid Apollo Latonius immaculatus ille, castissimus atque purus Arsinoas Aethusas Hypsipylas Marpessas, Zeuxippas et Prothoas, Daphnas et Steropas inconsulti pectoris adpetisse feruoribus? numquid senex Saturnus iamdudum obsitus canis atque annorum uetustate iam frigidus nostris carminibus indicatur ab uxore in adulterio comprehensus induisse formam feri et sub pecoris specie hinnitibus euolauisse iactatis? Iuppiter ipse rex mundi nonne a uobis infamis est isse per innumeras species

5 l. c. 2, 37 8 l. c. 2, 30 16 l. c. 2, 32

1 herculem *P corr* 2 uiraginem Mineruam *?* laesam *Meursius* 4 ippocoontis *P* 5 et doloris] dolores *Rigaltius* 7 et Lacedaemoniis *seclusit Zinkius* 9 Thurius *Canterus, Urs:* hurius *P* 11 heronymus *P corr* Chaeroneus *Sab* *lacunam signaui* plutharcus *P* et Dicaearchus *Nourryus* aut Dicaearchus *Zinkius* 12 oaetaeis *P* 13 comitialium *Sab, r:* comitalium *P* iam *Meursius* 16 numquit *P corr: sic infra semper* ampitritas *P corr r* 17 Hippothoas *Gel:* hippocoas *P* Amymonas *Gel:* ampymonas *P* Amimonas *Sab* Alopas Menalippas *Urs* Alcyonas *Sab:* alceonas *P* Alopas *Salm* 18 castimonia ac uirginitate *uel* castimonia uirginitatis *Meursius* 20 Aethusas *Urs:* ethysas *P* Chrysas *Sab* Zeuxippas *Urs:* zeusippas *P* 24 induise *P* 25 pectoris *P corr* 26 infamatus *Graeuius*

et petulantis amoris flammam seruilibus obumbrauisse fallaciis?
numquid a nobis aliquando conscriptus est, libidinosa ut per-
ficeret furta, modo esse in aurum uersus, modo in satyrum
ludicrum, in draconem, in alitem, in taurum, et quod omnia
genera contumeliarum transiliat, in formiculam paruulam, ut
Cletoris uidelicet filiam Myrmidonis ederet apud Thessalos
matrem? quis illum in Alcmena nouem noctibus fecit perui-
gilasse continuis? non uos? quis in amoribus desidem derelicta
caeli statione iacuisse? non uos? et sane adiungitis beneficia
non parua, siquidem uobis deus Hercules natus est, qui in
rebus huiusmodi patris sui transiret exuperaretque uirtutes. ille
noctibus uix nouem unam potuit prolem extundere concinnare
conpingere, at Hercules sanctus deus natas quinquaginta de
Thestio nocte una perdocuit | et nomen uirginitatis exponere f. 92
et genetricum pondera sustinere. quid quod non contenti femi-
nei generis adtribuisse diis curas etiam sexus adiungitis ada-
matos ab his mares? Hylam nescio quis diligit, Hyacintho est
alius occupatus, ille Pelopis desideriis flagrat, hic in Chrysippum
suspirat ardentius, Catamitus rapitur delicium futurus et pocu-
lorum custos, et ut Iouis dicatur pullus, in partibus Fabius
aduritur mollibus obsignaturque posticis. sed soli amant apud 27
uos mares et femineo sexui sua conseruata est sanctitas? nonne
uestris cautum est litteris, adamatum esse ab Aurora Tithonum,
arsisse in Endymionem Lunam, Nereidem in Aeacum, in Achillis
genitorem Thetim, Proserpinam in Adonem, matrem eius Ce-
rerem in Iasionem nescio quem rusticanum et post Vulcanum
Phaethontem Martem in Anchisae nuptias ipsam illam Ve-

5 l. c. 2, 39 7 l. c. 2, 33

3 satirum *P* 4 in taurum *Gel*: taurum *P* 6 Cletoris *scripsi*: clitoris *P* Myrmidonis ederet *Sab in err*: mirdoni sedere *P* tessalos *P* 7 Alcmena *Sab*: alcemena *P* 11 exuperaretqui *P corr* 13 herculis *P* gnatas *P corr* 14 Testhio *sic Sab in err*: thesio *P* 17 maris *Urs* Hyacintho *Sab*: hyacincto *P* 18 flagrat *Sab*: flaglat *P* Chrysippum *Gel*: crysippum *P* 19 camitus *P corr* delicium *Salm*: deliciarum *P* deliciolum *Hildebrandius* 23 Tithonum *Sab, r*: tithronum *P* *in mg* ·R· 24 Endymionem *Sab, r*: enendymionem *P* eacum *P* 26 Iasionem *Sab*: iasonem *P* 27 faetontem *P* ancisae *P corr*

nerem Aeneadum matrem et Romanae dominationis auctorem?
cum talia igitur uos probra et flagitiosa prodigia non in unum
aliquem nominatim sed in omnem pariter superorum gentem
quam esse uos remini sine ullius exceptione iaciatis, audetis
salua uerecundia dicere, aut esse nos impios aut uos pios, cum
multo maiores ferant a uobis offensas ex omnibus probris quae
in illorum maledicta conducitis quam amplitudines et honores
ex ritu atque officio cultionis? aut enim falsa illa sunt cuncta
quae sunt prompta de singulis existimationem illorum ma-
iestatemque laedentia, et res digna omnino est, propter quam
f. 92b dii funditus | genus omne debeant abolere mortalium, aut si
explorata et uera sunt et sine ullis dubitationibus conprehensa,
ad eam perducitur res summam, ut inuitissimis uobis non ge-
28 neris superi sed humani eos fuisse credamus. ubi enim nup-
tiae matrimonia puerperia nutrices artificia debilitates, ubi
status capitis et condicio seruitutis, ubi uulnera caedes cruor,
ubi amores desideria uoluptates, ubi omnis animorum adfectio
ab inquietis perturbationibus ueniens, necesse est diuinum nihil
istic esse, nec quod proprium caduci est generis et terrenae
fragilitatis praestantiori posse adhaerere naturae. quis est enim
qui credat, si modo agnoscit ac percipit, uis istius potentiae
quae sit, aut genitabiles habuisse partes deum et abscisione
foedissima priuatum his esse, aut ex se proditas aliquando
intercepisse proles et uinculorum coercitum poenis, aut cum
patre quodammodo conseruisse bella ciuilia et eum iure abs-
tinuisse regali, aut exterritum minoris metu uertisse exupera-
tum terga et tamquam fugitiuum et exulem in summotis de-
lituisse secretis? quis est, inquam, qui credat ad humanas
adcubuisse deum mensas, interemptum auaritiae causa, fefellisse
supplices ambiguitate responsi, praecellere in furtorum dolis,

5 nos *Sab:* uos *P* 7 amplitudines *Hildebrandius:* amplitudinis *P* honores *Hildebrandius:* honoris *P* 13 inuitissimis *Sab:* inui^{c}tissimis *P* 20 praes*tantiori *P* 21 perpit *P corr* 22 genitales *Sab* abscissione *Sab* 24 intecepisse *P* 25 et] aut *Sab* eum *Gel:* cum *P* 26 reguli *Sab* 30 dolis *r, Urs:* dotis *P* donis *Sab*

adulterasse seruisse uulneratum esse et adamasse et per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam? atquin omnia uos ista et fuisse et inesse in diis adseueratis uestris. neque ullam praetermittitis speciem uitiositatis maleficii lapsus quam non in conuicium | numinum f. 93
opinionum petulantia conferatis. aut igitur uobis quaerendi sunt dii alii in quos omnia ista non cadant — in quos enim haec cadunt, humani sunt generis atque terreni — aut si hi sunt tantummodo quorum nomina publicastis et mores, opinionibus tollitis uestris. mortalia sunt enim quaecumque narratis. et possumus quidem hoc in loco omnis istos, nobis quos in- 29
ducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstrare uel Agragantino Euhemero replicato, cuius libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit, uel Nicagora Cyprio uel Pellaeo Leonte uel Cyrenensi Theodoro uel Hippone ac Diagora Meliis uel auctoribus aliis mille, qui scrupulosae diligentiae cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt. possumus, inquam, si placet, et Iouis res gestas et Mineruae expromere bella, uirginis et Dianae, quibus dolis Liber Indorum affectauerit regimen, cuius fuerit condicionis Venus, cuius operae, cuius quaestus, matrimonium Magna cuius tenuerit Mater, quidnam spei, quid uoluptatis specioso ab Attide conceperit, unde Serapis Aegyptius, unde Isis, uel ex quibus causis appellatio ipsa concinnata sit nominum. sed non 30
istam suscepimus in eo sermone quem facimus uel operulam uel uoluntatem, ut ostendamus et publicemus, quinam fuerint hi omnes. illud nobis propositum est, quoniam nos impios et inreligiosos uocatis, uos pios contra et deorum contenditis esse cultores, demonstrare atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosius eos tractari quam a uobis. | quod f. 93b
si habere se ita ex ipsis maledictionibus promptum est, sequitur

13 l. c. 2, 21

3 ita *P corr* 5 conuitium *P* 6 comferatis *P* 8 hii *P* 14 Nicanore *Meursius* 15 pelleo *P* ippone *P* 16 scripulosae *P* 19 bella uirginis *Meursius* uirginis *P* diane *P* 20 regimen *Hildebrandius:* rege *P* regnum *Sab* 23 Atyde *Sab* 27 est *Meursius:* est ut *P* 28 pios *add Gelenius post* contra, *Hildebrandius post* uos 30 ignominiosus *P corr*

ut intellegi debeat uos superis stimulos indignationum furialium commouere, qui tam foedas de illis uel auditis uel creditis uel ignominiosas ipsi compingitis fabulas. non enim qui sollicite relegit et inmaculatas hostias caedit, qui aceruos turis dat concremandos igni, numina consentiendus est colere aut officia solus religionis inplere. cultus uerus in pectore est atque opinatio de dis digna, nec quicquam prodest inlatio sanguinis et cruoris, si credas de his ea quae non modo sint longe ab eorum dissita distantiaque natura, uerum etiam labis et turpi-
31 tudinis aliquid et maiestati eorum concilient et decori. interrogare enim uos libet et ad sermonis exigui responsionem uocare, utrumne grauius existimetis nullas caedere his hostias, quia putes naturam tantam neque uelle neque appetere istas, an talia de his probra opinionum foeditate concipere quae cuiusuis animum in ultionis possint rabiem concitare? si rerum momenta pendantur, nullum reperias tam † inuidum iudicem, qui non criminosius aestimet maledictis insignibus cuiuspiam famam carpi quam a quoquam silentio praeteriri. hoc enim forsitan rationis existimari possit et credi, illud sacrilegae mentis est et desperatae in fictionibus caecitatis. si in caerimoniis uestris rebusque diuinis postilionibus locus est et piaculi dicitur
f. 94 contracta esse | commissio, si per imprudentiae lapsum aut in uerbo quispiam aut simpuuio deerrarit, aut si rursus in sollemnibus ludis curriculisque diuinis commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius constiterit aut tibicen

20 sqq. Cic. de har. resp. 23

1 furalium *P corr* 3 uel] et *Sab* 4 sollicitae *P corr* cedit *P* 5 censendus *Gel* 7 dis *in* diis *corr P* quicquam *Sab:* quiquam *P* 8 credis *Sab* 9 dissita distantiaque *r, Salm:* diis sit adstantiaquae *P* diuina praestantique *Sab* ed *P corr r* 10 et maiestati | *ab his uerbis folium 93*[b] *in rasura scripturam exhibet similem manui c*[¹]*: eadem manus folium 94. 94*[b] *quaternioni postea insertum exarauit. ultimi uersus folii 94*[b] *ut spatium expleretur diductis litteris scripti sunt* concilient *Gel:* conciliet *P* decoro *r* 14 proba *P corr* 16 iniquum *Liuineius* insipidum *?* 17 existimet *Sab* 20 si *om Gel* 21 postulationibus *Sab* piaculi *Urs:* piaculis *P* piacularis *Stewechius* 23 sinympuuio *P* sympinio *Sab* rursus] cursu *Gel* 25 ludius *Sab:* lydius *P* constiterit *Hildebrandius:* constitit *P*

repente conticuerit aut si patrimus et matrimus ille qui uocitatur puer omiserit per ignorantiam lorum aut terram tenere non potuerit: audetis abnuere in delictis tam grauibus uiolari semper a uobis deos, cum in leuioribus causis irasci eos ipsi cum pernicie saepius confiteamini ciuitatis? sed poetarum, in- 32
quiunt, figmenta sunt haec omnia et ad uoluptatem compositae lusiones. non est quidem credibile homines minime brutos et uetustatis remotissimae uestigatores aut non eas inseruisse suis carminibus fabulas quae in notionibus hominum superessent atque in auribus collocatae aut ipsos sibi tantum licentiosi uoluisse iuris adsciscere, ut confingerent per stultitiam res eas quae nec ab insania procul essent remotae et quae illis ab dis metum et periculum possent ab hominibus comparare. sed concedamus, ut dicitis, deformitatum tantarum concinnatores esse atque inuentores poetas: immunes tamen ab deorum maletractatione nec sic estis, qui aut talia cessatis maleficia uindicare aut non legibus latis et seueritate | poenarum tantae f. 94b
istis obuiam temeritati, constitutumque a uobis est, ne quis posthac hominum id quod esset turpitudini proximum aut deorum indignum maiestatibus loqueretur. quisquis enim patitur peccare peccantem, is uires sumministrat audaciae, et maioris contumeliae res est falsis quemquam notare atque insignire criminibus quam uera ingerere atque obiectare delicta. quod enim sis dici et quod esse te sentias, morsum habet minorem, testimonio tacitae recognitionis infractum: illud uero acerbissime uulnerat quod inurit innoxios et quod decus nominis atque existimationis infamat. scribuntur dii uestri in tricliniis cae- 33
lestibus atque in chalcidicis aureis cenitare, potare et ad ulti-

1 conticuerit *Hildebrandius*: conticuit *P* et matrimus *add Urs* 2 aut tensam aut terram *Meursius cf. Cic. l. c.* 3 potuerit *Hildebrandius*: potuit *P* et audetis *Gel* 4 a *Sab, r*: an *P* 6 uoluptatem *Gel, r*: uoluntatem *P* 7 minime *Urs*: minus *P* 12 a *Sab* 13 dis *in* diis *corr P* 15 a *Sab* mala tractatione *r* 16 aut *om Sab* 17 seueritate *Sab*: seueritatem *P* tantae *Sab*: ante *P* 18 temeritati *Sab*: temeritatis *P* non constitutum quia ? 20 deorum *Urs*: eorum *P* 22 *in mg* P 25 infractum *Sab*: infractu *P* 26 nominis *Sab*: non minus *P* 27 scribuntur *Gel*: adscribuntur *P* 28 chalchidicis *P*

mum fidibus et uocum modulatione mulceri. uos aures patientissimas commodatis nec iudicatis indignum uoluptates attribui diis eas quibus corpora terrena fulciuntur et quas aures expetunt eneruati pectoris dissolutione mollitae. inducuntur ex his alii amatores, adulteri castitatis nec cum feminis tantum sed cum uiris etiam propudiosos flagitiososque miscere
f. 95 concubitus. uobis nulla est cura, |* quid super rebus dicatur tantis, neque ullo saltem castigationis metu luxuriantium litterarum coercetis audaciam. per insanias, per furores orbare alii se et tamquam hostili de sanguine ita se proprio parricidio cruentare: sacrilegia uos illa miramini elata sublimiter, et quod poenis omnibus conueniebat plecti, ut animosius consurgat audacia, incentiuo extollitis laudis. illi uulnera orbitatis ingemere et cum heiulatibus indecoris fata incusare crudelia: uos stupetis eloquentiae uiribus, et quod penitus oportebat ex humani generis † coalitu tolli, percensetis, ediscitis ac ne ulla intercidat obliuione curatis. uulnerari, uexari, bella inter se gerere furialium memorantur ardore discriminum: uobis illa est descriptio uoluptati, atque ut scriptorum tantam defendatis audaciam, allegorias res illas et naturalis scientiae mentimini
34 esse doctrinas. sed quid ego neclectas aliorum conqueror contumelias numinum? ipse ille Iuppiter, cuius uos nomen effari non sine metu decuit et totius corporis concussione, amasio captus ab uxore describitur confiteri culpas suas, et uelut demens ac nescius, quas amiculas coniugi, quas uxori anteposuerit pelices, obduratus inuerecundia publicare: uos talia qui extulere prodigia poetarum esse principes atque reges diuinis ingeniis praeditos, capita esse memoratis sanctissima, tantumque ab officio religionum quas induxistis euolastis, ut grauioris

4 inducuntur *Sab:* induuntur *P* 5 amores *P corr c* 10 alii se *Sab:* aliis est *P* alios est *r* tamquam *Sab, r:* iamquam *P* parrigidio *P corr c'* 13 incentiua *Sab* laudis *Elmenhorstius:* laudes *P* laude *Sab* illa *Sab* 14 heiulatibus *Sab, r:* h*eiulantibus *P* facta *Sab* 16 coetu *Urs* ediscitis *om Sab* 22 ippiter *P corr* suos *P corr* nomen *Urs:* numen *P* 24 uelut *Gel:* uel *P* 28 praeditos *Gel:* proditos *P* 29 induxistis *scripsi:* inducitis *P*

ponderis | sint apud uos uerba quibus caelitum uiolatur sublimitas. f. 95b ita ergo non decuit, si modo ullus deorum esset apud uos metus aut si esse illos uspiam praesumptionis certissimae confidentia crederetis, rogationibus, plebis scitis, consultorum senatus metu intercedere prohibere sancire, ne quis uellet de dis passim nisi quod esset plenum religionis effari? nec a uobis saltem istum meruerunt honorem, ut quibus expellitis a uobis eisdem ab his legibus propulsaretis iniurias? maiestatis sunt apud uos rei, qui de uestris sequius obmurmurauerint aliquid regibus. magistratum in ordinem redigere, senatorem aut conuicio prosequi seueris esse decrestis periculosissimum poenis. carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur et uita, decemuiralibus scitis euadere noluistis inpune, ac ne uestras aures conuicio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituistis iniuriis. soli sunt apud uos superi inhonorati contemptibiles uiles, in quos ius est a uobis datum quae quisque uoluerit dicere, turpitudinum iacere quas libido confinxerit atque excogitauerit formas. et incuriam nobis intendere tam infamium non erubescitis numinum. cum sit rectius multo deos esse non credere quam esse illos tales talique existimatione sentire? sed poetis tantummodo licere uoluistis 35 indignas de dis fabulas et flagitiosa ludibria comminisci? quid pantomimi uestri, quid histriones, quid illa mimorum atque exoleti generis multitudo? nonne ad usum | quaestus sui f. 96 abutuntur dis uestris et lenocinia uoluptatum ex iniuriis adtrahunt contumeliisque diuinis? sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium magistratuumque collegia, pontifices maximi

1 quibus] quam *Gel* uiolatur *Meursius tamquam e codice*: uiolatu *P* 3 certae *Sab* 4 plebiscitis *Sab* 6 dis *in* diis *corr P* nec ac *Sab* 7 mererent *Sab* 8 iniurias] *interrogationis signum posui* 9 secus *Sab* 10 magistratum *Sab*: magistratū *P* conuitio *P* 11 seueris *scripsi*: suis *P* 13 de uiralibus *sic Sab* 14 conuitio *P* 15 soli *Sab*: soliti *P* soli dii *Salm* 16 quos ius] quosuis *Sab* 18 continxerit *Urs*: confixerit *P* 22 dis *in* diis *corr P* comminisci *Sab*: commisci *P* 25 abutitur *Sab in err* dis *in* diis *corr P* attrahunt *Urs*: adtrahit *P* 26 contumeliisque *P corr* sedent *Salm*: sedet *P* sedent et *Sab* 27 magistratuumque *Sab*

et maximi curiones, sedent quindecimuiri laureati et diales cum apicibus flamines, sedent interpretes augures diuinae mentis et uoluntatis, nec non et castae uirgines, perpetui nutrices et conseruatrices ignis, sedet cunctus populus et senatus, consulatibus functi patres, diis proximi atque augustissimi reges: et quod nefarium esset auditu, gentis illa genetrix Martiae, regnatoris et populi procreatrix amans saltatur Venus et per adfectus omnes meretriciae uilitatis inpudica exprimitur imitatione bacchari. saltatur et Magna sacris compta cum infulis Mater et contra decus aetatis illa Pessinuntia Dindymene in bubulci unius amplexum flagitiosa fingitur adpetitione gestire, nec non et illa proles Iouis Sophoclis in Trachiniis Hercules pestiferi tegminis circumretitus indagine miserabiles edere inducitur heiulatus, uiolentia doloris frangi atque in ultimam tabem diffluentium uiscerum maceratione consumi. quin et ille in fabulis maximus ipse regnator poli sine ulla nominis maiestatisque formidine adulterorum agere introducitur partes, atque [formidine] ut fallere castitatem alienarum possit familias
f. 96b matrum, ora immutare pellacia et in species coniugum | subdi-
36 tiui corporis simulatione succedere. nec satis haec culpa est. etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum, et ut spectatoribus uacuis risus possit atque hilaritas excitari, iocularibus feriuntur cauillationibus numina: conclamant et adsurgunt theatra, caueae omnes concrepant fragoribus atque plausu, et quod nullis possit satisfactionibus expiari, exoletis atque inrisoribus numinum dona instituuntur et munera, ab officiis otium publicis, immunitas et uacatio cum coronis. et audetis post ista mirari unde oriantur haec

1 quindecemuiri *P* 2 interpraetes *P* augures interpretes *Sab* 4 sed et *Sab* 6 esset] est et *Vahlenus* 8 inpudicia *P corr* 9 magnas *P corr* 10 Dindymene *Canterus:* dyndimene *P* 11 amplexum *Oudendorpius:* amplexu *P* 12 Sophoclis *Salm:* sofocles *P* a Sophocle *Sab* Trachiniis *Gel:* trachinis *P* Hercules *Sab:* herculis *P* 13 circumretitus *Ianus Guilielmus:* circumpetitus *P* 16 numinis *Urs* 17 introducitur *Sab:* introducatur *P* 18 formidine *om Sab* 19 pellacia *Meursius tamquam e codice:* ellacia *P* fallacia *Sab* subdititii *Sab* subditu *r* 23 cabillationibus *P corr c'* 24 theat*ra *P* 25 plausis *sic Sab*

mala quibus inundatur et premitur sine ulla intermissione mortalitas, cum omnis † res eas quibus sunt inuoluta probra numinum et maledictionis elogia et cotidie referatis et ediscatis cotidie, et si quando animum desidem otiosis uultis alucinationibus occupari, dies nobis poscatis dari et sine ullis intermissionibus exhiberi. quod si haberet uos aliqua uestris pro religionibus indignatio, has potius litteras uos exurere debuistis olim, libros istos demoliri, dissoluere theatra haec potius, in quibus infamiae numinum propudiosis cotidie publicantur in fabulis. nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui, in quibus summus oratur deus, pax cunctis et uenia postulatur magistratibus exercitibus regibus familiaribus inimicis, adhuc uitam degentibus et resolutis corporum uinctione, in quibus aliud auditur nihil · nisi quod humanos faciat, nisi quod mites f. 97
uerecundos pudicos castos, familiaris communicatores rei et cum omnibus uobis solidae germanitatis necessitudine copulatos. uerum ita se res habet, ut quoniam plurimum gladiis et po- 37
testate ualetis ferri, anteire uos etiam ueritatis scientia iudicetis, et esse † pro diis pios, quorum potentias primi opinionum obscenitate foedastis. hoc in loco, si ferocitas uestra permittit et rabies patitur illud, nobis ut respondeatis oramus, utrumne iras cadere in naturam existimetis deorum an ab adfectibus his longe diuinam esse beatitudinem disiugatam? nam si concipiunt has faces et motibus exasperantur irarum, sicut uestrae opinationes ferunt — nam saepe illos dicitis et propter ludos minus sollicite factos et propter praesules non probatos et propter quaedam spatiola defanata et propter caerimonias non rite perfectas tremoribus infremuisse terrarum et

2 omnis *P* litteras ? 4 alucinatinationibus *P* 7 uos *Rigaltius:* hos *P* 8 istos *om Salm* theatra *Sab:* thetra *P* 11 meruerint *Sab* 12 oratur *Gel:* orator *P* 16 familiaris *Guilielmus:* familiares *P* 17 uobis *scripsi:* quos *P* quod *Vahlenus* solidae *scripsi:* solidet *P* quos solidet] consolidae *Salm* germanitas *Stewechius* copulatio *Sab* 19 scientia *m al* 20 pios] ipsos *Meursius* opinio *P corr c* 26 arte *P* 27 factos *Sab. r:* facio *P*

contagione pestilentiae conrupisse auras zephyrorum luctuosa cum populi uastitate — sequitur ut intellegi debeat iracundias non paruas ex opinionibus eos continere praedictis. quod si datur, datur et illud necessario consequens, miserias has omnis quibus olim genus accumulatur humanum ab huiusmodi fluere fictionibus: quodsi ab his causis indignatio proficiscitur numinum, miseriarum tantarum uos estis auctores, qui animos caelitum non cessatis offendere et ultionis in rabiem concitare. sin au- f. 97b tem | ab huiusmodi furiis deorum est genus immune neque quid sit irasci dii omnino nouerunt, et nobis ergo irasci sine ulla ratione dicuntur, qui ira quid sit ignorant et ab eius † comptu et permixtione sunt absoluti. [neque enim fieri per rerum naturam potest, ut quod unum est fiat duo et in diuersas res eat unitas ingenita simplicitate diuisa.]

1 pestilentio *P corr* corrupisse *Canterus, Urs:* conruisse *P* zephyrorum *scripsi:* temporum *P* uentorum *Meursius* teporum *ante conieceram* cluctuosa *P corr* 2 debeat *Sab:* debeant *P* 3 datur *addidi* 4 et] est *Hildebrandius* omnes *c* 9 furiis] nefariis *Sab* 10 *nouerunt *P* 11 *uerba* et ab eius . . . diuisa *seclusit Salm* 12 cõmptu *r* contenta *Sab* contactu *Urs* conceptu *Huetius* commotu *Oehlerus* *uerba* neque enim . . . diuisa *Orellius post uerba* proprietas quiret *p. 151, 10 transposuit* 14 ARNOUII ORATORIS LIB. IIII. EXP. INCP LIB. U.

LIBER QVINTVS

Esto: ab ludentibus poetis cuncta illa sint prodita et . immortalibus diis probra. quid? illa, quae historiae continent graues seriae curiosae quaeque in arcanis mysteriis traditis, poetarum sunt excogitata lasciuia? quae si uobis uiderentur ineptiarum talium fabulae, neque in usu retineretis quaedam † suo neque per cursus annuos laetitias exerceretis ut festas neque ut rerum simulacra gestarum sacrorum conseruaretis in ritibus. ex quibus tam multis unum interim ponam moderaminis temperamentum secutus, in quo stolidus et inprudens ipse ille inducitur Iuppiter, uerborum ambiguitatibus lusus. in secundo Antiatis libro — ne quis forte nos aestimet concinnare per calumnias crimina — talis perscripta est fabula: Numam illum regem, cum procurandi fulminis scientiam non haberet essetque illi cupido noscendi, Egeriae monitu castos duodecim iuuenes apud aquam celasse cum uinculis, ut cum Faunus et Martius Picus ad id locorum uenissent haustum — nam illis aquandi | sollemne iter huc fuit — inuaderent constringe- f. 98 rent conligarent. sed quo res fieri expeditius posset, regem pocula non parui numeri uino mulsoque complesse circaque

2 poetis *Sab:* poeticis *P* et] de *Gel* *lacunam signaui* 3 prora *P corr c* 4 misteriis *P* 5 uiderentur *Sab:* uidentur *P* 6 quaedam suo] quotidiano *Urs* 7 sacro ? aut *c* 12 existimet *Sab* 13 perscripta *Sab:* proscripta *P* 15 Egeriae *Sab:* egregie *P* 16 *celasse *P* cum *Sab:* eum *P* cum uinculis in Auentino ? 17 mar*tius* *P* it *P corr* uenissent *Sab, r:* uenisset *P* 18 *a*quand*i* *P* solenne iter huc *Sab:* sollemniter haec *P* 19 coligarent *P corr r* 20 parua *Urs* mero uino *Urs*

accessus fontis insidiosa uenturis opposuisse fallacia. illos more de solito bibendi adpetitione correptos ad hospitia nota uenisse. sed cum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula, uetustioribus anteposuisse res nouas, inuasisse auiditer, dulcedine potionis captos hausisse plus nimio, obdormiuisse factos graues; tum bis senos incubuisse sopitis, iniecisse madidatis uincla, expergitosque illos statim perdocuisse regem, quibus ad terras modis Iuppiter posset et sacrificiis elici, et accepta regem scientia rem in Auentino fecisse diuinam, elexisse ad terras Iouem ab eoque quaesisse fulguritum procurationis morem. Iouem diu cunctatum ‘expiabis’ dixe ‘capite fulgurita’; regem respondisse ‘caepicio’; Iouem rursus ‘humano’: rettulisse regem ‘sed capillo’; deum contra ‘animali’; ‘maena’ subiecisse Pompilium. tunc ambiguis Iouem propositionibus captum extulisse hanc uocem ‘decepisti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari constitueram fulgurita, non maena capillo caepicio: quoniam me tamen tua circumuenit astutia, quem uoluisti habeto morem et his rebus quas pactus es pro-
2 curationem semper suscipies fulguritorum’. quid primum, quid
f. 98^b ultimum uel exsequatur animus | uel conticiscat, nec facile dictu est neque ullis considerationibus expeditum. ita enim sunt omnia et excogitata et comparata derisui, ut sit uobis conitendum, falsa ut credantur haec esse, etiam si sint uera, quam optinere uelle pro ueris et uelut quiddam mirabile non sine ipsius numinis insinuare contemptu. quid enim dicitis o isti? credimusne illum Faunum et Martium Picum, si ex numero sunt deorum et ex illa perpetua immortalique natura, sitis aliquando ariditate siccatos atque, ut aestum possent inrigare uenarum, fluenta isse † per fontium? credimusne captos

1 insidiosa u. o. fallacia *scripsi:* insidiosam u. o. fallaciam *P* 3 fragrantia *Sab:* flagrantia *P* 5 dulcedine *Sab:* dulcedinem *P* haussisse *P corr* 8 ippiter *P corr* et *om Sab* 10 fulguritum *scripsi:* ritum *P* 11 morem *om Sab* et morem *Salm* dixisse *c'*, *Sab* 13 animali *Sab:* animalia *P* anima *Gel* maena *add Heraldus post* Pompilium *Hildebrandius post* anima 14 Pompilium, piscis *Gel* 16 non maena *scripsi:* numa *P* non *Gel* tu maena *Hildebrandius* 21 dictu *Sab:* dictum *P* 23 sint *Urs:* sunt *P* 26 credemusne *Meursius: sic etiam postea* 29 adisse propere *?*

mero et dulcedine inlectos mulsi tamdiu se poculis ingurgitauisse fallacibus, ut usque ad ebrietatis periculum ueniretur? credimusne uictos somno atque altissimi soporis obliuione demersos uinciendi copiam sui animalibus praebuisse terrenis? quibus deinde partibus uinculorum illae iniectae sunt nexiones? soliditatis habebant quicquam aut ex duris ossibus informatae fuerant eorum manus, quae constringi laqueis et nodorum possent inligationibus coerceri? non enim requiro, non exigo, an aliquid potuerint fari ebrietatis alienatione nutantes, an Ioue inuito uel potius nescio protrahendi ad terras eius ritum quisquam potuerit publicare: illud solum audire desidero, cur, si Faunus et Picus sunt diuini generis et potestatis, non ipsi potius edidere quaerenti id quod ab ipso Ioue periculosius Numa cupiebat audire? an numquid Iuppiter solus huius f. 99
rei scientiam nouerat? ab ipso enim decidunt fulmina ** ut imminentia procurare alicuius debeat scientiae disciplina? an cum ipse iaculetur hos ignes, aliorum sit operis scire, quibus modis conueniat iras eius atque animos temperare? etenim reuera stultissimum credere est, ipsum remedia sciscere, quibus auerti possint ea quae per fulminis iactum in humanis fieri constituerit rebus. hoc est enim dicere: illo ritus genere meas iras placabitis, et si quando per fulgura significauero aliquid imminere, facite hoc et illud, ut quod fieri statui inane fiat et uacuum et sacrorum ui uanescat. sed concedamus, ut dicitur, 3
ipsum aduersum se Iouem remedia scisse atque artes quibus iri obuiam suis significationibus conueniret: etiamne credemus deum numinis tanti tractum esse ad terras et in uerrucula collis unius cum homunculo stantem altercabilem conseruisse sermonem? et quaenam illa, quaeso, diuina res fuit, quae ab impetu rerum tanto Iouem compulit auocari et mortalium sese denuntiationibus sistere? mola salsa, tus, sanguis, uerbenarum

2 ebrietatis *P* 3 uictos *Urs*: uinctos *P* 14 numquit *P corr r*
15 ab ipso *Sab*: ad ipsum *P* *lacunam signaui* 15 *sq.* (ab ipso enim decidunt) fulmina ut i. procurari a. debeant *Meursius* 19 sciscere *Heraldus*: scire *P* 20 ea *om Sab* 21 meas] minas *Sab*
22 iras *r*, *Meursius*: has *P* 23 at *add Sab* 24 sacrorum ui *Calcaneus*: sacrorum *P* sacrum *Sab* 27 uerrucula *Sab*: uerricula *P* 31 sagmina (*pro* sanguis) uerbenarum, suffitio *Scaliger*

suffitio et nominum terribilium fremores? et potentiora quam Iuppiter fuerunt haec omnia, ut eum compellerent inuitum parere praeceptis aut uoluntarium sese circumuentionibus tradere? quid? quod sequitur fidem suam habet, tam improuidum fuisse Saturnium, ut aut ea proponeret quorum ambagibus ipse
f. 99b caperetur aut nesciret futurum, | quibus lusura se modis astutia esset calliditasque mortalis? expiabis, inquit, capite fulgurita. inperfecta adhuc uox est neque plena proloquii circumscriptaque sententia. scire enim necessario conuenit, utrumne capite ueruicino an suillo, an bubulo, an quolibet alio expiationem istam sciscat Diespiter perpetrari: quod cum nondum specialiter statuisset, essetque adhuc pendens et nondum sententia terminata, qui potuit Numa scire hominis Iouem dicturum caput, ut anteuerteret, anteiret et in caput caepicii
4 ambiguitatis illius incerta traduceret? nisi forte dicetis regem fuisse diuinum: numquid ipso poterat esse Ioue diuinior? nisi homo praesumeret, quid dicturus esset Iuppiter, eum non circumscripsit: deus scire non poterat, quibus modis pararet circumscribere se homo? ita non in promptu est et apparet puerilium esse ingeniola fictionum, quibus cum adquiritur cordis Numae uiuacitas, inprudentia maxima inportatur Ioui? quid enim tam inprudens, quam confiteri te captum argutia cordis humani, et cum deceptum te doleas, in uictoris concedere uoluntatem et medicinam quam obtuleras ponere? nam si fuit ratio et quaedam conuenientia naturalis, cur humano capite

1 sufficio *P corr r* 2 compellere *P corr* 3 traderet *Sab* 4 suam habet *scripsi:* sumet aut *P* sumet *Gel* 7 caliditasque *P* 8 proloqui *P corr c'* 10 uerbicino *P corr* an bubulo *om Sab* 12 specialiter *Sab:* spectaliter *P* 14 ut *add Sab* cepicii *P* 15 anbiguitatis (b *ex* u) *P* 16 nunquid (d *ex* t) *P* 17 praesumens *Gel* cum praesumeret *Vahlenus* quod *r* eum non *addidi* non circumscripsisset *Hildebrandius* 18 et deus *Hildebrandius* 19 homo] *interrogationis signum posui cum Zinkio* homo praesumens, quod dicturus esset Iuppiter, circumscripsit deum: deus scire non poterat, quibus modis pararet circumscribere se homo? *Zinkius* 20 arguitur *Rigaltius* 21 impudentia *Sab* imputatur *Stewechius* Iouis *Sab* 23 uoluntatem *Sab:* uoluptatem *P* 24 occuleras *Meursius*

procuratio debuerit suscipi fulguriti, non uideo cur ab rege
relatio sit facta caepicii: sin autem poterat et caepicio trans-
igi, libidinose hominis inhiatum est cruori. atque ita in con-
trarium pars utraque traducitur, ut nec Numa monstretur
uoluisse scire quod uoluit et crudelis Iuppiter | fuisse do- f. 100
ceatur, qui quod maena potuit et caepicio suscipi uoluisse
se dixerit humanis capitibus expiari. apud Timotheum, non igno- 5
bilem theologorum unum, nec non apud alios aeque doctos
super Magna deorum Matre superque sacris eius origo haec
sita est, ex reconditis antiquitatum libris et ex intimis eruta,
quemadmodum ipse scribit insinuatque, mysteriis. in Phrygiae
finibus inauditae per omnia uastitatis petra, inquit, est quae-
dam, cui nomen est Agdus, regionis eius ab indigenis sic
uocata. ex ea lapides sumptos, sicut Themis mandauerat prae-
cinens, in orbem mortalibus uacuum Deucalion iactauit et
Pyrra, ex quibus cum ceteris et haec Magna quae dicitur
informata est Mater atque animata diuinitus. hanc in uertice
ipso petrae datam quieti et somno nequam incestis Iuppiter
cupiditatibus adpetiuit, sed cum obluctatus diu id quod sibi
promiserat optinere nequisset, uoluptatem in lapidem fudit
uictus. hinc petra concepit, et mugitibus editis multis prius
mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus Ag-
destis. huic robur inuictum et ferocitas animi fuerat intrac-
tabilis, insana et furialis libido et ex utroque sexu; ui rapta
diuastare, disperdere, immanitas quo animi duxerat; non deos
curare, non homines nec praeter se quicquam potentius credere
terras, caelum et sidera continere. cuius cum audacia qui- 6
busnam modis posset uel debilitari uel conprimi saepenumero
esset deorum in deliberatione quaesitum, haesitantibus | ceteris f. 100b

2 caepiciis *P corr* 4 Numa *Hildebrandius*: numam *P* 6 maena *Zinkius*: Numa *P* a Numa *Salm* potuit et] potuisse *Sab* caepitio *Sab*: cepio *P* suscipi *P* 7 se *add Zinkius* 8 unum *Urs*: uirum *P* 10 est *P* 11 frygiae *P* 12 inquid *P corr* 14 uocata *Meursius*: uocatae *P* 18 nequam *C. Barthius*: quam *P* 21 hinc *Urs*: hanc *P* 22 Acdestis *P* 24 ui ex *Stewechius* utroque *Gel*: utraque *P* sexus *Sab* 25 deuastare *Urs* ire immanitas *Salm* 26 prae *Urs* credere: terras *uulgo* 27 contemnere *Sab. uulgo* quibusnam *Sab*: quibusiam *P*

huius muneris curam Liber in se suscipit. familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat suetus et sitiendi lenire flagrantiam ludo et uenationibus excitatam, ualidissima succendit ui meri. necessitatis in tempore haustum accurrit Agdestis, immoderatius potionem hiantibus uenis rapit: fit ut insolita re uictus soporem in altissimum deprimatur. adest ad insidias Liber, ex setis scientissime conplicatis imum plantae inicit laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat. exhalata ille ui meri corripit se impetu et adducente nexus planta suis ipse se uiribus eo quo uir erat priuat sexu. cum discidio partium sanguis fluit inmensus, rapiuntur et combibuntur haec terra, malum repente cum pomis ex his punicum nascitur. cuius Nana speciem contemplata regis Sangari uel fluminis filia carpit mirans atque in sinu reponit: fit ex eo praegnas. tamquam uitiatam claudit pater et curat ut inedia moriatur: pomis atque aliis pabulis deum sustentatur a matre. enititur paruulum. sed exponi Sangarius praecipit: repertum nescio quis sumit † formas, lacte alit hirquino et quoniam Lydia scitulos sic uocat, uel quia hirquos Phryges suis attagos elocutionibus nuncupant, inde Attis nomen ut sortiretur effluxit. hunc unice mater deum, ore fuerat quod excellentissimo, diligebat. diligebat et Agdestis, blandus adulto comes et qua solum poterat
f. 101 minime rectis adsentationibus uinctum saltuosa ducens | per

2 ardorem *Sab:* o^{r}dorem *P* lenire *Sab:* leniet *P* flagrantiam *Sab:* fraglantiam *P* 3 ualidissimi *Urs* 4 aestatis *Urs* acdestis *P* 7 imum *Canterus:* unum *P* planctae *P corr* 8 exhalata *Urs*, *Scaliger:* exalta *P* exaltatus *Sab* 10 quo *Sab:* quod *P* uir erat *Urs, Scaliger:* fuerat *P* dissidio *Sab* 12 repente *Sab:* repentẽ te *P* *in mg* R punicum *Sab:* pinicum *P* puneum *sic r* Nana *Gel:* nata *P* nana *Sab* grana *in err* 13 Sangari uel] Sangarii *Sab* 14 praegnas *r:* praegnat *P* praegnans *Sab* 15 oriatur *P corr* 16 pabulis *Scaliger:* tabulis *P* bacculis *Sab* 17 Sangarius *Sab:* sanguinarius *P* quis *Sab:* quid *P* 18 formans *Sab in err* format *Gel* Phorbas *Salm* 19 frygis (i *in* e *corr*) *P* 20 Atys *Sab sic semper* 21 deum, ore *Sab:* de more *P* de humore c diligebat. diligebat *Meursius:* diligebat *P* 12 acdestis *P* comes *Sab:* comis *P* 23 minime *scripsi:* minus *P* amans *Gel* tectis *Gel* uinctum *Rigaltius:* uinctus *P*

nemora et ferarum multis muneribus donans, quae puer Attis primo sui esse dicebat laboris atque operis glorians: per uinum deinde confitetur et ab Agdesti se diligi et ab eo donis siluestribus honorari: unde uino, quod silentium prodidit, in eius nefas est sanctum sese inferre pollutis. tunc Pessinuntius rex 7
Midas alienare cupiens tam infami puerum coniunctione matrimonio eius suam filiam destinat, ac ne scaeuus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, fecit oppidum claudi. uerum deum mater adulescentuli fatum sciens interque homines illum tamdiu futurum saluum quamdiu esset solutus a matrimonii foedere, ne quid accideret maesti, ciuitatem ingreditur clausam muris eius capite subleuatis. quod esse turritum ratione ab hac coepit. *** Agdestis scatens ira conuulsi a se pueri et uxoris ad studium deriuati conuiuantibus cunctis furorem et insaniam suggerit: conclamant exterriti † adorandorum Phryges, mammas sibi demetit † Galli filia paelicis, rapit Attis fistulam, quam instigator ipse gestitabat insaniae, furiarum et ipse iam plenus, perbacchatus iactatus proicit se tandem et sub pini arbore genitalia sibi desecat dicens 'tibi Agdesti haec habe, propter quae motus tantos furialium discriminum concitasti'. euolat cum profluuio sanguinis uita, sed abscisa quae fuerant Magna legit et ** Mater deum, inicit his terram, ueste prius tecta erant atque inuoluta defuncti. | fluore de sanguinis uiola flos f. 101b
nascitur et redimitur ex hac arbos: inde natum et ortum est nunc etiam sacras uelarier et coronarier pinos. uirgo sponsa

1 danans *P corr* 3 ^{h}acdesti *P* h *deleuit r* 5 sanctuarium *Gel* sese *Urs:* se ee *P* polluctis *Urs* pessinuncius *P corr* 7 ei *Meursius* scaebus *P* 8 fecit *Sab:* fecisse *P* 9 adulestuli *P corr* 10 •esset (t *ex* d) *P* 12 esse *Sab*, *r:* esset *P* turritum *Sab*, *r:* turrium *P* 13 *lacunam signaui* acdetis *P* 15 ad ora deorum *Urs* ad ora amborum *Meursius* ad horam *Salm* ad orgia eorum *?* fryges *P* 16 demetid *P corr r* testulam *Sab* 19 desegat *P corr* tibi *Sab:* sibi *P* acdesti *P* 20 quae *Sab*, *r:* quem *P* 21 profluuio *Sab*, *r:* proflui *P* abscissa *Sab* fuerant *Sab*. *r:* fuerat *P* 22 et *om Sab* *lacunam signaui: intercidisse uidentur talia* lauit balsamisque unxit et iniicit *Sab* tectis *Sab* 23 erant *addidi* inuolutis *Sab* 24 inde *Sab:* uide *P* 25 sacras *Sab:* sacra *P*

quae fuerat, quam Valerius pontifex Iam nomine fuisse conscribit, exanimati pectus lanis mollioribus uelat, dat lacrimas cum Agdesti interficitque se ipsam: purpurantes in uiolas cruor uertitur interemptae. mater suffodit et Iam deum, unde amygdalus nascitur amaritudinem significans funeris. tunc arborem pinum, sub qua Attis nomine spoliauerat se uiri, in antrum suum defert et sociatis planctibus cum Agdesti tundit et sauciat pectus pausatae circum arboris robur. Iuppiter rogatus ab Agdesti ut Attis reuiuesceret non sinit; quod tamen fieri per fatum posset, sine ulla difficultate condonat, ne corpus eius putrescat, crescant ut comae semper, digitorum ut minimissimus uiuat et perpetuo solus agitetur e motu. quibus contentum beneficiis Agdestim consecrasse corpus in Pessinunte,
8 caerimoniis annuis et sacerdotiorum antistitibus honorasse. si contemptor aliquis numinum et sacrilegi pectoris immanitate furiosus intendisset animum maledicere diis uestris, auderet in eos quicquam grauius dicere quam ista prodit historia, quam uelut quiddam mirabile commentarii contulistis in formulam ac, ne illam uis temporis et uetustatis obsolefaceret longitudo,
f. 102 perpetuitatis | honore mactastis? quid est enim de diis in ea positum quidue conscriptum, quod non, si in hominem dixeris pudibundis moribus et disciplinis horridioribus educatum, et contumeliae reus sis et iniuriis et offensionibus odium simultatibus subeas inexpiabilibus comparatum? ex lapidibus, inquitis, quos Deucalion iactauit et Pyrra, deum procreata est

3 acdestio *P* interficitque *Sab:* interfecitque *P* iam *P corr* purpuran*tes *P* 4 suffodit et Iam *scripsi:* suffodit etas *P* suffodit et se *Sab* suffodit eam *Gel* sustollit et sepelit *Urs* suffudit et has *Salm* 5 amygdalus *Sab:* amegdalus *P* ammegdalus *c* ammigdalus *c'* 7 atrum *P corr c'* acdesti *P* 8 pausata *Salm* 9 hacdesti (h *expunxit r*) *P* ut *Sab:* tit *P* 10 condonat *Sab:* condonant *P* 12 e] et *Sab om Gel* 13 acdestim *P* 14 caerimonis *P corr c'* a*nnuis *P* sacerdotiorum *scripsi:* sacerdotum *P* antistitibus *Sab:* antistib› *P* intestibus *Salm* antistitiis *Oehlerus* 20 honore *Sab:* honorẽ *P* 23 iniuriae *Sab* iniurius *Meursius* offensionibus *Zinkius:* offensionis *P* 25 deucalidon *P corr* *iactauit *P*

mater. quid o theologi dicitis, quid supernarum antistites potestatum? ergone deum mater ante diluuii casum nulla fuit in parte naturae, et nisi omne mortalium genus interemisset uis imbrium, procreationis illius causa atque origo cessaret? humanum est ergo munus quod esse se sentit et beneficiis debet Pyrrae quod numerari se conspicit in alicuius substantiae qualitate: quod quidem si uerum est, et illud erit necessario non falsum, hominem illam fuisse, non diuam. nam si certum est homines ex illo lapidum iactu natiuitatis suae originem ducere, et hanc necesse est credi unam fuisse de nobis, consimilium causarum rationibus procreatam. neque enim fieri rerum per repugnantiam quiuit, ut ex uno lapidum genere et ex eadem ratione iaciendi immortalium quidam sortis, condicionis alii substituerentur humanae. Varro ille Romanus multiformibus eminens disciplinis et in uetustatis indagatione rimator in librorum quattuor primo quos de gente conscriptos Romani populi dereliquit curiosis computationibus edocet, ab diluuii | tempore, cuius supra fecimus mentionem, ad usque f. 102^b
Hirti consulatum et Pansae annorum esse milia nondum duo: cum quo si stat fides, Mater quoque dicenda est Magna intra huius numeri fines aeuitatem suam habere conclusam, atque ita perducitur res eo, ut quae omnium numinum genetrix esse narratur non sit mater sed filia, quinimmo infans et paruula, siquidem deos concedimus neque initia neque fines saeculorum perpetua in continuatione sortitos. sed quid terrenis obuoluisse 9
nos sordibus deum loquimur matrem, cum ab Iouis ipsius maledictis nullam pausam facere uel exigui temporis intercapedine quiueritis? cum in summo Agdi uertice deum dormiret

2 ante *add Salm* dilubii *P corr m al* casum *Salm:* causam (m *eras*) *P* causa *Sab* casu *Urs* 6 numerari *Liuineius:* erari *P* orari *Sab* alicuius *Sab:* alicus *P* 12 quiuit *Zinkius:* quit *P* 13 iaciendi *Meursius:* faciendi *P* 14 suscitarentur *Meursius* 15 multiformibus *Sab:* multiformis *P* 17 dereliquid *P corr* 18 dilubii *P corr* 20 cum quo si stat *Liuineius:* cum quos (quo *c'*) stat *P* cum quo constat *Sab* 25 cognitione *Sab* obuoluisse *Gel:* obsoluisse *P* 26 nos *Sab* deum *Gel:* deam *P* 28 acdi *P*

tum genetrix, obrepere conquiescentis pudori filius, inquitis, insidiator enisus est. post innumeras uirgines et spoliatas castitate matronas etiamne in matrem cupiditatis infandae spem Iuppiter cepit, nec ab illius adpetitionis ardore horror eum quiuit auertere, quem non hominibus solis sed animalibus quoque nonnullis natura ipsa subiecit, et ingeneratus ille communiter sensus? an respectus pietatis et honesti Capitoliorum defuit praesidi, nec quid sceleris cuperet conturbatis per insaniam mentibus aut retractare poterat aut peruidere? sed utut res est, ponderis et maiestatis oblitus ad furta illa flagitiosa correpens ibat, pauens ac trepidus, anhelitu oris presso, suspensis per formidinem gressibus et inter media constitutus
f. 103 sol|licitudinis speique confinia palpabat res intimas, altitudinem dormitionis et matris patientiam temptans. o rerum imaginatio indecora! o habitus foedus Iouis ad obsceni certaminis expeditionem parati! ergone ille rex mundi, cum incautus et properus obreptionis esset reiectus a furto, in inpetum se uertit et quoniam rapere uoluptatem insidiosa fraude non quiuit, ui matrem adgressus est et apertissime coepit uenerabilem subruere castitatem? conluctatus ergo diutissime cum inuita est, uictus, fractus superatusque defecit, et quem pietas diiugare ab infando matris non ualuit adpetitu, effusa libido diiun-
10 xit? nisi forte dicetis, conuentionis huiusmodi coeptum genus uitat atque execratur humanum, apud deos incesta sunt nulla. et cur mater acerrime pugnabat inferenti uim filio? cur ab illius amplexibus tamquam inlicitos uitans refugiebat adtactus? nam si nihil esset in re mali, tam gerere illa morem sine ulla retractione debuerat quam uolebat hic cupide ad-

1 genetrix, tum *Meursius* obrepere *Sab:* obriperet *P* 2 enixus *Sab* 8 defuit *Salm:* depuit *P* despuit *Sab* praesidi *Gel:* praesidii *P* nec *Gel:* ne *P* 9 utut *Urs:* ut *P* 11 tepidus *Sab* 13 palpabat *Sab:* pellabat *P* pallabat *c* 14 dormitionis *scripsi:* dormientis *P* matris et *Urs* 15 foedi *Sab* 17 obreptionis *Urs:* obiectionis *P* oblectationis *Meursius* 18 quoniam *Urs:* quam *P* 22 diiuncxit *P* deuinxit *Sab* 23 conuentiones *Urs* coetum '*sed glossema uidetur uocis* conuentiones' *Urs* 24 uitat *Sab:* uitam *P* 25 repugnabat *Sab* 28 cupide *Meursius:* cupidę *P* cupitae *Urs*

petitionis suae inritamenta complere. et sane hoc loco frugalitatis magnae uiri et circa res etiam flagitiosi operis parciores, ne sancta illa semina frustra uideantur effusa, silex, inquitis, ebibit Iouialis incontinentiae foeditatem. quid deinde, quaeso, consecutum est? dicite. in sinu medio lapidis atque in illa cotis duritie informatus atque animatus est infans, Iouis magni futura progenies. non est facile contradicere tam | prodigiosis f. 103b
conceptionibus tamque miris. cum enim genus humanum ex lapidibus apud uos ortum procreatumque dicatur, necesse est credere et receptacula lapides habuisse genitalia et iaculatam conbibisse sementem et completis temporibus sustinuisse aluos graues et ad postremum peperisse feminei moris difficultate conixos. illud nostram subigit curiositatem requirere: cum post decem menses redditum esse dicatis partum, illo tempore quo in utero lapidis fuit clausus quibus alimoniis inrigatus est, quibus sucis, uel ex rigore quae saxeo nutricia potuit ducere, ut est fetibus sollemne de matribus? nondum, inquit, contigerat lucem et tonitrus patrios iam mugiens imitatus referebat: et postquam illi datum est caelum diemque conspicere, obuia quaeque uastabat incursans atque ipsos sibi spondebat deos caeli posse ab regione detrudere. o cauta et prouida deum mater, quae ne nati inuidiam tam insolentis subiret aut mugiens fetus somnis suis officeret aut interpellaret quietem, subtraxit se ipsam et seminis illud nocentissimum uirus transmisit ab se longe et saxorum asperitatibus propinauit. aestuatum 11
est in conciliis deorum, quibusnam modis posset intractabilis illa feritas edomari, et cum uia nulla superesset, ad opem concursum est unicam, ut mero madidaretur multo et uirilibus spoliaretur abscisis. quasi uero adfecti corporalibus his damnis

3 semin*a *P* inquitis *Rigaltius:* inquit *P* 4 *io*uialis *P* 6 duritiae *P* 11 sustinuisse *scripsi:* sustulisse *P* tulisse *Meursius* 17 festibus *P corr* solemne *P corr c*' 18 imitatus *scripsi:* imitatusque *P* imitabatur atque *Urs* imitus intusque *Salm* minitatusque *Rigaltius* 21 a *Sab* regione *Sab:* religione *P* 22 sub-i*ret *P* 23 officeret *Sab:* sufficeret *P* interpellaret *Sab:* interpellare *P* 26 posset *Sab in err:* esset *P* 27 faeritas *P* edomari *Sab:* edominari *P* 28 adidaretur *P corr c* multo *om Sab* 29 abscissis *Sab*

f. 104 fiant languidioris audaciae, et non cotidie uideamus eos | qui sibi demessuerint has partes maioris petulantiae fieri atque omnibus postpositis pudoris et uerecundiae frenis in obscenam prorumpere uilitatem flagitiorum confessione uulgata. uellem tamen uidere, si esset mihi his nasci temporibus datum, patrem illum Liberum debellatorem ferocitatis Agdestiae, post deorum augustissimas curias caeli ab culminibus lapsum, peniculamenta decurtantem cantheriorum, innectentem laqueos mobiles, aquarum innoxias puritates multa sauciantem ui meri, et postquam ebrietas potum mersit, inseruisse caute manus, contrectauisse uirilia dormientis, atque ut omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus, artificii curas tum rebus adhibuisse perituris.

12 hocine de diis quisquam uel exigua dixerit eorum opinione pollutus? aut si talibus occupati sunt negotiis cogitationibus curis, quisquam eos sapiens aut deos esse crediderit aut inmortalium saltem in numero conputauerit? Agdestis iste, oro, cuius obscenitas amputata securitatem fuerat inlatura caelestibus, ex terrenis animantibus unus fuit an deorum aliquis et inmortalitatis praeditus honore? si enim nostrae sortis et condicionis habebatur humanae, cur terrorem tantum numinibus inferebat? deus autem si fuerat, qui potuit decipi aut diuino aliquid ex corpore desecari? sed quaestionem mouemus parte in hac nullam; fuerit licet de diuino genere uel ex nobis f. 104b aliquis, si hoc rectius existimabitis dici: lentene fluore | de sanguinis et ex genitalibus amputatis arbor mali enata est punici, an tum quando uis illa telluris cooperta est gremio solum

3 post*t*positis *P* 5 illis *Urs* 6 ∗illum *P* acdestiae *P* 7 peniculamenta *Urs, Scaliger:* peniculantem *P* 8 decurtantem *Urs, Scaliger:* decurtamtam *P* decuramenta *Sab* cantheriorum *Gel:* cantherios *P* 9 multa∗ *P* posquam *P* 10 potum mersit *scripsi:* potu emersit *P* 12 curas *Sab:* cura si *P* curam sic *Salm* 14 pollutos *P corr c'* polluctus *Salm* 15 immortalium *Urs:* mortalium *P* 16 acdestis *P* 19 immortalitatis *Sab:* inmortalitate *P* honore *Sab:* honori *P* honoris *Zinkius* conditionis *P* 20 terrorem *Sab, r:* terrore *P* 21 diuino *Salm:* de diuino *P* 22 ex *om Gel* ei *Urs* questionem *P* 23 uino *P corr* ė genere *P* 24 lentene *scripsi:* etiamne *P* fluore *Sab:* luore *P* 25 mali enata *Sab:* alienata *P* 26 an tum quando *scripsi:* an tum que quando *P* an tum cum *Sab* tantum quod *Rigaltius* actutumque quando *Oehlerus* res *Meursius*

radice complexa est, in stipitis exiliuit robur, oneratos fudit balaustiis ramos et in puncti spatio poma extulit mitia, perfectionis propriae maturitate completa? et quia de rubro exorta sunt haec sanguine, idcirco illis color est purpurei luminis suffectione subluteus: addite huc etiam idcirco esse uuida, idcirco uinosa, quod ex sanguine uino saburrati genus ducant, et fabulam conuenienter implestis. o Abdera, Abdera, dares quantas uias mortalibus inridendi, talis si apud te esset fabula ita conflata! discunt eam cuncti patres et superciliosae perlegunt ciuitates, et esse tu fatua et stoliditatis frigidissimae iudicaris. per sinum, inquit, Nana filium concepit ex pomo. sequitur sci- **13**
licet ratio: ubi enim cautes et saxa pariunt dura, ibi poma necesse est suriant. glandibus atque ficis alebat Berecyntia religatam. conuenienter et recte: pomis enim debuerat uiuere quae mater fuerat facta de pomo. postquam fetus emissus est, longe iussus est ab Sangario proici: quem conceptum diuinitus credidit esse iamdudum, dedignatus est subolem sui pignoris nuncupari. lacte infans educatus hirquino est. o fabulam sexui inimicam semper atque infestissimam masculino, in qua secus uirile non solum homines ponunt, sed pecudes etiam fiunt ex maribus matres. pulcritudine inclita et praedicabili fuit | in- f. 105
signitus decore. admirabilis res satis, quod non illum fetor uitabilem reddidit fugiendumque caprinus. Mater eum dilexit

1 exiliuit *Sab:* exili ut *P* oneratos *Sab:* honeratus *ex* oneratus *P* 2 puncti spatio *Urs:* punctis ratio *P* punctistitio *Gel* 4 illis** *P* 5 offectione *Salm* 6 *uinosa *P* uino *add Zinkius* saburrati *Oehlerus:* saburratio *P* saburrato *Gel* 7 impletis *Sab* dares *add Salm* quantas uias] quam fias *Gel* quam fieres *Urs* *in mg* R 8 irridenda *Gel* 9 conflata *Sab:* conplata *P* discunt *Urs:* dicunt *P* 10 factua *P corr* iudicares *c'* 11 inquid *P* scilicet *Meursius:* se *P* 12 ibi *Sab:* ubi *P* poma ibi *Sab* 13 suriant *Urs:* surgant *P* glandibus *Sab:* blandibus *P* 14 relegatam *Meursius* 17 dedignatus *Stewechius:* designatus *P* et si gnatus *Sab* esset *Sab* 18 ist *P corr* 19 secus uirile *Elmenhorstius:* se secus uirile *P* sexus uiriles *Sab* 21 matres *Urs*, *r:* mares *P* inclyta *P* 22 foetor *Sab* faetor *r:* faeto *P* 23 uitabilem *Sab*, *r:* uitabile *P*

Magna. si nepotem ut auia, res simplex, sin theatra ut percrepant, infamis et flagitiosa dilectio est. diligebat et Agdestis uenatoriis eum muneribus locupletans. ab semiuiro quidem nullum esse poterat periculum castitatis, sed quid Midas horruerit, non est facile suspicantibus aestimare? ipsis Mater est ingressa cum moenibus. admiramur quidem in hac parte uires et fortitudinem numinis, sed culpamus neglegentiam rursus. quod cum legis meminisset et fati, patefecerit hostibus minus prouida ciuitatem. nuptialia celebrantibus uota furias Agdestis insaniamque subiecit. si Midas rex offenderat, qui uxore adulescentulum uinciebat, quid admiserat Gallus, quid pelicis filia, ut ille se uiro, haec mammarum honestate priuaret? tibi habe haec, inquit, propter quae res tantas animorum subuersionibus concitasti. nesciremus adhuc omnes, quid in adulti corpore furor desiderasset Agdestius, nisi puer abscisa satiatus
14 obiecisset offenso. quid dicitis o gentes? quid huiusmodi deditae opinionibus nationes? nonne cum ista promuntur, arripit uos pudor et tantarum uerecundia foeditatum? nos auemus a uobis quid de diis dignum uel audire uel discere, at uero
f. 105b uos nobis mammarum expromitis | exsectiones, amputationes uirilium ueretrorum, iras sanguinem furias, interitus uirginum uoluntarios et ex sanguine mortuorum flores atque arbores procreatas. dicite o iterum, ergone deum mater genitalia illa desecta cum fluoribus ipsa per se maerens officiosa sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa diuinis contrectauit ac sustulit flagitiosi operis instrumenta foedique, abscondenda

1 si in *ex* sin *P* 2 acdestis *P* 3 a *Sab* 5 existimare *Sab* 6 cum] tum *Sab* admiramur *Gel:* admirabamur *P* 8 patefecerit *Salm:* atefecerit *P* Atys fecerit *Sab* attes fecerit *r in mg* ∴ 9 prouidam *Sab* acdestis *P* 10 subiecit *Rigaltius:* subicit *P* uxorem *P corr* adulentulum *P corr* 12 honestate *Sab:* honestatẽ *P* 13 inquid *P corr* iras *Salm* 15 acdestius *P* abscissa *Sab* abscissae *Gel, Urs* abscissas *Salm* satiatus *scripsi:* satietatis *P* societatis *Urs* Atys *Meursius* has partes *Salm* satietati *Hildebrandius* 16 offenso *Salm:* offensi *P* offensam *Gel, Urs* 18 habemus *c* 20 amputationes. amputationes *P* 21 interius *P corr* 24 desecta *Urs:* disiecta *P* fluoribus *Urs:* floribus *P* per se *del Meursius*

etiam mandauit terrae, ac ne nuda in gremio diffluerent scilicet soli, priusquam ueste uelaret ac tegeret, lauit utique, balsamis atque unxit? unde enim uiolae nasci potuissent odorae, nisi putorem membri unguentorum illa suffectio temperaret? cum historias, quaeso, perlegitis tales, nonne uobis uidemini aut textriculas puellas audire taediosi operis circumscribentes moras aut infantibus credulis auocamenta quaeritantes anus longaeuas * et uarias fictiones sub imagine ueritatis expromere? cum Ioue locutus est Agdestis, ut amato restitueret uitam: adnuere Iuppiter recusauit, quia fatis potentioribus prohibebatur: at ne esset omnino durissimus, unam largitus est gratiam, ne putore corpus dissolueretur ullo, succrescerent comae semper, minimissimus digitorum solus ut in corpore uiueret, solus motus perpetuos exhiberet. hocine quisquam admiserit aut credulitatis adsensione firmarit, pilum in mortuo | crescere, partem inte- f. 106 gram esse et seiunctum ab lege putredinis mortale corpus adhuc usque durare? urgere uos iamdudum ad istius rei conpro- 15 bationem possemus, nisi stultitiae paris esset et talia dicere et huiusmodi rerum indicia postulare. sed historia haec falsa est neque ullam continet ueritatis in se partem. nostra quidem nihil interest, quorum causa contenditis exterminatos esse ab terris deos, utrumne sit constans et fidei firmitate conixa an contra mendaciter et falsitatis alicuius fictione composita. nobis enim satis est, quibus hodie manifestare propositum est, numina ista quae promitis, si sunt uspiam gentium atque irarum feruoribus incalescunt, non magis a nobis quam a uobis accipere offensionum furialium causas, et esse illam in † rebus et a uobis in commentarios relatam et a uolentibus cotidie

1 scilicet *Heraldus:* sic *P* 3 odorae *Urs:* odore *P* 6 audi*re *P* circunscribentis *Sab* 7 querulis *Urs* 8 *lacunam signaui* et *om Urs* 9 ioue* *P* acdestis *P* restituret *P corr* adnu*ere *P* 10 at *Orellius:* ac *P* 12 minissimus *P corr* 14 ex*hi**beret (b *ex* u) *P* 15 integram esse *Memmius:* interisse *P* non interisse *Urs* 16 a *Sab* mortale *Meursius:* inmortale *P* 17 conprobationem *Canterus:* conparationem *P* 18 paris *Oehlerus:* pars *P* diceret *P corr* discere *Sab* 22 a *Sab* abs *r* 27 diebus *Urs* ritibus *Heraldus* in libros a uobis et *Meursius* 28 commentariis *Salm*

perlegi et futuri temporis pro instructione per ordinem succedentium tradi. quae si utique uera est, nullam uidemus subesse rationem, cur nobis irasci perhibeantur dii caelites, cum turpitudines illorum tantas neque nos prodiderimus neque in litteras contulerimus ullas neque in publicam testificationem sacrorum celebritatibus inseruerimus. sin autem, ut remini, falsa est et mendaciis interpolata fallacibus, ambigere hominum nullus potest, quin causa uos sitis offensae, qui uel talia quosdam conscribere siueritis aut conscripta durare
16 saeculorum in memoriam sitis passi. et tamen qui potestis
f. 106b | falsitatis arguere conscriptionem istam, cum ipsa sacra sint testimonio, quae per cursus annuos factitatis, et credi a uobis esse ueram et exploratae fidei iudicari? quid enim sibi uult illa pinus, quam semper statutis diebus in deum matris intromittitis sanctuario? nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus et infelix adulescentulus intulit et quam genetrix diuum in solatium sui uulneris consecrauit? quid lanarum uellera, quibus arboris conligatis et circumuoluitis stipitem? nonne illarum repetitio lanarum est, quibus Ia deficientem contexit et teporis aliquid rata est se posse membris conciliare frigentibus? quid compti uiolaceis coronis et redimiti arboris ramuli? nonne illud indicant, uti mater primigeniis floribus adornauerit pinum, miserabilis indicem testimoniumque fortunae? quid pectoribus adplodentes palmas passis cum crinibus Galli? nonne illos referunt in memoriam luctus, quibus mater turrita cum Agdesti lacrimabili puerum prosecuta est heiulatu? quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dedistis

1 pro instructione *Salm:* per structionem *P* 2 si* *P* ut*ique *P* 4 nos *om Sab* 6 cęlebritatibus *P* inseruerimus *Urs:* miserimus *P* 10 memoriam *scripsi:* memoria *P* 11 cum *in ras P* 12 cursos *P corr c'* anuos *P corr c'* 13 ueram *Meursius:* uera *P* explicatae *Sab* 14 nus *P corr c* statutis *ex* statis *corr P* statis *Sab* intermittitis *Sab* 16 quam *addidi* 18 circumuolbitis *P corr* 19 lanarum *Sab:* uanarum *P* Ia *Meursius:* iam *P* 20 *contexit *P* teporis *Sab:* temporis *P* 21 uiolaceis *P* 24 crinibus *P* 25 Galli *Sab:* gallii *P* 26 acdesti *P* 27 theiulatu *P corr*

nomen castus? nonne illius temporis imitatio est quo se numen ab Cereris fruge uiolentia maeroris abstinuit? aut si ea 17
quae dicimus non sunt ita, uos edissertate, uos dicite: euirati isti mollesque, quos interesse nobiscum in istius numinis uidemus sacris, quidnam istic habeant negotii sollicitudinis curae, et cur more lugentium caedant cum pectoribus lacertos | et f. 107
fortunam imitentur in lamentabili constitutorum sorte? quid coronae, quid uiolae, quid uolucra mollium uelamenta lanarum? cur ad ultimum pinus ipsa paulo ante in dumis inertissimum nutans lignum mox ut aliquod praesens atque augustissimum numen deum matris constituatur in sedibus? aut enim haec causa est, quam in uestris scriptis et commentariis inuenimus, et manifestum uos est non diuinas conficere caerimonias sed imaginem tristium redintegrare gestorum; aut si alia ratio est, quam mysterii nobis abnegauit obscuritas, et ipsa quoque necesse est turpitudinis alicuius participetur infamia. quis est enim qui credat, honestatis aliquid in ea re esse quam ineant uiles Galli, effeminati conficiant exoleti? postulat quidem magnitudo materiae atque ipsius defensionis 18
officium, ut similiter ceteras turpitudinum species persequamur, uel quas produnt antiquitatis historiae uel mysteria illa continent sancta quibus initiis nomen est et quae non omnibus uulgo sed paucorum taciturnitatibus traditis. sed sacrorum innumeri ritus atque adfixa deformitas singulis † corporaliter prohibet uniuersa nos exsequi: quinimmo, ut uerius exprimamus, a quibusdam nos ipsi consilio et ratione deflectimus, ne dum explicare contendimus cuncta, expositionis ipsius contaminatio-

2 uiolentia maeroris *Sab:* uiolentiā erroris *P* 4 stius *P corr c'* 5 habeant *Sab, r:* habeat *P* negotiis *P corr* 6 morae *P corr* 8 uolucre *I. Fr. Gronouius* molliumue *Oehlerus* uelamenta *seclusit Elmenhorstius* et uelamenta *Salm* 10 nutans *Sab:* mutans *P* 11 numem *P corr* 14 caerimonias *Gel:* quaerimonias *P* 18 ineant *Gel:* in*h*iant *P* initient *Urs* 22 non omnibus *Gel:* omnibus non *P* 23 traditis. sed *Meursius:* tradidisse *P* traduntur. sed *Gel* tradunt. sed *Urs* 24 specialiter *uel* partiliter *Urs* propriatim ? 25 uerum *Sab* 26 quibusdam *Gel:* quibus *P*

nibus polluamur. Fentam igitur Fatuam, Bona quae dicitur Dea, transeamus, quam murteis caesam uirgis, quod marito f. 107b | nesciente seriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat sexto de diis graeco, signumque monstrari, quod cum ei diuinam rem mulieres faciunt, uini amphora constituatur obtecta nec myrteas fas sit inferre uerbenas, sicut suis scribit in causalibus Butas. sed et deos Conserentis pari more ac dissimulatione taceamus, quos cum ceteris scribit Flaccus in humani penis similitudinem uersos obruisse se cinere, qui sub ollula fuerat factus extorum: quem cum Tanaquil dimoueret Etruriae disciplinarum perita, subrexisse se deos et neruis obduruisse diuinis. Corniculanae inde imperauisse captiuae, ut intellegeret et agnosceret, quid sibi res uellet; Ocrisiam prudentissimam feminam diuos inseruisse genitali, explicuisse motus certos: tunc sancta ecferuentia numina uim uomuisse Lucilii ac regem
19 Seruium natum esse Romanum. Bacchanalia etiam praetermittemus inmania quibus nomen Omophagiis graecum est, in quibus furore mentito et sequestrata pectoris sanitate circumplicatis uos anguibus, atque ut uos plenos dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium uiscera cruentatis oribus dissipatis. nec non et Cypriae Veneris abstrusa illa initia praeteribimus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt ut meretrici et referunt phallos propitii numinis signa donatos. obliuioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium

15 Lucil. inc. 14 M. 16 Clemens Alex. protr. 2, 12 21 l. c. 2, 14 25 l. c. 2, 19

1 Fentam *Hildebrandius:* fetam *P* foetam *Sab* Faunam *Urs* 3 seriam *Sab:* semariam *P* 4 greco *P* Graecorum *Canterus*, *Urs* 7 Butas *Gel:* putas *P* Conserenteis *Salm:* conferentis *P* 8 teris *P corr* 9 penis *Sab:* poenis *P* se *add Urs* cinere *Meursius:* cineri *P* 10 tanaqui *P corr c* et Ethruriae *Sab corr in err* 11 sed *P corr* 12 Corniculanae *Gel:* cornicula *P* corniculae *Sab* imperauisse *Urs:* impetrauisse *P* 13 uellet *scripsi:* uellent *P* pudentissimam *Meursius* 15 efferuentia *Oehlerus:* et feruentia *P* 16 praetermittamus *Gel* 17 immania *Gel:* inania *P* omofagiis *P* 22 praeteribimus *scripsi:* praeterimus *P* praetereamus *Gel* Cinyras *Urs:* cyniras *P* 23 sumentes ea] mystae deae *?* 24 ∵fallos *P in mg* ∵

traditur: | frater trucidatus ab fratribus, interempti ex san- f. 108
guine apium natum, prohibitum mensis holus illud adponi, ne
a Manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio. sed et
illa desistimus Bacchanalia altera praedicare, in quibus arcana
et tacenda res proditur insinuaturque sacratis, ut occupatus
puerilibus ludicris distractus ab Titanis Liber sit, ut ab
isdem membratim sectus atque in ollulas coniectus ut coque-
retur, quemadmodum Iuppiter suauitate odoris inlectus, inuo-
catus aduolarit ad prandium conpertaque re graui grassatores
obruerit fulmine atque in imas Tartari praecipitauerit sedes.
cuius rei testimonium argumentumque fortunae suis prodidit
in carminibus Thracius talos speculum turbines, uolubiles
rotulas et teretis pilas et uirginibus aurea sumpta ab Hesperi-
dibus mala. erat nobis consilium praeterire, praeteruehi illa **20**
etiam mysteria, quibus Phrygia initiatur atque omnis gens
Ilia, nisi nomen interpositum his Iouis prohiberet nos strictim
iniurias eius ignominiasque transire, non quo nobis dulce sit
tam foedis inequitare mysteriis, sed ut ipsis uobis promptum
etiam atque etiam fiat, quid in eos congeratis iniuriae quorum
profitemini uos esse custodes uindices ueneratores. quondam
Diespiter, inquiunt, cum in Cererem suam matrem libidinibus
improbis atque inconcessis cupiditatibus aestuaret — nam genetrix
haec Iouis regionis eius ab accolis traditur — neque tamen auderet
id quod procaci adpetitione | conceperat apertissima ui petere, f. 108b
ingeniosas comminiscitur captiones quibus nihil tale metuentem
castitate imminueret genetricem: fit ex deo taurus et sub pe-
coris specie subsessoris animum atque audaciam celans in
securam et nesciam repentina immittitur ui furens, agit in-

4 l. c. 2, 17. 18 20 l. c. 2, 15. 16

1 trucidatur *Sab* a *Sab* 6 titatis *P corr* Titanibus *Sab* 8 nidoris *Urs* 12 carnibus *P corr c'* Thracius *Sab:* thracios *P* uates Thracius *Gel* Orpheus Thracius ? Thracius: talos . . . mala erat *ante Salmasium* 14 ea erat *Salm* praeteruehi *Sab:* praeterueni *P* 15 frygia *P* Phrygiae *Sab* Phrigia *in err* 16 Ilia *Memmius:* illa *P* 18 inaequitare *P* 21 in Cererem *Sab:* inicere *P* inire Cererem *Scaliger* suam *om Sab* 24 petere *Sab in err:* peteret *P* petere et *Sab* 27 speciem *P corr c'* 28 incestus *Sab:* incestius *P*

cestus res suas et prodita per libidinem fraude intellectus et cognitus euolat. ardescit furiis atque indignationibus mater, spumat anhelat exaestuat nec fremitum continere tempestatemque irarum ualens ex continua passione Brimo deinceps ut appelletur adsumpsit, neque alia cordi est res ei quam

21 ut audaciam filii poenis quibus potis est persequatur. Iuppiter satagit fractus metu nec quibus remediis leniat uiolatae animos reperit. fundit preces et subplicat: obstructae sunt dolentis aures. adlegatur deorum uniuersus ordo: nullius auctoritas tanta est ut audiatur. ad postremum filius uias satisfactionis inquirens comminiscitur remedium tale: arietem nobilem bene grandibus cum testiculis deligit, exsecat hos ipse et lanato exuit ex folliculi tegmine. accedens maerens et summissus ad matrem et tamquam ipse sententia condemnauisset se sua, in gremium proicit [et iacit] hos eius. uirilitate pignoris uisa sumit animum mitiorem et concepti fetus reuocatur ad curam: parit mensem post decimum luculenti filiam corporis, quam
f. 109 aetas mortalium consequens modo Liberam modo | Proserpinam nuncupauit. quam cum uerueceus Iuppiter bene ualidam, floridam et suci esse conspiceret plenioris, oblitus paulo ante quid malorum et sceleris esset adgressus et temeritatis quantum, redit ad prioris actus, et quia nefarium uidebatur satis, patrem cum filia comminus uxoria coniugatione misceri, in draconis terribilem formam migrat, ingentibus spiris pauefactam colligat uirginem et sub obtentu feri mollissimis ludit atque adulatur amplexibus. fit ut et ipsa de semine fortissimi compleatur Iouis, sed non eadem condicione qua mater: nam illa filiam reddidit liniamentis descriptam suis, at ex partu uirginis

2 ardescet *P corr c'* 3 tempestateque *P corr c* 4 Brimo *Guilelmus Canterus:* primo *P* 5 appelletur *Meursius:* appellatur *P* appellaretur *Urs* quam ut *Sab in err:* quin *P* quia *Sab* 6 *audaciam *P* fili *P corr* 8 praeces *P* dolentis *Sab:* dolentes *P* 9 aues *P corr* 13 folliculi *Sab:* polliculi *P* merens *P corr r* 14 condemnasset *Sab* 15 et iacit *del Orellius* uia *P corr* 16 concepti *Urs:* concepit (ce *in* ci *corr*) *P* concipit *Sab* 19 uerueceus *Sab:* uiruiriceus *P* 22 astus *Meursius* 24 ingenitibus *P corr* 25 feri *Urs:* fero *P* 27 illam *P corr c'* 28 filia *P corr c'* at *Sab, r:* ad *P*

tauri specie fusa Iouialis monumenta pellaciae. auctorem aliquis desiderabit rei: tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens 'taurus draconem genuit et taurum draco'. ipsa nouissime sacra et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt ueritati: in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis. non esse arbitror necessarium sermone quoque hic multo 22
membra ire per singula quantaeque insint in partibus priuis turpitudinum scatebrae flagitiorumque monstrare. quis est enim mortalium uel exiguae humanitatis sensum ferens qui non ipse peruideat, qualia sint haec omnia, | quam scelerata, quam f. 109b
foeda quantasque ignominias di ferant ex ipsis mysteriorum sacris et ex sacrorum originibus indecoris? Iuppiter, inquit, exarsit in Cererem. quid tantum, quaeso, de uobis Iuppiter iste quicumque est meruit, quod genus est nullum probri, infamiae, adulterium nullum, quod in eius non caput uelut in aliquam congeratis uilem luteamque personam? matrimonii prodidit ius Leda: Iuppiter esse dicitur auctor culpae. uirginitatem Danae custodire nequiuit: furtum esse narratur Iouis. ad mulieris nomen properauit Europa: expugnator pudicitiae idem esse iactatur. Alcmena Electra Latona Laodamia, mille aliae uirgines ac mille matres cumque illis Catamitus puer pudoris spoliatus est honestate: eadem ubique est Iuppiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, cum quo eius non nomen consociatis libidinibus conseratis, ut uideatur miserabilis prorsus ullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminum

1 species est *Urs* species *Salm* *in mg* ·R· autorem *P corr* 2 desiderabit *Sab:* desiderauit *P* rei : tum] rei tantae *Urs* citauimus *P corr* Tarentinum] tritum *Urs* Tarentinum notumque] Tarentini Rhinthonis ? 3 atiquitas *P corr* 5 Sabadiis *Meursius* 6 demittitur *Urs:* dimittitur *P* 7 inferioribus *P* 9 quantaeque *Sab in err. r:* quantaque *P* priuis *Dauisius:* prauis *P* 12 sunt *Sab* 13 dii ferant *Meursius:* differant *P* 16 infamiae *Urs:* infame *P* 18 luteamquem *P corr* 19 laeda *P* 20 donae *P corr* 21 nomen non *Rigaltius* 22 alcimena *P corr* Laodonia *Sab* ille *P corr c* 23 catami*tus *P* 25 cum *scripsi:* in *P* 26 inseratis *Urs* 27 ullam *Urs:* nullam *P*

sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiae se omnes sentinarum e conluuionibus deriuarent. quem tamen si diceretis cum extraneis habuisse commercium feminis, impia res quidem, sed tolerabilis esset maledictionis iniuria. etiamne in matrem, etiamne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinniuit, neque illum sanctitas aut reuerentia genetricis, horror etiam pignoris ex se sati ab imagine potuit | tam
f. 110
23 foedae cogitationis abducere? uellem itaque uidere patrem illum deorum Iouem, aeternam rerum atque hominum potestatem, bubulis esse cohonestatum cornibus, hirsutas agitantem aures, contractis in ungulas * gressibus, rumigantem pallentis herbas et ex parte postica caudam suffragines talos molli fimo perlitum atque intestina proluuie delibutum. uellem, inquam, uidere — dicendum est enim saepius — torquentem illum sidera et qui pallidas nationes fragore perterret et prosternit consectantem ueruecum greges, inspicientem testiculos arietinos, arripientem hos manu censoria illa atque diuina qua uibrare coruscos ignes et saeuire fulminibus suetus est, tum deinde secreta rimantem [feruenti nullas] summotisque arbitris circumiectas prolibus diripientem membranulas feruentique adhuc matri uelut quasdam infulas eliciendae miserationis offerentem: diductum pallidum saucium, simulantem doloris cruces et ad fidem facto faciendam arietino sanguine coinquinatum et in mendacia uulneris laneis fasciis linteolisque contectum. hocine audiri et perlegi sub mundi hoc axe? et eos qui haec tractant existimari se uelle pios, sanctos religionumque custodes? estne

1 seges *Urs* 2 sentinarum *Salm:* sc̈renarum (*in mg* ∴) *P* scoenarum *Sab* scenarum *Gel, r* e *addidi ante* conluuionibus, *Oehlerus post* omnes 4 malectionis *Sab corr in err* 5 efferatiȯ *P* 6 adinniuit *P* 11 *lacunam signaui:* ambulantem *intercidisse uidetur* ruminantem *Sab* 12 suffragine, talo *Sab* 13 molli fimo *Urs:* mollissimo *P*, *Sab* mollissima *c'* mollissimos *Gel* prolubie *P corr m s XV* dilibutum *P* 15 perterrit *P corr c'* 16 uerbecum *P corr c'* 17 manus *P corr* 18 saeuirae *P corr r* 19 feruenti nullas *seclusit Zinkius* feruenti smila *Gel* feruenti in olla *Urs* illa *Salm* 20 prolibus *Sab, r:* rolibus *P* membranullas *P* 22 diductum *scripsi:* deductum *P* crucis *P* cruris *m s XV* 23 arietinon *P corr r* in *addidi* 24 uulnera *Urs* laneis *Sab:* lanis *P* fasceis *P* 25 axe *Sab:* ase *P* 26 pius *P corr c*

aliquod sacrilegium hoc maius, aut ulla mens inueniri tam
inreligiosis potest opinionibus praedita quam quae talia credit
aut accipit aut sacrorum intimis in mysteriis | prodit? Iuppiter f. 110b
ille quicumque est, si sentiret se esse aut si ullo sensu adfi-
ceretur iniuriae, nonne digna res esset, propter quam iratus
et percitus terram nostris subduceret gressibus, solis lumina
extingueret atque lunae, quinimmo res omnes in antiquae spe-
ciem confunderet unitatis? sed non sunt, inquit, rei publicae 24
nostrae haec sacra. quisnam istud dicit aut quis reponit?
Romanus Gallus Hispanus Afer Germanus aut Siculus? et
quid adiuuat causam, si uestra haec non sunt, cum qui ea
conficiunt sint uestrarum partium? aut quid refert, utrumne
ea probetis necne, cum quae uestra sunt propria aut in simili
foeditate aut turpitudinis genere reperiantur esse maiore?
uultis enim consideremus mysteria et illa diuina, quae Thes-
mophoria nominantur a Graecis, quibus gente ab Attica sancta
illa peruigilia consecrata sunt et pannychismi graues? uultis,
inquam, uideamus, quas origines habeant quasue causas, ut
Athenas etiam probemus ipsas humanitatis artibus studiisque
pollentes tam in deos dicere contumeliosa quam dictitent alii,
nec minora ab his probra quam ceteris obiciantur a uobis
religionis sub specie publicari? quodam, inquiunt, tempore cum
in Siciliae pratulis purpureos legeret nondum mulier flores et
adhuc uirago Proserpina cumque illam per floream messem
huc atque illuc passim lectionis cupiditas auocaret, per pro-
fundae altitudinis speluncam | rex prosiliens Manium raptam f. 111
uirginem secum uehit et terrarum absconditur successibus
rursus. quod cum factum nesciret Ceres nec filia esset ubinam
gentium suspicaretur, intendit animum perditam toto in orbe

1 gens *Sab* 2 praedita *Sab:* praedicata *P* praeligata *Ungerus* 3 intymis *P* 6 uestris *Urs* 8 inquid *P corr* 10 spa-nus *P* 13 sint *Sab* in *om Sab* 15 thesmoforia *P* 16 graegis *P corr c* 17 pannychismi graues *Gel:* phanniciismi graue graues rc *P* Phanniciis migraue *Sab* Pannychia? ni graue *Urs* 20 dictent *Sab* 23 sed *Meursius* 24 uirgo *Sab* 27 obsconditur *Sab corr in err* 28 quo *P corr c* filia *Sab:* filias *P* esset ubinam *Sab:* sed tu uinam *P* ubinam *m s XV* *in mg* :·

conquirere: sumit faces geminas flammis conprehensas Aetnaeis, quibus sibi praelucens pergit ire quaesitum terrarum in regionibus cunctis. in istius conquisitionis errore Eleusinios etiam peruehitur fines. pagi istud est nomen regione in Attica constituti. quinque illud temporis has partes incolebant terrigenae, quibus nomina haec fuerant: Baubo Triptolemus Eumolpus Eubuleus Dysaules: boum iugator Triptolemus, capellarum Dysaules custos, Eubuleus porcorum, gregis lanitii Eumolpus, a quo gens ecfluit Eumolpidarum et ducitur clarum illud apud Cecropios nomen et qui postea floruerunt caduceatores, hierophantae atque praecones. igitur Baubo illa, quam incolam diximus Eleusinii fuisse pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hospitio Cererem, adulatur obsequiis mitibus, reficiendi corporis rogat curam ut habeat, sitientis ardori oggerit potionem cinni, cyceonem quam nuncupat Graecia: auersatur et respuit humanitatis officia maerens dea nec eam fortuna perpetitur ualetudinis meminisse. comis rogat illa atque hortatur contra, sicut mos est in huiusmodi casibus, ne f. 111b fastidium suae humanitatis | adsumat: obstinatissime durat Ceres et rigoris indomiti pertinaciam retinet. quod cum saepius fieret neque ullis quiret obsequiis ineluctabile propositum fatigari, uertit Baubo artes et quam serio non quibat allicere ludibriorum statuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam secus femineum et subolem prodere et nomen solet

3 sqq. Clemens Alex. protr. 2, 20

1 comprehensas *Gel:* onere pressas *P* Aetnaeis *Gel:* etneis *P* etnehis *c* et etneis *Sab* 3 Eleusinios *Salm:* eleusionios *P* eleusinos *Sab* 5 quinque *Liuineius:* qui *P* atque *Heraldus* 6 treptolemus *P* 7 Eubuleus...Triptolemus *om Sab* disa^{u}les *P* treptolemus *P* 8 euboleus *P* greges *P corr* 9 Eumolpus *Sab, r:* euolpus *P* et gens *Gel* effluit *Canterus, Urs:* et fluit *P* fluit *Gel* ducit *?* 11 hierofantae *P* eleusini *P* 14 reficiendi *Sab, r:* repiciendi *P* sitientis *Oehlerus:* sitienti *P* sitiendi *Meursius* a^{r}dori *P* adoris *Salm* 15 cinni *scripsi:* cynum *P* cinnum *r, Elmenhorstius* quem *r* grae*cia *P* 16 fortuna *Gel:* fortunam *P* 17 comis *Oehlerus:* communis *P* meminisse communis. rogat *uulgo* 18 ne *Sab:* ane *P* anus, ne *Heraldus* ut ne *Oehlerus* 22 quibat *Sab, r:* quib› at *P* 23 exilarare *P* 24 sexus foemineam *Sab*

adquirere generi, tum longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem et in speciem leuigari nondum duri atque hystriculi pusionis. redit ad deam tristem et inter illa communia quibus moris est frangere ac temperare maerores retegit se ipsam atque omnia illa pudoris loca reuelatis monstrat inguinibus. atque pubi adfigit oculos diua et inauditi specie solaminis pascitur: tum diffusior facta per risum aspernatam sumit atque ebibit potionem, et quod diu nequiuit uerecundia Baubonis exprimere propudiosi facinoris extorsit obscenitas. calum- **26**
niari nos improbe si quis forte hominum suspicatur, libros sumat Threicii uatis, quos antiquitatis memoratis esse diuinae, et inueniet nos nihil neque callide fingere neque quo sint risui deum quaerere atque efficere sanctitates. ipsos namque in medio ponemus uersus, quos Calliopae filius ore edidit Graeco et cantando per saecula iuri publicauit humano:

sic effata simul uestem contraxit ab imo
obiecitque oculis formatas inguinibus res:
† quas caua succutiens | Baubo manu — nam puerilis f. 112
ollis uultus erat — plaudit, contrectat amice.
tum dea defigens augusti luminis orbes
tristitias animi paulum mollita reponit:
inde manu poclum sumit risuque sequenti
perducit totum cyceonis laeta liquorem.

quid Erechthidae o cati, quid ciues Mineruii dicitis? hauet

13 sqq. l. c. 2, 21

1 generi. tum *Salm:* generi. cum *P* generi: eum *Sab* generi: eam *Gel* genericum *Urs* genetricum *Liuineius* 3 hystriculi *scripsi:* striculi *P* redit ad *Sab, r:* redita | ad *P* redit ita ad *Stewechius* 6 affigit *Sab:* adficit *P* specie *Sab:* species *P* 8 necquiuit *P* uerucundia *P* 11 treicii *P* 13 sanctitates *Sab:* sanctitatẽ *P* 14 uersus *Sab:* uersos *P* Calliopae *Hildebrandius:* calliope *P* Calliopes *Sab* greco *P* 15 cantandos *Orellius* iuri] generi *Urs* 16 sinu *Lambinus* 17 formatas inguinibus *Sab:* formata sanguinib' *P* 18 Baubus manu' *N. Heinsius* Bacchi manu' *Ioannes Auratus* 19 olli *Sab* amice *Gel:* amicae *P* contrectat amice] conctata micae *Sab* 21 tristias *P corr* 22 poclum *Sab:* poculum *P* risuque *Sab:* risuquem *P* 24 Erichthidae o cati *Pithoeus:* erithi deocati *P* Erichtheo sati *Sab* Mineruii *Sab:* minerui *P* auet *Sab:* habet *P*

animus scire, quibus sitis eloquiis tam periculosa negotia defensuri, uel artibus habeatis quibus tam confossis salutem dare personis uel rebus atque causis. non est ista falsa subscriptio nec delatione adpetimini calumniosa. Eleusiniorum uestrorum notae sunt origines turpes: produnt et antiquarum elogia litterarum, ipsa denique symbola quae rogati sacrorum in acceptionibus respondetis 'ieiunaui atque ebibi cyceonem: ex cista sumpsi et in calathum misi: accepi rursus, in cistulam trans-
27 tuli'. ergone, ut promunt sancta illa atque arcana mysteria, rapiuntur et rapiunt dii uestri, matrimonia copulant fraudibus adpetita furtiuis, ab repugnantibus et inuitis decus uirginitatis eripitur, imminentes nesciuntur iniuriae, quidnam raptis acciderit ignoratur, amissa quaerunt ut homines et sub sole clarissimo cum lucernis et facibus orbis peragrant uastitatem? adficiuntur, aegrescunt, lugentium sumunt sordes et miseriarum insignia, atque ut animum commodare alimoniis possint uictuique sumendo, non ratio, non tempus, non sermo aliquis adhibetur grauis aut adfabilitas seria, sed propudiosa corporum
f. 112^{b} monstratur | obscenitas obiectanturque partes illae quas pudor communis abscondere, quas naturalis uerecundiae lex iubet, quas inter aures castas sine uenia nefas est ac sine honoribus appellare praefatis. quidnam quaeso spectaculi, quid in pudendis fuit rei uerendisque Baubonis, quod feminei sexus deam et consimili formatam membro in admirationem con-

1 tam *add c* 3 uel rebus *scripsi:* uulneribus *P* ista *Gel:* ita *P* subscriptio *Salm:* susceptio *P* suspectio *Lipsius* suspicio *Urs* 5 notae sunt *scripsi:* notas et *P* turpes: produnt *scripsi:* producunt turpes *P* produnt urbes *uel* produnt turpes antiquarum *Urs* Eleusiniorum uestrorum notae *uel* notas et origines producam *Meursius* et *om Urs* 6 deniquae *P* rogatis *P corr* 7 ex cista *H. Iunius:* excita *P* 8 rursus, rursus *Urs* 9 promunt *Sab:* pronunt *P* 11 furtius *P corr* a *Sab* 13 amissi *Gel* quaerunt *Urs:* quaeruntur *P* queruntur *Zinkius* 14 uastitatem *Sab:* uastitate *P* 15 miserorum *Urs* 17 no^{n} ratio *P* sermo *Sab, r:* sero *P* 20 quas] atque *Urs* 22 spectaculi *Vahlenus:* in specuali *P* in specu tali *Sab* spectaculo in tali *Urs* in spectu tali *Stewechius* in specu anili *Zinkius* 23 rei uerendisque *Stewechius:* reuerendisque *P* uerendisque *Canterus*

uerteret atque risum, quod obiectum lumini conspectuique diuino et obliuionem miseriarum daret et habitum in laetiorem repentina hilaritate traduceret? o qualia, o quanta inridentes potuimus cauillantesque depromere, si non religio nos gentis et litterarum prohiberet auctoritas. iam dudum me fateor 28 haesitare circumspicere tergiuersari, tricas quemadmodum dicitur conduplicare Tellenas, dum pudor me habet Alimuntia illa proferre mysteria, quibus in Liberi honorem patris phallos subrigit Graecia et simulacris uirilium fascinorum territoria cuncta florescunt. quid sit istud, obscurum est forsitan, et qua fiat ratione disquiritur. quisquis istud ignoras, disce atque admiratus res tantas puris semper in sensibus meticulosa obseruatione custodi. cum inter homines, inquiunt, esset adhuc Nysius et Semeleius Liber, nosse inferos expetiuit et sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur inquirere: set cupiditas haec eius nonnullis difficultatibus inpediebatur, quod qua iret ac pergeret inscitia itineris nesciebat. Prosymnus | quidam exo- f. 113 ritur ignominiosus amator dei atque in nefarias libidines satis pronus, qui se ianuam Ditis atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem deus atque uxorias uoluptates pateretur ex se carpi. deus facilis iurat potestatis futurum ac uoluntatis se eius, sed cum primum ab inferis conpos uoti atque expeditionis redisset. uiam comiter Prosymnus edisserit atque in limine ipso prostituit inferorum. interea dum Liber Stygem Cerberum Furias atque alias res omnis curiosa inquisitione conlustrat, ex uiuentium numero index decedit atque

7 sqq. l. c. 2. 34

2 miserarum *P corr* in *add Sab* 4 nos gentis *Sab:* noscentis *P* 6 hesitare *P* circumspicere *Hildebrandius:* circumsciscere *P* circumhiscere *Sab* circumscribere *Zinkius* tergiuersari *Sab:* tergiuersa *P* 7 Alimontia *Salm:* alimonia *P* alimoniae *Sab, r* Alimuntis *Pithoeus* 8 phallos *Salm:* uallos *P* ithyphallos *Sab* 13 esset *Sab:* essent *P* 14 nisius *P* et Semeleius Liber *seclusit Zinkius* Liber *seclusit Stewechius* 15 inquirere: sed *Sab:* inquireret et *P* 17 prosumnus *P* 19 accrusios *P* 20 gereret *Gel. r:* gereret et *P* 21 carpit *P corr c'* 22 compos *Sab:* conpos si *P* 23 expetitionis *Sab* red*isset *P* prosumnus *P* 25 omneis *Gel:* omni *P* 26 numero *Sab:* numeru *P* index *Heraldus:* index inde *P* index ille *Gel* decedit *Urs:* decidit *P*

ex more sepelitur humano. emergit ab inferis Euius et recognoscit extinctum ducem: qui ut fidem compleret pacti et iurandi solueret religione se iuris, locum pergit ad funeris et ficorum ex arbore ramum ualidissimum praesecans dolat runcinat leuigat et humani speciem fabricatur in penis, figit super aggerem tumuli et postica ex parte nudatus accedit subdit insidit. lasciuia deinde surientis adsumpta huc atque illuc clunes torquet et meditatur ab ligno pati quod iam dudum in
29 ueritate promiserat. ac ne quis forte a nobis tam impias arbitretur confictas res esse, Heraclito testi non postulamus ut credat nec mysteriis uolumus quid super talibus senserit ex ipsius accipiat lectione: totam interroget Graeciam, quid sibi uelint hi phalli, quos per rura, per oppida mos subrigit et
f. 113b ueneratur antiquus, inueniet causas | eas esse quas dicimus: aut si fuerit puditum ueritatem simpliciter explicare, quid obscurare, quid tegere causam ritus atque originem proderit, cum criminatio ipsa religionis in re sit? quid dicitis o gentes, quid occupatae, quid deditae templorum uenerationibus nationes? ad haecine nos sacra flammis exiliis caedibus atque alio genere suppliciorum compellitis et crudelitatis metu? hoscine nobis deos inportatis insinuatis infligitis, quorum similes nec uos esse neque alium uelitis quemquam sanguinis uobis gradu et iure familiaritatis adiunctum? potestisne impubibus et praetextatis uestris quas Liber induxerit pactiones suis cum amatoribus indicare? potestis uestras nurus, quin-

1 more *Sab, r:* mole *P* sepelitur *Sab, r:* sepelitu *P* **emergit *P* Euius *Salm:* cuius *P* euhiius *Sab* euhyius *Gel* 2 iurandi *Gel, r:* iurandis *P* 3 religione se *Gel:* religionis et *P* 4 runcinat *Sab:* rũncinat *P* 5 penis *Sab:* poenis *P* 6 et *Sab:* ex *P* subdit *Sab:* subsidit *P* 7 subrigentis *r* luxuriantis *Sab* 10 testi *Meursius:* ut testi *P* 13 hi phalli *Stewechius:* hii ualli *P* ityphalli *Sab* 14 antiqus *P* eas *Canterus:* eas. eas *P* et eas res *Salm* 17 cum *add Gel* **criminatio *P* 18 dedit*ae tem*plorum *P* 19 haecne *Sab* 20 alio *scripsi:* aliquo *P* reliquo *Gel* atque alio] ac reliquo *Urs* 23 potestisne *Sab:* potestatisne *P* 24 Liber *Sab, r:* libet *P* 25 uestras *Sab:* uel trans *P*

immo uobis matrimonio coniugatas ad uerecundiam Baubonis impellere atque ad pudicas Cereris uoluptates? uultis uestri iuuenes sciant audiant discant, Iuppiter ipse qualis in unam extiterit atque alteram matrem? uultis adultae uirgines robustique adhuc patres, idem iste in filiam qua luserit arte, cognoscant? uultis germanae iam feruidae atque ex isdem seminibus fratres eundem rursus accipiant concubitus, lectulos non esse aspernatum sororis? ita ergo non protinus ab huiusmodi fugiendum diis longe ac ne inrepat in animum tam inpurae religionis obscenitas, audientia tota claudenda est? quis est enim mortalium tam pudicis moribus institutus, quem non ad huiusmodi furias deorum documenta proritent? aut quis suas comprimere | cupiditates a cognatis ualeat reuerendisque f. 114
personis, cum apud superos sanctum nihil in libidinum uideat confusione seruatum? ubi enim primam perfectamque naturam intra fines constiterit iustos cupidinem suam non ualuisse frenare, cur non in promiscuos adpetitus effundat se homo et ingenita fragilitate praeceps datus et magisterio sanctae diuinitatis adiutus? iam dudum me fateor reputantem mecum in 30
animo rerum huiuscemodi monstra solitum esse mirari, audere uos dicere quemquam ex is atheum inreligiosum sacrilegum qui deos esse omnino aut negent aut dubitent aut qui eos homines fuisse contendant et potestatis alicuius et meriti causa deorum in numerum relatos, cum si uerum fiat atque habeatur examen, nullos quam uos magis huiusmodi par sit appellationibus nuncupari, qui sub specie cultionis plus in eos ingeratis maledictionum et criminum quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus coinbibissetis. deos esse qui dubitat aut esse omnino qui negat, quamuis sequi sententias inmanes

2 simpellere *P corr* 6 germanae *scripsi:* germanis (s *eras*) *P* feruidae *scripsi:* feruidi *P* ^{h}isdem *P* iisdem *Sab* 8 aspernatum *Sab:* aspernaturos *P* *sororis *P* 9 ne *Sab:* nec *P* 11 quem *Sab, r:* que *P* 16 intra *Gel:* inter *P* 17 im *P* 18 *sanc*-*tae* *P* 20 audere *Sab:* audire *P* 21 his *m s XV*, *Sab* 22 deos hos *Stewechius* 24 rerum *Meursius* 25 nullos *Gel:* nullius *P* 26 quis *Sab* 28 coimbibissetis *Salm:* conbibissetis *P* deus *P corr*

opinionum uideatur audacia, sine ullius tamen insectatione
personae fidem rebus non adcommodat inuolutis: et qui generis
adseuerat eos fuisse terreni, quamuis eos priuet sublimitate
caelitum, subsiciuis tamen adcumulat laudibus, siquidem illos
diuinitatis ad meritum beneficiis autumat et uirtutum ad-
31 mirationibus subleuatos. uos uero, qui uindices et eorum con-
f. 114b tenditis immortalitatis esse propugnatores, unum ex his | quem-
piam praeteristis, transistis uestris maledictionibus inuulnera-
tum? aut genus ullum est probri tam communi existimatione
damnabile quod in eos conferre metueritis uel nominis saltem
auctoritate tardati? quis caduca et mortalia corpora deos edidit
amasse? non uos? quis illa furta dulcissima in alienis genia-
libus perpetrasse? non uos? quis cum matribus liberos, quis
cum suis uirginibus rursus patres infaustos miscuisse concu-
bitus? non uos? quis scitulos pusiones atque adultos uenus-
tissimis lineis adpetitos esse inceste? non uos? quis abscisos,
quis exoletos, quis uersipelles, quis fures, quis in uinculis
habitos, quis in catenis, quis denique fulminibus adpetitos,
quis uulneratos, quis obisse supremos dies, sepulturas etiam
meruisse terrenas? non uos? cum igitur a uobis tot et tanta
conflata sint deorum in contumelias crimina, audetis obicere
nostri nominis causa numinum esse offensas mentes, cum
iamdudum uos liqueat irarum esse tantarum reos et diuinae
32 indignationis auctores? sed erras, inquit, et laberis satisque
te esse imperitum, indoctum ac rusticum ipsa rerum harum
insectatione demonstras. nam istae omnes historiae, quae tibi
turpes uidentur atque ad labem pertinere diuinam, mysteria

3 sublimitate *Sab:* sublimitates *P* 4 subcisiuis *Sab* 5 beneficiis *Sab:* ueneficiis *P* autumat *Gel:* autumant *P* 7 propugnatores *Urs:* propagatores *P* num *Urs* esse propagatores unum ex his *in ras P* 11 tardati *Sab:* tradatis *P* 14 miscuissem *P corr c'* 15 quis *Sab:* qui *P* adulos *P corr* 16 inceste *Hildebrandius:* iniuste *P* inhoneste *Urs* abscissos *Sab* 18 adpetitos *r:* apetitos *P* appetitos *Sab* 19 suppmos *P* 21 contumeliis *Gel* 23 liqueat *Sab:* que ad *P* 25 harum *addidi* 26 in sectatione *Sab* demonstras *Sab:* demonstrans *P* histriae *P corr* 27 misteria *P corr r*

in se continent sancta, rationes miras atque altas nec quas
facile quiuis possit ingenii uiuacitate pernoscere. neque enim
quod scriptum est atque in prima est | positum uerborum 1. 115
fronte, id significatur et dicitur, sed allegoricis sensibus et
subditiuis intelleguntur omnia illa secretis. itaque qui dicit
'cum sua concubuit Iuppiter matre' non incestas significat aut
propudiosas Veneris conplexiones, sed Iouem pro pluuia, pro
tellure Cererem nominat. et qui rursus perhibet lasciuias eum
exercuisse cum filia, nihil de foedis uoluptatibus loquitur, sed
pro imbris nomine ponit Iouem, in filiae significatione sementem.
sic et ille qui raptam Dite a patre Proserpinam dicit, non
ut reris in turpissimos adpetitus uiraginem dicit raptam, sed
quia glebis occulimus semina, isse sub terras deam et cum
Orco significat foedera genitalis conciliasse feturae. consimili
ratione et in historiis ceteris aliud quidem dicitur, sed intellegitur aliud, et sub uulgari simplicitate sermonis latet ratio
secreta et altitudo inuoluta mysterii. argutiae sunt ut apparet 33
atque acumina haec omnia, quibus fulcire sollemne est malas
in iudiciis causas, quinimmo, ut uerius dicam, sophisticarum
disputationum colores, non quibus uerum sed imago et species
ueri semper atque umbra conquiritur. nam quoniam rectas
accipere lectiones pudet dedecet indecorum est, itum est in
has partes, ut alia subiceretur res alii et in speciem decoris
turpitudinis interpretatio cogeretur. sed quid ad nos istud,
an alii sensus aliaeque sententiae conscriptionibus uestris subsint? | nobis enim satis est, qui deos a uobis scelerate con- 1. 115ᵇ

5 dicit *Gel:* dicet *P* 11 raptamn *P corr* 12 ut] ui *Gel* reris *Urs:* cereris *P* turpissimos *Sab:* turpissimus *P* 13 gleuis *P corr m s XV* isse *Sab:* ᵉsse *P* 14 Orco *Sab:* origo *P* conciliasse *scripsi:* conciliare *P* foeturae *Sab:* futurae *P* 16 late *P corr c'* r*atio *P* 18 solemne *P corr c'* 19 sofisticarum *P* 20 disputationem *P corr c'* non quibus *Sab:* non quibus non *P* 22 indecorum est, itum est *scripsi:* indecorum est (*in mg* ·:) *P* inclinatum est *Gel* decursum est *Salm* indecorum est, itum *Stewechius* indecorat, itum est *Hildebrandius* 23 subiicerentur *Sab* decori* *P* decoris *c'* 24 interpraetatio *P* 25 aliis *P corr* uestris *scripsi:* uanis *P*

tendimus impieque tractari, quod scriptum est, quod auditur accipere nec curare in abdito quid sit, cum contumelia numinum non in obscura sensuum mente sed in uerborum eminentium significatione teneatur. ac ne tamen uideamur inspicere quale sit istud quod dicitur nolle, primum illud a uobis, si modo commodare patientiam uultis, exquirimus [primum]: allegorico genere uel scripta haec esse uel eo demum modo intellegi oportere, unde est uobis cognitum uel unde intimatum? in consilium scriptores aduocauere uos? an tum in eorum pectoribus latitabatis, cum pro aliis res alias interiore ueritate operta subdebant? deinde si illi rationis alicuius causa et religionis metu mysteria illa conuoluere tenebrosa obscuritate uoluerunt, quantum uobis audaciae est, ut quod illi noluerunt uos uelitis intellegere, uos scire et cunctorum substernere notioni quod illi frustra uerbis minime uerum significantibus occulerunt?

34 sed ut uobis adsentiamur in fabulis his omnibus ceruas pro Iphigeniis dici, unde tamen uobis liquet, cum allegorias istas uel explanare uelitis uel pandere, eadem uos interpretari eademque sentire quae sub tacitis cogitationibus ipsis ab historicis sensa sunt nec per uoces proprias, significationibus sed aliis explicata? uos Iouis et Cereris coitum imbrem dicitis dictum telluris in gremium lapsum: potest alius aliud et argutius fingere et ueri
f. 116 cum similitudine suspicari, potest aliud tertius, | potest aliud quartus atque ut se tulerint ingeniorum opinantium qualitates, ita singulae res possunt infinitis interpretationibus explicari. cum enim rebus de occlusis omnis ista quae dicitur allegoria

6 primum *del Meursius* 7 gere *P corr m s XV* eo demum *scripsi:* eodem *P* 9 aduocauere uos? an tum *scripsi:* aduocare uos sutum *P* aduocare? uos scilicet tum *Sab* (in consiliumne uos scriptores) aduocauere? uos scilicet tum *Urs* aduocauere uos? aut tum *Salm* 10 interiore ueritate operta *scripsi:* inter ueritate capta *P* intercepta ueritate *Urs* 11 causa *addidi* 13 quid *Sab* uellitis *P corr r* 13 *sq.* intellegere, uelitis *Meursius* 15 minime *scripsi:* minus *P* 16 ceruas *Gel:* ceruos *P* 17 ifigeniis (ph *et* a *m s XV*) *P* 18 explanatis *Sab* uelitis *addidi* panditis *Sab* interpraetari *P* 19 sentiri *Sab* 21 caereris *P* 22 ueri maiori *?* 23 aliud tertius *P* 24 tulerunt *P corr* 25 interpraetationibus *P* 26 rebus de *scripsi:* rebus *P* e rebus *Gel* rebus ab *Hildebrandius* ista quae *Sab, r:* itaq. *P*

sumatur nec habeat finem certum in quo rei quae dicitur sit
fixa atque immota sententia, unicuique liberum est in id quo
uelit adtrahere lectionem et adfirmare id positum in quod eum
sua suspicio et coniectura opinabilis duxerit. quod cum ita se
habeat, qui potestis res certas rebus ab dubiis sumere atque
unam adiungere significationem dicto quod per modos uideatis
innumeros expositionum uarietate deduci? denique si adcom- **35**
modum ducitis, etiam illud a uobis repetita interrogatione con-
quirimus, omnesne has fabulas existimetis id est singulas totas
ambifarias ac bilingues et uersipellibus esse scriptas modis
an alias earum partes nihil ambiguum dicere, alias uero multi-
fidas atque allegorici tegminis superiectione uelatas? si enim
ad finem a capite textus omnis expositionis et series obten-
tionibus allegoricis clausa sunt, edissertate, monstrate, quid pro
rebus singulis, quas unaquaeque eloquitur fabula, supponere
debeamus et promere quasque in res alias atque intellegentias
uocare. ut enim Iouem pro pluuia, Cererem uerbi causa pro
terra uultis audire et pro Libera ac patre Dite submersionem
seminis atque † iactu, ita dicere uos conuenit, quid pro tauro
| debeamus accipere, quid pro indignatione Cereris atque ira, f. 116v
quid sibi uelit Brimo uerbum, quid Iouis sollicitì supplicatio,
quid allegati caelites nec auditi, quid exsectus aries, quid
exsecti arietis proles, quid satisfactio his facta, quid quae
rursus gesta sunt libidine obsceniore cum filia? consimiliter
et in altera fabula Hennae nemus et flores quid sint, quid
sumptus ignis ex Aetna conprehensaeque isto faces, quid pera-

1 quae *Sab, r:* qui *P* set *P corr c'* 2 quod *Sab* 3 uellit *P* 5 a *Sab* 8 ductis *P corr c'* 9 omnesne *Heraldus:* omnes de *P* his *c', Sab* dis *Meursius* id est singulas *del Meursius* 10 ambifarias *Sab:* anbifarias *P* 11 anbiguum *P* 16 intelligentias *Sab*: intellegentia *P* 17 uocare *Sab:* uacare *P* uebi *P corr* 18 Libera *r, H. Grotius:* libero *P* 19 iactum *Sab, r* 21 uaelit *P corr* Brimo *Guil. Canterus:* primo *P* 22 alligati *P corr c* 23 que *P corr c'* 25 Hennae *Salm:* henna *P* Ennaea *Sab* nemus *Sab:* demus *P* 26 etna *P* conpraehensaequae *P* istae *Sab*

gratio cum his orbis, quid Attica regio, quid Eleusinius pagus, quid Baubonis tugurium atque hospitium rusticanum, quid cyceonis significet potio, quid aspernatio potionis, quid nouatio et reuelatio pudendorum, quid spectaculi flagitiosa dulcedo et ex remediis talibus orbitatis obliuio comparata? quodsi pro his omnibus quod oporteat subici rerum immutatione monstratis, erit ut uobis adsensum super tali adseueratione tribuamus: sin autem singula singulis neque potestis supponere nec alterum in sensum rerum uocare contextum, quid allegoricis obscuritatibus oneratis id quod simpliciter scriptum est et **36** communem ad intellegentiam publicatum? nisi forte dicetis non toto in historiae corpore allegorias has esse, ceterum partes alias esse communiter scriptas, alias uero dupliciter et ambifaria obtentione uelatas. urbana est ista subtilitas, set quibuslibet brutis patens. nam quia cuncta quae scripta sunt inexpeditissimum uobis est traducere inuertere deriuare, eligitis f. 117 quaedam uestrae conuenientia uoluntati | et ex ipsis optinere contenditis nothas atque adulteras lectiones interiori esse superpositas ueritati. quod tamen ut uobis ita sese habere quemadmodum dicitis adnuamus, qui scitis aut unde cognoscitis, utra pars sit sententiis historiae scripta simplicibus, utra uero sit dissonis atque alienis significationibus tecta? potest enim fieri, ut quod uos existimatis sic esse aliter se habeat, ut quod aliter creditis conceptionibus aliis contrariisque prolatum sit. ubi enim dicitur in unius materiae corpore pars esse allegorice scripta, indubitabili altera sermone rectoque, nec inest in re signum quo differitas indicari ambiguorum

2 baubois *P corr c* rusticanum *Sab:* rusticano *P* rusticana *Salm* 3 signifigest *P corr c'* pontio *P corr c'* 8 singulis *Salm:* in singulis *P* supponere *Meursius:* opponere *P* nec ad *Gel* 9 alterum *om Gel* ad uerum *Meursius* in sensum *add Salm* allegoriis obscuratis *Sab* 10 oneratis *scripsi:* honestis *P* honestatis *Hildebrandius* 12 caeterum *Sab:* *ceterarum *P* 14 sed *Oehlerus:* et *P* at *C. Barthius* 17 conuenientiae *Sab corr in err* 18 nothas *Sab:* notas *P* interiori *Sab in err:* interiores *P* interioris *Sab* 19 superpositas *Sab:* superposita *P* 23 potes *P corr* 24 aut *Sab* 26 *allegarice *P corr r* 27 differentia *Sab* indiciari *P corr r* iudicari *Sab* ambiguiorum *P corr r*

possit simpliciterque dictorum, tam potest quod simplex est
ambiformiter dictum existimari quam quod ambigue scriptum
est reclusis esse obtentionibus credi. quod quidem quo genere
aut fiat aut fieri posse credatur, intellegere confitemur minime
nos posse. inspiciamus enim quod dicitur hoc modo. in nemore, 37
inquit, Hennensi quondam flores Proserpina lectitabat uirago.
integrum adhuc istud est et recta pronuntiatione prolatum:
nam et nemus et flores quid sint, quid Proserpina, quid uirago,
cunctis indubitabiliter notum est. emicuit Summanus e terris
curru quadriiugo uectitatus. simplex et hoc aeque est: nam
quadrigae, currus atque Summanus interpretationem desiderant
nullam. inprouisus Proserpinam rapuit et sub terras secum
auexit. seminis, inquit, abstrusio raptione in Proserpinae nun-
cupatur. quid | accidit, quaeso, ut in aliud subito conuertere- f. 117v
tur historia, semen Proserpina diceretur, ut quae uirago iam-
dudum florum in lectionibus habebatur, postquam sublata et
rapta est, significationem coeperit habere sementis? Iuppiter,
inquit, in taurum uersus concubitum matris suae Cereris appe-
tiuit: ut expositum supra est, nominibus his tellus et labens
pluuia nuncupatur. legem allegoricam uideo tenebrosis ambi-
guitatibus explicatam. irata Ceres est et exarsit et arietis
proles pro poena atque ultione suscepit. hoc iterum uideo
communibus in proloquiis promptum: nam et ira et [testes]
satisfactio suis moribus et condicionibus dicta sunt. quid
ergo hic accidit, ut ab Ioue, qui pluuia, et ab Cerere, quae
appellata est terra, res transiret ad uerum Iouem atque ad

1 simpliciterque *P* quod *Sab:* quam *P* 5 nos *Salm:* non *P* *om Sab* 6 Ennensi *Sab* lectitabat uirago *Urs:* lectitabat *P* ad huc uirago lectitabat *Meursius* 9 Summanus *Sab:* submanus *P* 11 summanus (sum *in* sub *corr*) *P* interpretationem *P* desiderant *Sab, r:* desiderat *P* 12 terras *Sab:* terra *P* 13 abstrusio *Sab, r:* abstrusior *P* 14 alit *P corr* 16 sublatam *P corr c'* 18 concubitum *Sab:* coincubitum *P* q̃oincubitum *c* caereris *P* appetibit *P corr c'* 20 plubia *P* lectionem ? 21 caeres *P* arietes *P corr c'* 23 testes *seclusit Zinkius* testibus *Vahlenus* 24 suis *scripsi:* suis is *P* suis hic *Sab* nominibus *Urs* dictionibus *Urs* 25 plubia *P corr* 26 uerbum *Meursius*

38 rerum simplicissimam dictionem? aut igitur debent allegorico genere omnia esse scripta et posita demonstrandaque uniuersa nobis, aut genere isto conscriptum est nihil, quoniam esse quod concretum quasi parte ex historia sit parte ex allegoria non uidetur. allegorico genere scripta sunt haec omnia. minime istud uidetur certum. qua quaeritis ratione, qua causa? quia omne quod gestum est et in alicuius operis euidentia constitutum conuersionem non potest in allegoricam duci; neque enim potest infectum esse quod factum est aut rei gestae natura in alienam potest degenerare naturam. numquid bellum Iliacum in Socraticam uerti condemnationem potest, aut pugna illa Cannensis proscriptio fieri crudelitasque Syllana? potest qui-
f. 118 dem proscriptio, quemadmodum | Tullius ludit, pugna dici appellarique Cannensis, sed quae gesta est dudum pugna, pugna esse non potest eademque proscriptio; neque enim quod gestum est potest aliud ut dixi quam id esse quod gestum est, aut in alienam migrare substantiam id quod in ui propria atque in
39 sui generis qualitate defixum est. unde igitur probamus historias has omnes rerum esse gestarum conscriptiones? ex sollemnibus scilicet sacris atque initiorum mysteriis, uel quae statis fiunt temporibus ac diebus uel quae in abdito tradunt gentes moris proprii perpetuitate seruata. neque enim credendum est sine suis originibus haec esse, frustra atque inaniter fieri nec habere coniunctas primis institutionibus causas. pinus illa, sollemniter quae in matris infertur sanctum deum, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis uirum demessis genitalibus abstulit et quam memorant diuam in solatium sui consecrauisse maeroris? phallorum illa fascinorumque subrectio,

13 Cic. pro Rosc. Amer. 89

1 rerum] Cererem *Meursius* 2 demonstrandaquę *P corr* 4 concretum *scripsi:* creditur *P* historia *scripsi:* historiae *P* sit parte ex allegoria *addidi* 6 qua quaeritis *Oehlerus:* quaeritis *P* quaeritis qua *Sab* 7 constutum *P corr c'* constitutum est *Sab* 8 conuersione *Urs* allegoriam *Urs* 14 pugna, pugna *Urs:* pugna *P* 15 eademque *Sab:* eadem eademque *P* 21 gentes (*uel* initiatis) *Urs:* genitis *P* traduntur initiatis *Salm* 23 inaniter *Urs:* inaia *P* inania *Sab, r* 25 deum *Meursius:* deae *P* 27 memorant* *P* 28 phallorum *Salm:* fallorum *P* ithyphallorum *Sab*

quos ritibus annuis adorat et concelebrat Graecia. nonne illius facinoris similitudinem refert quo se ab debito Liber liberauit? Eleusinia illa mysteria et sacrorum reconditi ritus cuius memoriam continent? nonne illius erroris quo in filiae conquisitione Ceres, fessa oras ut uenit ad Atticas, triticeas attulit fruges, Nebridarum familiam pellicula cohonestauit hinnulae et illud spectaculum maximum Baubonis in inguinibus risit? aut si | alia causa est, nihil ad nos istud, dummodo e causa f. 118ᵇ cuncta ista confiant. neque enim credibile est nullis antecedentibus causis suscepta haec esse, aut insanire iudicandum est Atticos, qui sibi ritum religionis adfinxerint conflatum rationibus nullis. quod si liquet et constat, id est si e rebus actis mysteriorum causae atque origines effluunt, in allegoricas species nulla possunt conuersione traduci. quod enim factum, gestum est, infectum non potest fieri rerum prohibente natura. et tamen ut uobis ita se habere adsentiamur res istas, id est **40** ut historiae aliud uerbis sonent, nescio quid aliud more hariolantium dicant, ita non animaduertitis, non uidetis, quanta istud dicatur et * cum ignominia fieri contumeliaque diuorum? an iniuria grauior ulla potis est reperiri, quam terram et pluuiam uel quodlibet aliud — nihil enim refert quae fiat interpretatione conuersio — Iouis et Cereris dicere atque appellare concubitum et cum deorum criminibus labem imbris e caelo et telluris significare madorem? potest inreligiosius quippiam uel existimari uel credi quam semina terris mersa uel quodlibet aliud — nihil enim similiter refert — raptum Proserpinae dicere et cum nota Ditis patris rei rusticae de opere proloqui? nonne milies optatius fuit elinguem fieri atque mu-

1 qos *P corr* ·ritibus *P* 2 a *Sab* Liber *add Sab*
5 caeres *P* tritticias *P corr c'* tritriceas *Sab* 6 nebridiantium ?
pelliculam *P corr* hinnulea *Urs* 8 e causa *scripsi:* causa *P om*
Salm 11 rium *P corr* affinxerint *Meursius:* adfixerint *P*
12 e rebus *Urs:* rebus *P* 13 efflunt *P corr* 15 infestum *P corr c'*
16 ita *Sab, r:* ista *P* itas *P corr* 18 animad*uer*tis *P corr*
inpietate *uel similem uocem ante* quanta *intercidisse putat Zinkius*
19 *lacunam signaui: intercidit u. c.* insinuetur 20 potes *P corr*
21 interpretatione *P* 22 caereris *P* 24 madorem *P* 25 seminia
P corr 27 Ditis *Sab, r:* diti *P* de opere *r:* de operi *P* dei *Sab*

tum, quam scaturriginem istam uocis et strepitum foedae loquacitatis emittere, quam deorum nominibus res appellare
f. 119 tur|pissimas, quinimmo turpibus deorum factis negotia signifi-
41 care uolgaria? antea mos fuerat in allegorica dictione honestissimis sensibus obumbrare res turpes et foeda prolatu honestorum conuestirier dignitate. at uero uobis auctoribus per turpitudinem dicuntur res graues et castitate pollentia obscenis commemorantur in uocibus, ut quod olim grauitas foedorum uerecundia contegebat nunc uerniliter turpiterque dicatur dignorum elocutione mutata. quod in adulterio dicimus Martem, inquit, et Venerem Vulcani esse circumretitos arte, cupiditatem dicimus atque iram ui pressas consilioque rationis. quid enim prohibebat, quid obstabat, suis unamquamque rem uerbis et suis significationibus promere? immo quid urguebat, cum nescio quid indicare per commentarios et scripta uoluisses, nolle illud intellegi quod indicares, sed contrarias res simul una expositione suscipere, studium docere cupientis et nolentis ostendere malignitatem? an deos adulteros dicere periculum habuit nullum, prolatio cupidinis atque irae linguam et os fuerat obsceno coinquinatura contactu? quod si utique fieret et allegoricae caecitatis obumbratio tolleretur, et facilis ad discendum res esset et deorum dignitas conseruaretur inlaesa. nunc uero cum dicitur in Martis et in Veneris uinctione uitiorum esse significata compressio, peruersissimae res duae simul isdem temporibus fiunt, ut et foedorum species intellectum subiciat ho-

1 quam] atque *Sab* foede *P* 2 emittere *Stewechius:* amittere *P* 4 bulgaria *P corr c'* allegoricas dictiones *omisso* in *Sab* 5 obumbrari *Meursius* foeda *scripsi:* foedas *P* 6 conuestirier *Sab, r:* conuectirier *P* 8 commemorantur *Sab in err:* commorantur *P* prauitas *Salm* foedorum *Meursius:* foederum *P* foedae rei *Sab* 9 contegebatur *Sab* uerniliter *r:* uiriliter *P* scurriliter *Sab* dignorum] digna res *Sab* 13 unumquamque *P corr c* 14 urgebat eum *Sab* 15 uoluisses *Salm:* uoluisse *P* uoluisset *Gel* 16 indicaris *sic Salm:* indicare *P* indicaret *Sab* 18 ullum *Meursius* 19 *cupidinis *P* fuerat *scripsi:* fuerant *P* 22 conseruaretur *Sab:* conseruatur *P* 25 ut *Sab:* ui *P* foedorum *Meursius:* foede rẽ *P* foedae rei *Sab*

nestatis et prius animum turpitudo quam religionis alicuius f. 119v
perstringat auctoritas. nisi forte dicetis — hoc enim solum restat, 42
quod a uobis posse uideatur opponi — deos sua mysteria nolle ab hominibus sciri et idcirco historias ambagibus esse allegoricis scriptas. et unde uobis est liquidum, quod hominibus superi nolint sua mysteria publicari? unde illa uos scitis aut cur ea dissoluere in allegoriarum explanatione curatis? ad extremum et ultimum quid sibi dii uolunt, ut honesta cum nolint. turpissima de se dici atque indecora patiantur? Attidem. cum nominamus, solem, inquit, significamus et dicimus: sed si Attis sol est, quemadmodum commemoratis et dicitis, quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum uestrae produnt atque indicant litterae, quem passum esse res certas, fecisse item res certas, quem in spectaculis ludicris theatra uniuersa nouerunt, cui inter sacros cultus res uidemus fieri specialiter annuas nominatimque diuinas? utrumne ab sole ad hominem an ab homine ad solem uocabuli huius facta translatio est? si enim nomen istud principali erat ab origine solis, quid tandem de uobis sol aureus meruit, ut ei cum semiuiro faceretis uocabulum istud esse commune? sin hirquinum et Phrygium est, quid Phaethontis genitor, pater huius luminis et claritatis admisit, ut abciso ab homine dignus uideretur uocari
et augustior fieret euirati corporis nuncupatione signatus? sed 43
quid sit istud, iam promptum est omnibus. nam quia talium scriptorum historiarumque uos pudet nec aboleri uidetis posse
ea quae sunt | foede semel in commentarios relata, nitimini f. 120
cohonestare res turpes atque omnibus argutiarum modis pro rebus subditis uerborum inuertitis corrumpitisque naturas atque ut olim accidere male sanis adsolet, quorum turbida uis morbi

4 sciri *Sab:* scire *P* 7 explanationem *Sab* 8 di: *P* 9 paciantur *P corr* 11 commemoratis *Canterus:* .communeratis *P* 18 principali erat *Oehlerus:* principaliter *P* ab *del Oehlerus* habet *Sab* originem *Sab* quid *Sab:* qui *P* 20 esse commune? sin *Sab:* se communes in *P* 22 abscisso *Sab* 23 euirati *Sab. r:* et uirati *P* 24 quia *P* dalium *P corr* 25 historiarumque uos *Sab:* historiarum quos *P* 26 relata *Sab:* relatae *P* 28 inuertictis *P corr* corrumpitisquae *P corr* 29 turbida *Sab:* turpida *P*

sensum atque intellegentiam depulit, confusa atque incerta iactatis et inanium per rerum figmenta bacchamini. esto: in Iouis et Cereris coetu inrigatio sit significata telluris, occultatio seminis patris in Ditis raptu, uina per terras sparsa distractis in uisceribus Liberi, cupiditatis et temeritatis conpressio colli-
44 gatio dicta sit adulterorum Veneris atque Martis. sed si fabulas has uultis more esse allegorico scriptas, quid ceteris fiet, quas non uidemus posse uersuras in huiusmodi cogi? quid enim subiciemus pro illis fluctibus, quos super aggerem tumuli Semeleiae subolis urigo contorsit? et quid pro illis Ganymedibus raptis atque in libidinum ministeria substitutis? quid pro illa conuersione formiculae, in quam Iuppiter maximus uastitatis suae liniamenta contraxit? quid pro cycnis et satyris? quid pro aureis imbribus, in quos idem se pellax fraude induit perfida formarum uarietatibus ludens? ac ne de Ioue solo loqui uideamur uoluisse, in amoribus numinum reliquorum esse allegoriae quae possunt, quae in mercennariis condicionibus ac seruitutibus, quae in uinculis orbitatibus planctibus, quae in cruciatibus uulneribus sepulcris? in quo cum unam contrahere
f. 120ᵇ possetis culpam, conscriptione de superis tali addidistis, | ut dicitur, garo gerem, cum deorum nominibus appellauistis res turpes et uocabulis rursus deos rerum coinquinauistis infamium. quod si adesse hic eos aut esse illos uspiam cognitione indubitabili crederetis, in mentione illorum facienda praestringeret uos metus et tamquam uos audirent uestrasque acciperent

2 baccamini *P* 3 coitu *Sab* occultatio *Gel:* occupatio *P* 4 uina *Sab:* uiua *P* 5 Liberi *Sab:* liberis *P* compressio *Sab:* inpraessio *P* 6 adulteriorum *Sab* 9 fustibus *Sab* quos *Sab:* quod *P* 10 semeleiae *Sab*: semelectae (c *eras*) *P* urigo *Meursius:* origo *P* prurigo *Urs* 11 raptis *L. Fruterius*, *Urs:* partis *P* ministeria *P. Iunius:* magisteria *P* 13 satyris *Sab:* saturis *P* 18 seruitutibus *Sab in err:* seruitutis *P* 19 sepulchris *Sab:* sepultis *P* 20 conscriptioni *Urs* tali *Sab:* talia *P* 21 garo gerem] gangrenam *Sab* gerrem *Salm* 22 conquinauistis *Sab* 23 us∗pium *P corr c'* 24 crederetis *Sab:* deretis (*in mg* ∴) *P* 25 aᵘdirent *P*

uoces ita credi oportuit et haberi in cogitatione defixum. apud
enim homines officiosis religionibus deditos non ipsi dii tantum
uerum etiam nomina debent esse deorum reuerenda. quantumque
est in ipsis qui censentur his nominibus, tantum esse par est
in eorum appellationibus dignitatis. da ueram iudicii formam. et 45
in illa eritis reprehensionis parte, quod in usu sermonis uestri
Martem pro pugna appellatis. pro aquis Neptunum. Liberum
patrem pro uino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine,
pro obscenis libidinibus Venerem. quae est enim ratio, ut cum
suis censeri appellationibus res possint, nominibus cognomi-
nentur deorum, et ea fiat numinibus contumelia quam nec
homines sustinemus, si nostra quis nomina res ducat atque
inuertat in friuolas? sed oratio sordida est, uerbis fuerit
polluta si talibus. uerecundia * ac laude condigna! erubes-
citis panem et uinum nominare et pro coitu Venerem non
metuitis dicere.

1 difixum *P corr c* 4 hes *P* 5 da] ad *Sab* uerum *Meursius* 6 eritis *scripsi:* estis *P* 7 *pugna *P* *aquis *P* 8 panem *P corr* staminem *P corr* 9 libidinis *Sab* 13 tribolas *P* 14 uerecunda *Salm.* *lacunam signaui* ac *om. Gel* haec *Meursius* o *uel* ecce *Oehlerus al. Vahlenus* 15 panem *Sab. r:* pane *P* 16 ARNOBII. LIBER QUINTUS EXP INCIPIT LIBER SEXTUS | .FELICITER.

LIBER SEXTVS

f. 121 | Nunc quoniam summatim ostendimus, quam impias de diis
1 uestris opinionum constitueritis infamias, sequitur ut de templis,
de simulacris etiam sacrificiisque dicamus deque alia serie
quae his rebus adnexa est et uicina copulatione coniuncta. in
hac enim consuestis parte crimen nobis maximum impietatis
adfigere, quod neque aedes sacras uenerationis ad officia con-
struamus, non deorum alicuius simulacrum constituamus aut
formam, non altaria fabricemus, non aras, non caesorum san-
guinem animantium demus, non tura neque fruges salsas, non
denique uinum liquens paterarum effusionibus inferamus. quae
quidem nos cessamus non ideo uel exaedificare uel facere,
tamquam inpias geramus et scelerosas mentes aut aliquem
sumpserimus temeraria in deos desperatione contemptum, sed
quod eos arbitramur et credimus — si modo dii certi sunt et
nominis huius eminentia praediti — honorum haec genera aut
risui habere si rideant aut indigne perpeti si motibus exaspe-
2 rentur irarum. ut enim noscatis, quid de isto nomine sentia-
mus iudiciique simus cuius, existimamus nos eos, si modo dii
certi sunt, ut eadem rursus satiateque dicantur, cunctarum
esse debere perfectarumque uirtutum, sapientes iustos graues,
si modo nulla est culpa, quod eos laudibus adcumulamus hu-
manis, intestinis pollentes bonis, nec extraneis adminiculis
adicere quo illis integritas inoffensae beatitudinis conpleatur,

3 insanias *Urs* 4 seriae *P corr c'* 7 affingere *Urs* 12 *cessamus *P* 15 deos *Sab* 17 indignae *P* 20 sociateque *Sab* 22 adculamus *P corr* 23 nec se . . . addicere *Stewechius* se addicere *Salm* 24 adicere *Vahlenus:* addicere *P* indigere *Gel* quo *Urs:* quod *P*

ab adfectibus cunctis et cunctis perturbationibus | liberos non f. 121v ira efferuere, non ullis cupiditatibus excitari, calamitatem inrogare nullis, non ex malis hominum crudelem accipere uoluptatem, non terrere portentis, non prodigiosas ostentare formidines, non uotorum debitis habere obnoxios et obligatos, nec piaculares hostias signis minacibus postulare, non pestilentias, non morbos corruptione aeris inducere, non adurere siccitatibus fruges, non caedibus interesse bellorum, non urbium stragibus, non aduersa his uelle, non illorum commoditatibus suffragari: sed, quod magnarum est mentium, pari pendere cunctos lance et indiuiduas cunctis beniuolentias exhibere. caduci enim generis et infirmitatis humanae est, contraria his agere: eosque quos tangat adfectio pati dolere deminui sapientium scita et pronuntiata definiunt nec posse aliter fieri, quin legibus mortalitatis adstricti sint qui sint ullis perturbationibus mancipati. quod cum ita se habeat, qui possumus iudicari deos habere contemptui, quos, nisi sunt recti et magnarum mentium admiratione laudabiles, deos negamus existimari nec potestatibus posse caelitibus applicari? sed templa illis 3 extruimus nulla nec eorum effigies adoramus, non mactamus hostias, non tura ac uina libamus. et quid amplius possumus uel honoris eis attribuere uel dignitatis, quam quod eos in ea ponimus parte qua rerum caput ac dominum summumque ipsum regem, cui debent di una nobiscum, quod esse se sentiunt et uitali in substantia contineri? | numquid enim delu- f. 122 bris aut templorum eum constructionibus honoramus? numquid ei hostias caedimus? numquid alias res damus, quas libare, profundere non est rationis expensae sed tracti per consuetudinem moris? etenim plena dementia est, necessitatibus tuis

2 ita *Sab* excitari *Sab:* excitare *P* 8 cedibus *P* 9 stragibus *P* 10 suffragiari *P corr* *men*tium *P* 11 beneuolentias (ne *ex* ni *corr*) *P* 12 contraria his *Zinkius:* contrariis *P* 13 egere *Sab* *quos *P* dolere *Urs:* dolore *P* dolorem *Sab* deminui* *P* diminui *Sab* 18 existimari *scripsi:* existere *P* 19 coelitibus *Salm:* caelitus *P* coelitum *Gel* 24 dii una *Meursius:* diuina *P* 26 emplorum *P corr* 27 ei *Gel:* et *P* cedimus *P*

potentiora metiri et quae tibi sint usui datoribus diis dare, et honorem istum, non contumeliam ducere. templa igitur, quaerimus, in deorum quos usus aut in rei cuius necessitatem aut dicitis esse constructa aut esse rursus aedificanda censetis? hiemalia sentiunt frigora aut solibus torrentur aestiuis, pluuialibus nimbis perfluunt, uentorum eos aut turbines uexant, incursionem pati periclitantur hostilem ferarum aut rabidos adpetitus, ut merito illos conueniat tectorum munitionibus claudere, saxorum aut obiectione tutari? templa enim haec quid sunt? si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane atque amplum: si deorum potentiam metiaris, successus quidam parui atque ut uerius eloquar genus angustissimum cauernarum paupertini cordis excogitatione suspensum. quorum si quaeris audire quis prior fuerit institutor, quis fabricator, aut Phoroneus, Aegyptius aut Merops tibi fuisse monstrabitur, aut ut tradit in Admirandis Varro, Iouis progenies Aeacus. sint ergo haec licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus f. 122b aut renideant aureis, splendeant hic gemmae | et sidereos euomant uariata interstinctione fulgores: terra sunt haec omnia et ex faece ultima uilioris materiae concreta. neque enim si uos ea pretiis carioribus penditis, delectari credendum est his deos nec recusare nec spernere quo minus se saepiant et eorum obiectibus coerceantur inclusi. templum, inquit, hoc Martis est, hoc Iunonis et Veneris, hoc Herculis Apollinis Ditis. quid est aliud dicere, quam domus haec Martis est, haec Iunonis et Veneris, Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, in illa Summanus? ita non prima et maxima contumelia est, habitationibus deos habere districtos, tuguriola his dare, con-

14 sq. Clemens Alex. protr. 3, 44

3 re *P corr c'* 4 constructa *Sab:* conscripta *P* 5 torrentur *Sab:* terrentur *P* 6 perfluunt *Sab:* perfluunt *P* 11 potentia *Salm* 14 institutor, quis *om Sab* 15 foroneus *P* Merops *Sab in err:* merobs *P* aut *add Canterus, Urs* 17 molibus *Sab:* mobilibus *P* 19 interstinctione *Salm:* interstictione *P* interstitione *Sab* 22 sepiant *Sab:* saepiunt *P* 23 obiectionibus *Sab* 24 *sqq.* hoc Herculis . . . Veneris *om Sab* 26 in hoc *Sab* 27 in *add Oehlerus* illo *Sab* ista *Sab* summamus *P corr* 28 districtos *Sab:* destructos *P*

clauia et cellulas fabricari et eis existimare necessarias res esse, quae hominibus, felibus, quae sunt formiculis et lacertis, quae fugacibus, pauidis atque exiguis muribus? sed non, inquit. 4
idcirco adtribuimus diis templa tamquam umidos ab his imbres uentos pluuias arceamus aut soles, sed ut eos possimus coram et comminus contueri, adfari de proximo et cum praesentibus quodammodo uenerationum conloquia miscere. sub axe enim nudo et sub aetherio tegmine inuocati si fuerint, nihil audiunt, et nisi de proximo admoueantur his preces, tamquam nihil dicatur, obstructi atque immobiles stabunt. atquin nos arbitramur omnem deum omnino, si modo nominis huius ui pollet, ex quacumque mundi parte quod quisque fuerit locutus, tamquam si sit praesens, audire debere, immo quod quisque conceperit | sub obscuris et tacitis sensibus, cognitione antici- f. 123
pata praesumere. atque ut astra sol luna, cum supra terras meant, omnibus omnino cernentibus statim sunt et ubique praesentes, ita quoque conuenit audientiam numinum nulli esse clausam linguae semperque esse praesentem, quamuis ad eam uoces regionibus ex distantibus confluant. hoc est enim proprium deorum, conplere omnia ui sua, non partiliter uspiam sed ubique esse totos, non adesse non abesse, non cenatum ad Aethiopas pergere et post dies bis senos priuatum ad domicilium redire. quod si ita non erit, tollitur omnis spes opis et erit 5
in dubio, audiamini ab dis necne, si quando res sacras caerimoniarum conficitis debitis. constituamus enim noscendae rei causa templum numinis alicuius esse apud Canarias insulas, eiusdem apud ultimam Thylen, eiusdem apud Seras esse, apud furuos Garamantas et si qui sunt alii quos ab sui notitia maria montes siluae et quadrini disterminant cardines: si omnes uno in tempore rebus diuinis factis, quod sua quosque

1 existimare *Urs:* existimari *P* 6 conturi *P corr c* paesentibus *P corr c'* 10 adquin *P* 11 ui *Sab:* ut *P* 16 ubique **** *P* 17 ita quoque *Sab:* itaque *P* 20 sua non *in ras P* 21 **esse *P* totus *P corr* 23 et *sup. uers. P* 24 audiamini *Urs:* audiamur *P* dis (i *in* ii *corr*) *P* 27 Thyle *Sab:* thyleni *P*

necessitas rogitare compellit, poscant *que de numine, referendi beneficii quaenam omnibus spes erit, si non undique ad se missam uocem deus exaudiet et erit ulla longinquitas, quo penetrare non possit auxilium poscentis oratio? aut enim nullis erit in partibus praesens, si uspiam poterit aliquando non esse, aut aderit unis tantum, quoniam praebere communiter suum
f. 123b non potest atque indiscretus auditum. | atque ita perficitur, ut aut nullis deus opituletur omnino, si occupatus re aliqua ad audiendas uoces non quiuerit aduolare, aut exauditi tantum-
6 modo uni abeant soli, nihil egerint ceteri. quid quod multa ex his templa, quae tholis sunt aureis et sublimibus elata fastigiis, auctorum conscriptionibus conprobatur contegere cineres atque ossa et functorum corporum sepulturas esse? nonne patet et promptum est aut pro dis immortalibus mortuos uos colere aut inexpiabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra et templa mortuorum superlata sunt bustis? in historiarum Antiochus nono Athenis in Mineruio memorat Cecropem esse mandatum terrae, in templo rursus eiusdem, quod in arce Larisae est, esse conditus scribitur atque indicatur Acrisius, Erichthonius Poliadis in fano, Dairas et Immaradus fratres in Eleusinio consaepto, quod ciuitati subiectum est. quid Celei uirgines? non in Cereris Eleusiniae humationis habuisse perhibentur officia? non in Dianae delubro, quod in Apollinis constitutum est Delii, Hyperoche Laodiceque, quas aduectas illuc esse finibus ex Hyperboreis indicatur? in Didymaeo Milesio

10 sqq. l. c. 3, 44 sq.

1 rogitare *Urs:* cogitarėt *in mg* ∵ *P* cogitare *Sab* *lacunam signaui* que *om Sab* 7 at ita *Sab* 9 quiberit *P corr* 13 corporum *scripsi:* esse corporum *P* ėsse *del Sab in err* 14 diis *c'* 17 anchus *P corr c* cec*ropem *P* 19 est, esse *scripsi:* esse *P* est *Sab in err* conditis *P corr* 20 ericthonius *P* Immaradus *scripsi:* inmarachus *P* inmarnachus *c'* Immarnachus *Sab* Immarus *Salm* 20 *sq.* in eleusinio *r:* in eleusino *P* Ineleus in *Sab* in Eleusinis *Gel* 21 ciuitati *Sab:* ciuitatis *P* Celei *Gel*, *r:* elei *P* 22 Eleusinae *Sab* humationis habuisse *Heraldus:* humationibus *P* humatae habere *Gel* humationis sortitae *Urs* 23 officia *Gel:* officio *P* constitu *P corr c* 24 Hyperoche *Hildebrandius:* hyperochae *P* Hyperocha *Sab* Laodiceque *Gel:* laudiceque (que *ex* quae) *P* Elaudiceque *Sab* 25 dydymeo *P*

Cleochum dicit habuisse suprema Leandrius funeris. Leucophrynae monumentum in fano apud Magnesiam Dianae esse Myndius profitetur ac memorat Zeno. sub Apollinis arula, quae Telmessi apud oppidum uisitur, Telmessum esse conditum uatem non scriptis constantibus indicatur? Ptolomaeus Agesarchi de Philopatore quem edidit primo Cinyram regem Paphi cum familia omni sua, immo cum omni prosapia in Veneris S. 124
templo situm esse litterarum auctoritate declarat. infinitum est et inmensum, quibus quique in fanis toto sint in orbe describere, nec exactam desiderat curam — quamuis poenam constituerit Aegyptus in eum qui publicasset quibus Apis iaceret absconditus — polyandria illa Varronis quibus templis contegantur quasque in se habeant superlati ponderis moles. sed quid ego haec parua? regnatoris in populi Capitolio 7
qui est hominum qui ignoret Oli esse sepulchrum Vulcentani? quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus caput hominis euolutum non ante plurimum temporis aut solum sine partibus ceteris — hoc enim quidam ferunt — aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? quod si planum fieri testimoniis postulatis auctorum, Sammonicus Granius Valerianus nobis et Fabius indicabunt, cuius Aulus fuerit filius, gentis et nationis cuius, cur manu seruuli uita fuerit spoliatus et lumine, quid de suis commeruerit ciuibus, ut ei sit abnegata telluris patriae sepultura. condiscetis etiam, quamuis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite retecto factum uel in parte qua areae curiosa fuerit obscuritate

1 Cleomachum *Urs* Clearchum *Meursius tamquam e codice* Leandrus *Sab in err* Leucophrynae *Gel:* leucofryne *P* 3 mendius *P corr* 4 Telmessum *Sab, r:* termessum *P* 5 Agesarchi Ptolomaeo *Sab* Agesarchus Ptolemaeo *in err* 6 Philopatore *Sab:* filopatore *P* filopatore *r* Cinyram *Sab:* cynera *P* cynira *r* Paphi *Sab:* papi *P* 8 esse *Sab:* est *P* 9 et *Sab:* et in et *P* 10 exactam *P* quam *Gel* 11 Aegiptius *Sab* 12 barronis *P* 14 in[1] ipsum *Zinkius* Capitolio *Sab in err:* capitolium *P* 15 quis *Sab in err* Oli *Salm:* toli *P* 20 postulatis *P* 21 Valerius Antias *Urs* Aulus, Tobus *Sab* Tolus *in err* 22 cur manu seruuli *Zinkius:* germani seruuli *P* ut a germani seruulo *Gel* ut a germani seruulis *Salm* cuius manibus seruuli *Rigaltius* 24 patriae *Gel:* patientiae *P* paternae *Hildebrandius* 25 retecto *Zinkius:* refecto *P* resecto *Sab in err* 26 areae *Zinkius:* rei *P* arcis *Hildebrandius*

conclusum, ut immobilis uidelicet atque fixa obsignati ominis perpetuitas staret. quod cum opprimi par esset et uetustatis obliteratione celari, conpositio nominis iecit in medium et cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testifica- f. 124b tione procedere, nec erubuit ciuitas maxima et numinum | cunctorum cultrix, cum uocabulum templo daret, ex Oli capite
8 Capitolium quam ex nomine Iouio nuncupare. satis igitur ut opinor ostendimus templa diis immortalibus aut inaniter esse constructa aut contra decus et potentiam creditam contumeliosis opinationibus fabricata. sequitur ut de signis aliquid simulacrisque dicamus, quae multa arte conponitis et religiosa obseruatione curatis. qua in parte si fides est ulla, constituere apud nos ipsos nullis considerationibus possumus, utrumne istud serio et cum proposito faciatis graui an ridendo res ipsas puerili alucinatione ludatis. si enim certum est apud uos deos esse, quos remini atque in summis caeli regionibus degere, quae causa, quae ratio est, ut simulacra ista fingantur a uobis, cum habeatis res certas, quibus preces possitis effundere et auxilium rebus in exigentibus postulare? sin autem non creditis aut, ut mediocriter dicatur, ambigitis, etiam sic ratio quaenam est dubiorum fingere atque instituere simulacra et quod esse non credas uentosa imitatione formare? an numquid dicitis forte, praesentiam uobis quandam his numinum sub exhiberi simulacris, et quia deos uidere non datum est, † eos insolidi et munia officiosa praestari? hoc qui dicit et adserit deos esse non credit, nec habere conuincitur suis religionibus fidem cui opus est uidere quod teneat, ne inane forte sit quod † obscurum
9 non uidetur. deos, inquitis, per simulacra ueneramur. quid ergo? si haec non sint, coli se dii nesciunt nec inpertiri a uobis

1 obsign*ati *P* ominis *Gel:* hominis *P* 4 ^{feci}t *P* 6 Oli *Salm:* soli *P* Toli *Sab* 8 esse *Gel:* iis esse *P* his esse *Sao* 12 fidis *P corr c'* 14 propositos *P corr* grauia *P corr* 18 prece*s *P* 22 formare *Sab:* formari *P* 23 exhiberi *Gel:* exhibere *P* (subexhibere *Sab*) 24 eos insolidi et] eos ita coli et *Gel* eorum in similitudinem *Urs* eos ita coli, iis et *Heraldus* eos sic coli, iis et *Salm* eis sic solum licere *?* 26 regionibus *P corr c'* 27 obscurum] oculorum ui *?*

| ullum sibi existimabunt honorem? per tramites ergo quosdam f. 125 et per quaedam fidei commissa, ut dicitur, uestras sumunt atque accipiunt cultiones, et antequam ii sentiant quibus illud debetur obsequium, simulacris litatis prius et uelut reliquias quasdam aliena ad illos ex auctoritate transmittitis. et quid fieri potis est iniuriosius contumeliosius durius, quam deum alterum scire et rei alteri supplicare? opem sperare de numine et nullius sensus ad effigiem deprecari? nonne illud est, quaeso, quod in uulgaribus prouerbiis dicitur, fabrum caedere cum ferias fullonem, et cum hominis consilium quaeras, ab asellis et porculis agendarum rerum sententias postulare? et unde nouissime **10** scitis, an simulacra haec omnia quae dis inmortalibus uicaria substitutione formatis similitudinem referant habeantque diuinam? potest enim fieri, ut barbatus in caelo sit qui esse a uobis effingitur leuis, potest ut senectute prouectior cui puerilem commodatis aetatem, potest ut hic flauus sit *** qui in ueritate habeat oculos caesios, displosas ut gestitet nares quem esse uos facitis figuratisque nasicam. neque enim rectum est dicere aut appellare simulacrum quod non pariles lineas principali ab ore traducat: quod esse planum et certum manifestis poterit ab rebus agnosci. nam cum omnes homines teretem esse solem indubitabili luminum contemplatione uideamus, os illi uos hominis et mortalium corporum liniamenta donastis. luna semper in motu est et ter denas facies | in restitutione accipit f. 125b menstrua: uobis ducibus et figuratoribus femina est, uultuque est uno quae per habitus mille cottidiana instabilitate mutatur. intellegimus omnes uentos aeris esse fluorem pulsi et mundanis rationibus concitati: per uos hominum formae sunt bucinarum animantes tortus intestinis et domesticis flatibus. inter deos uidemus uestros leonis toruissimam faciem mero oblitam minio

3 hii *P* hi *Sab* 6 pote *Sab* 8 depraecari *P* 9 caedere *Sab in err:* cadere *P* 11 nobissime *P corr* 12 diis *c* 14 barbatus *Sab:* barbarus *P* 15 effingitur *Sab:* effigitur *P* 16 *lacunam signaui* 21 a *Sab* teretem *Sab:* teretum *P* 23 donatis *Sab* 27 pulsos *Sab* 28 concitatos *Sab* b^u^cinarum *P* 29 tortos *r* 30 uestros *om Sab* leonis *Salm:* leones *P* toruissima facie *Sab* oblitam *Salm:* oblita *P*

et nomine † frugiferio nuncupari. si simulacra haec omnia superorum sunt imagines numinum, ergo et in caelo habitare dicendus est deus talis, ad cuius formam et speciem simulacri huius similitudo directa est, et uidelicet ut hic iste, ita illic ille sine reliquo corpore persona est et facies sola, fremibundus hiatibus toruis, dirus sanguineo de colore, † malum dentibus suis comprimens atque ut olim fessi canes linguam ore de patulo † puetuitate proiciens. quod si utique non est, ita ut omnes existimamus non esse, quaenam tanta audacia est, formam tibi quam uolueris fingere ac dicere esse simulacrum
11 dei quem probare non possis ulla esse in parte naturae? ridetis temporibus priscis Persas fluuios coluisse, memorialia ut indicant scripta, informem Arabas lapidem, acinacem Scythiae nationes, ramum pro Cinxia Thespios, lignum Icarios pro Diana indolatum, Pessinuntios silicem pro Deum Matre, pro Marte Romanos hastam, Varronis ut indicant Musae, atque, ut Aethlius memorat, ante usum disciplinamque fictorum pluteum
f. 126 Samios pro Iunone: et abstinetis a risu, cum pro diis | immortalibus sigilliolis hominum et formis supplicatis humanis? quinimmo deos esse sigillaria ipsa censetis, nec praeter haec quicquam uim creditis habere diuinam. quid dicitis, o isti? ergone dii caelites habent aures et tempora, ceruices occipitium

11 sqq. l. c. 4, 46

1 frugiferio *P* frugi serio *Sab* Frugiferi *Salm* θηρίον *in altera scripturae parte latere uidetur* 2 superorum *Urs:* superiorum *P* 5 *sq.* fremebundis hiatibus, toruis rictibus *Salm* 6 toruidis *P* sanguinea *Salm* fremebundus, hiatibus toruidis dirus, sanguineo *uulgo* de colore *Canterus:* decotoro (*in mg* ∴) *P* de gutture *Gel* de ceroto *Rigaltius* decolor ore *Graeuius* malam ? 7 saeuis *C. Barthius* ut olim *add c in lacuna* fessi *Sab:* fesi *P* linguam *Sab:* unquam *P* 8 pituitate *Sab* potus auiditate *Salm* si *Gel:* sic *P* 10 ac dicere *P. Scriuerius:* accidere *P* ac credere *Sab* 12 memorialia *Salm:* memoralia *P* 13 lapidem *Sab in err, r:* lapide *P* 14 nationes *Gel:* nationis *P* cincxia *P* thaespios *P* Procinexi athaespios *Sab* Icarios *Canterus, Urs:* carios *P* 15 matre *Sab:* matre *P* Marte *Sab:* matrẽ *P* 16 Aethlius *Canterus, Urs:* etheclius *P* Ethedius *Sab* 17 pluteum *Canterus, Urs:* puteum *P* 18 abstinetis *Sab:* abstinentis *P*

spinam lumbos latera poplites nates suffragines talos membraque alia cetera, quibus constructi nos sumus et quae prima in parte paulo plenius dicta sunt et scripto uberiore prolata? utinam liceret introspicere sensus uestros recessusque ipsos mentis, quibus uarias uoluitis atque initis obscurissimas cogitationes: reperiremus et uos ipsos eadem sentire quae nos neque alias gerere super numinum figuratione sententias. sed studiis facere quid peruicacibus possumus, quid intentantibus gladios nouasque excogitantibus poenas? minantes adseritis malam scientissimi causam, et quod semel sine ratione fecistis, ne uideamini aliquid aliquando nescisse, defenditis meliusque putatis non uinci quam confessae cedere atque adnuere ueritati. ex huiusmodi causis illud etiam uobis coniuentibus 12
consecutum est, ut in deorum corporibus lasciuiae artificum luderent darentque his formas quae cuilibet tristi possent esse derisui. itaque Hammon cum cornibus iam formatur et fingitur arietinis, Saturnus cum obunca falce custos ruris, ut aliquis ramorum luxuriantium tonsor, cum petaso gnatus Maiae, tamquam uias adgredi praeparet et solem pulueremque declinet, Liber membris cum mollibus et languoris feminei dissolutissimus laxitate, Venus nuda et aperta, | tamquam si illam dicas publicare, diuendere meritorii corporis formam, cum pilleo Vulcanus et malleo, manu liber sed dextera ut fabrili expeditioni succinctus, cum plectro et fidibus Delius, citharistae gestus seruans, cantaturi et nenias histrionis, cum fuscina rex maris, tamquam illi pugna sit gladiatorii obeunda certaminis: neque ullum est reperire figmentum alicuius numinis, quod non habitus

1 lumbo *P corr* suffragines *Gel:* suffraginem *P* 3 prolata *Sab:* prolato *P* 4 liceret *Sab:* licere et *P* et *expunxit r* 6 que *P* 8 quid intentantibus *Gel:* quod intentantibus *P* 9 minantes *Oehlerus:* animantis *P* amentes *Meursius* 11 aliquid *addidi* 13 conibentibus *P* 14 artificum *Sab:* arteficium *P* 15 esse *P corr c* 17 custos ut ruris aut aliquis ramorum *Urs* custos ruris ut aliquis, ramorum *Salm* 20 languoris *scripsi:* liquoris *P* 21 nuda *P* illam *Sab:* illa *P* 22 publicare *in mg* . . . *P* 23 liber sed] librans *Cannegieterus* ut *scripsi:* et *P* expeditioni *Stewechius:* expeditione *P* 24 citharistae *Sab:* citharista *P* 25 rex *Sab:* ex *P*

certos ferat fabrorum liberalitate donatos. ecce si aliquis uobis nescientibus et ignaris rex urbanus et callidus ex foribus suis Solem tollat et in Mercurii transferat sedem, Mercurium rursus arripiat atque in Solis faciat commigrare delubrum — uterque enim a uobis glaber atque ore compingitur leui — detque huic radios, Solis capiti petasunculum superponat: quibus modis internoscere poteritis, utrumne Sol iste sit an ille Mercurius, cum habitus uobis deos, non oris soleat proprietas indicare? consimili rursus translatione si nudo Ioui cornua detrahat et Martis temporibus adfigat, Martem armis spoliet et his rursus circumcludat Hammonem: interstinctio fieri quae poterit singulorum, cum qui Iuppiter fuerat idem possit existimari Mars esse et qui Mauors fuerat subintroire speciem Iouis possit Hammonis? usque adeo ludus est simulacra ista confingere, nomina illis tamquam propria dedicare, quibus si habitum detrahas, tollatur cognitio singulorum, deus pro deo credi, alter uideri pro altero, immo pro utroque uterque possit existimari.

13 sed quid ego dis datas falces et fuscinas rideo, quid cornua, f. 127 | malleos et galeros, cum simulacra quaedam sciam certorum ferre hominum formas et infamium liniamenta meretricum? quis est enim qui ignoret Athenienses illos Hermas Alcibiadii ad corporis similitudinem fabricatos? quis Praxitelen nescit, Posidippi si relegat *, ad formam Cratinae meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Cnidiae † sollertiarum coegisse certamine? sed sola est haec Venus, cui de scorti uultu translaticium decus auctum est? Phryna illa Thespiaca, sicut illi referunt qui negotia Thespiaca scriptitarunt, cum in cacumine ipso esset pulcritudinis, uenustatis et floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum quae in opinione sunt Venerum

21 sqq. l. c. 4, 53

6 petasunculum *Sab:* petasioculum *P* 11 interstinctio '*alios*' *scripsisse dicit Orellius:* interstitio *P* 15 numina *Meursius* 18 diis *c* 20 ferre *scripsi:* esse *P* liniamenta *Sab:* laniamenta *P* 21 Alcibiadii *scripsi:* alcibiadi *P* Alcibiadis *Sab* Alcibiadei *Salm* 23 Posidippum *Gel* relegat *Sab:* religat *P* *lacunam signaui:* Cnidiaca *intercidisse uidetur* Cratinae *Urs:* gratinae *P* 24 pe^{r}ditae *P* cnidiae *r:* cindiae *P* gnidiae *Sab* sollerti aliarum *Urs* 26 auctum *Sab:* actum *P* Phrynae *sic Sab in err:* phyrna *P* Phyrne *Sab* 27 negotia *seclusit Urs* cacumine *Puteanus:* acumine *P* culmine *Urs*

siue per urbes Graias siue iste quo fluxit amor talium cupiditasque signorum. itaque artifices omnes ipsis isdem qui temporibus extiterunt quibusque primas dabat exprimendarum similitudinum ueritas omni cura studioque certabant filum capitis prostituti Cythereia in simulacra traducere, ardebant artificum † scita alterque alterum uincere contentiosa aemulatione quaerebant, non Venus ut augustior fieret sed ut Phryna pro Venere staret. atque ita perducta est res eo ut pro diis immortalibus sacra meretricibus fierent et infelix religio signorum fabricationibus falleretur. inter significes ille memoratus Phidias et primus, cum Olympii formam Iouis molimine operis extulisset inmensi, super dei digito PANTARCES inscripsit PULCHER — nomen autem fuerat amati ab se pueri atque obscena cupiditate | dilecti — neque ullo metu est aut religione commotus deum f. 127b nomine prostibuli nuncupare, quinimmo exoleto Iouis numen simulacrumque sacrare. usque adeo ludus est et puerilis adfectio sigillaria ista formare, adorare pro dis ea, sanctitatibus accumulare diuinis, cum ipsos uideamus artifices in effingendis his ludere et libidinum propriarum monumenta sancire. quid est enim, si quaeras, cur Phidias ludere ac lasciuire dubitaret, cum ante paululum temporis Iouem ipsum quem fecerat sciret aurum fuisse, lapides atque ossa informia disparata confusa seque horum omnium congregatorem atque uinctorem, habitus eis per se datos membrorum similitudine fabricata et, quod inter omnia primum est, sui esse beneficium muneris, quod natus [per se] ⌐ esset atque in rebus adoraretur humanis? libet 14 in hoc loco, tamquam si omnes adsint terrarum ex orbe nationes, unam facere contionem atque in aures haec omnium

1 istic *Meursius* 4 filum *Sab:* filium *P* 5 chytereia *P* 6 scita] caela ? 7 Phryne *Gel:* fryna *P* Phyrne *Sab* 10 tidias *P* et *Gel:* est *P* 12 Pantarces *Urs:* pantarches *P* 15 exoleto *Sab:* exileto *P* 16 puerilis *Sab:* puer his *P* 17 diis cea] et *Urs* sancti talibus *Sab* 20 tidias *P* 22 diis parata *c. Sab corr in err* 23 *sq.* habitu eis per se dato *Urs* 24 membrorum *scripsi:* in membrorum *P* in membrorum similitudinem *Zinkius* 26 per se *seclusi* *lacunam signaui: intercidisse uidentur haec* Olympius Iuppiter adnotaretur *Urs*

communiter audienda depromere. quidnam est istud, homines, quod ipsi uos ultro in tam promptis ac perspicuis rebus uoluntaria fallitis et circumscribitis caecitate? discutite aliquando caliginem regressique ad lumen mentis intuemini propius et uidete istud quod agitur quale sit, si modo retinetis ius uestrum atque in finibus uobis datae rationis consiliique uersamini. simulacra ista quae uos terrent quaeque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis ossa lapides aera sunt, argentum aurum testa, lignum sumptum ex arbore aut commixtum
f. 128 glutinum gypso, ex ornatibus fortas|se meretriciis aut ex muliebri mundo, camelinis ex ossibus aut ex Indici animalis dente, ex caccabulis, ollulis, ex candelabris et lucernis aut ex aliis obscenioribus uasculis congesta, conflata in has species ducta sunt atque in formas quas cernitis exierunt, fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata, grosis rasa, discobinata de limis, serris furfuraculis asciis secta dolata effossa, terebrarum excauata uertigine, runcinarum leuigata de planis. ita iste non error est, non ut proprie dicatur amentia, deum credere quem tute ipse formaris, subplicare tremibundum fabricatae abs te rei, et cum scias et certus sis tui esse operis et digitorum partum, pronum in faciem ruere, opem rogare suppliciter aduersisque in rebus atque in temporibus asperis
15 propitii numinis fauore succurrere? ecce si aliquis ponat in medio aes rude atque in opera nulla confectum, argenti massas indomiti infectumque aurum, lignum, lapides atque ossa resque alias ceteras quibus signa consueta sunt et numinum simulacra constare, immo si aliquis ponat in medio conlisos deorum uultus, confracta atque inminuta simulacra iubeatque uos idem

4 propius *Sab, r:* proprius *P* 6 uobis *Urs:* his *P* 11 camellinis *P* 12 cacabulis *Sab, r:* caecabulis *P* 15 grossis *Sab* grosfis *Gel* descobinata limis *Gel* 16 furfuraculis *Salmasius ad Solin. p. 774:* furfur*aculeis *P* furfuribus aculeis *Sab* furficibus aculeis *Gel* forcipibus aculeis *Urs* perforaculis *Salm* asciis *Sab in err:* asceis *P* 18 propriae *P corr* 21 partum *Urs:* partẽ *P* artem *Gel* per artem *Klussmannus* 23 fauore (u *ex* b) *P* fauores *Gel, Meursius* fauorem *Salm* accurrere *Gel* acquirere *Meursius* 24 confectum *scripsi:* coniectum *P* 25 infectum *Sab* 27 conlisos *scripsi:* conlisorum *P* 28 confracta *Rigaltius:* conflata *P* item *Hildebrandius*

frustis hostias et fragminibus caedere, informibus massis sacra et munia inpertire diuina: audire a uobis exposcimus, facturine istud sitis an contra quam imperabitur recusaturi? fortasse dicetis: qua causa? quia nemo est in rebus humanis tam stolide caecus, qui argentum aes aurum gypsum ebur argillam deorum in numerum referat ipsaque | per se dicat uim habere f. 128b atque optinere diuinam. quaenam est ergo ratio, ut si omnia haec corpora intacta atque infecta permanserint, careant ui numinis atque auctoritate caelesti: ea formas si accipiant hominum, si auriculas nasos buccas labra oculos cilia, continuo dii fiant et in ordinem caelitum referantur et censum? nouitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adiectione ipsa cogamini aliquid eis credere diuinitatis maiestatisque conlatum? in aurum aes mutat aut testulae uilitatem in argenteam cogit degenerare materiam? quae insensilia fuerunt paulo ante, facit ut sint uiua et spiritali agitatione moueantur? si quas foris habuere naturas eas omnes retinent simulacrorum in corporibus constituta, stupiditas quae tanta est — detrecto enim dicere caecitatem — rerum existimare naturas formarum qualitate mutari et accipere numen ex habitu quod in primigenio corpore iners fuerit et brutum et sensus mobilitate priuatum. itaque imme- **16** mores et obliti, simulacrorum substantiae atque origines quae sint, rationale homines animal et sapientiae munere consiliique donatum coctilibus testis succumbitis, aeris lamminas adoratis, elephantorum ab dentibus secundas poscitis ualetudines, magistratus imperia potestates uictorias adquisitiones lucra, messes optimas feracissimasque uindemias, et cum pateat, luceat, rebus fieri uerba cum brutis, exaudiri uos remini ipsique uos ultro credulitatis uacuae circumscriptione traducitis? o utinam liceret in simulacri alicuius medias introire | pendigi- f. 129a nes, immo utinam liceret Olympiacos illos et Capitolinos Ioues

1 frustis *Sab in err:* frustris *P* 2 munia *P* 6 refera *P corr c* 9 ea *Sab:* eas *P* 11 fiant *Sab:* flant *P* 13 cogamini *Sab:* cogitamini *P* 14 mutat aut *Urs:* mutata.ut *P* testula *Sab* cogat *Sab* 15 fuerant *Urs* 17 retinent *Urs:* retineant *P* 22 *sq.* origines quae sint *Heraldus:* originis quae sit *P* 23 homines *Sab:* hominis *P* 25 elefantorum *P* a *Sab* 26 acquisitiones *Urs:* adquisitionis *P* 27 opimas *Gel* 29 credulitat*is* *P*

diducere in membra resolutos omnesque illas partes quibus summa concluditur corporum discretas ac singulas contueri: iamdudum istos uideretis deos, quos exterior leuitas lenocinio fulgoris augustat, lamminarum flatilium esse crates, particularum coagmenta deformium, ab ruinarum casibus et dissolutionis metu subscudibus et catenis, uncis atque ansulis retentari interque omnes sinus commissurarumque iuncturas plumbum ire suffusum et salutares moras signorum diuturnitatibus commodare. uideretis, inquam, iamdudum solas sine occipitiis facies, manus sine bracchiis, semiplenas*, uentres cum lateribus dimidiatos, plantarum inperfecta uestigia, et quod maxime risum ferat, parte ligneos deos ex una, at ex altera saxeos, inaequabili corporum constructione contractos. quae si utique perspici obscurata arte non quirent, uel ipsa uos saltem quae in medio sita sunt docere atque monere debuerunt, agere uos nihil et circa res cassas officiorum impendere uanitates. ita enim non uidetis spirantia haec signa, quorum plantas et genua contingitis et contrectatis orantes, modo casibus stillicidiorum labi, putredinis modo carie relaxari, ut nidoribus atque fumo suffita ac decolorata nigrescant, quemadmodum saecli longioris incuria perdant situ species et robigine conuulnerentur exesa? ita, inquam, non uidetis sub istorum simulacrorum cauis steliones sorices mures blattasque lucifugas nidamenta ponere
f. 129b | atque habitare, spurcitias huc omnes atque alia usibus accommodata conducere, semirosi duritias panis [pannis], ossa † in spem tracta, pannos lanuginem chartulas nidulorum in molli-

1 diducere *Graeuius:* deducere *P* 4 angustat *Sab* flatilium *Sab:* fleuilium *P* flabilium *Hildebrandius* 5 a *Sab* 6 subscudibus *Sab, r:* subcudibus *P* 7 interque *Gel:* inter quae *P* 10 manus sine brachiis semiplenas, uentres *uulgo* *lacunam signaui:* mammas *uel* nates *intercidisse uidetur* 12 deos *add Hildebrandius* at *Sab:* ate *P* 13 quae *Sab:* qua *P* 14 obscurata *Urs:* obscuritatis *P* 16 cassas *Sab:* causas *P* 21 situ *Urs:* situs *P* specie *Sab* speciem situ *Heraldus* exesa *in ras c* 22 cauis *Gel:* causis *P* 25 pannis *om Sab* famis *Salm* *inter* panis *et* ossa *intercidisse* carnes *uel simile quid putat Zinkius* 26 stupam *Urs* specum *Rigaltius* sepem *C. Barthius* dapem *Zinkius* dapem, tractare *Zinkius* pannos *Sab:* annos *P* mollitie *Sab*

tiem sollicite, miserorum fomenta pullorum? non in ore aliquando simulacri ab araneis ordiri retia atque insidiosos casses, quibus uolatus innectere stridularum possint inpudentiumque muscarum? non hirundines denique intra ipsos aedium circumuolantes tholos iacularier stercoris † plenas et modo ipsos uultus, modo numinum ora depingere, barbam oculos nasos aliasque omnis partes, in quascumque se detulerit deonerati proluuies podicis? erubescite ergo uel sero atque ab animantibus mutis uias, rationes accipite doceantque nos eadem nihil numinis inesse simulacris, in quae obscena deicere neque metuunt neque uitant leges suas sequentia et instincta ueritate naturae. sed erras, inquit, et laberis: nam neque nos aera 17
neque auri argentique materias neque alias quibus signa conflunt eas esse per se deos et religiosa decernimus numina, sed eos in his colimus eosque ueneramur quos dedicatio infert sacra et fabrilibus efficit inhabitare simulacris. non improba neque aspernabilis ratio, qua possit quiuis tardus nec non et prudentissimus credere, deos relictis sedibus propriis id est caelo non recusare nec fugere habitacula inire terrena, quinimmo iure dedicationis inpulsos simulacrorum coalescere uinctioni. in gypso ergo mansitant atque | in testulis dii f. 130
uestri, quinimmo testularum et gypsi mentes, spiritus atque animae dii sunt? atque ut fieri augustiores uilissimae res possint, concludi se patiuntur et in sedis obscurae coercitione latitare? ergo illud a uobis parte in hac primum desideramus et postulamus audire: inuitine hoc faciunt, id est iure dedicationis adtracti simulacrorum ineunt mansiones an proni et faciles neque ullis necessitatibus inrogatis? inuiti hoc faciunt? et qui fieri potis est, ut in aliquam necessitatem inminuta maiestate cogantur? uoluntariae obsecutionis adsensu? et quid

4 l. c. 4, 52

1 sollicite *om Gel* scilicet et *Salm* 4 irundines *P* 5 tholos *Sab, r:* stholos *P* iaeularier *P* splenas *Ioa. Auratus* pluuias *Gruptus* 7 omnes *e* 8 *in mg* R 9 rationes *Sab:* rationis *P* 10 deicere *Urs, r:* dicere *P* facere *Gel* 11 instincta *Gel:* distincta *P* seueritate *Meursius* necessitate ? 14 deos *Gel:* deas *P* 21 uinctioni *Urs:* iunctioni *P* in* *P* 28 irrogatis. inuiti *Urs:* inrogati*si inuiti *P* irrogati? si inuiti *Sab* 29 pote *Sab* aliquam necessitatem *Sab:* aliqua necessitate *P*

in testulis dii petunt, ut eas sedibus sidereis anteponant? [uinctione si propemodum colligati immobilitatis testulas et
18 cetera quibus signa confiunt] quid ergo? in materiis talibus semperne dii mansitant neque abeunt uspiam, etiam si res postulauerit maxima, an habent itus liberos, cum libuerit abire quocumque et ab suis sedibus simulacrisque discedere? si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius his esse aut quid infelicius poterit, [quam] si eos in basibus ita unci retinent et plumbeae uinctiones? sed concedamus, ut, *** caelo et sidereis sedibus anteponant, diuinitatis suae perdiderint potestatem: sin autem cum uoluerint euolant et absolutum ius habent inania relinquere simulacra, ergo aliquo tempore desinent esse dii signa et in dubio stabit, quando sacra debeant reddi, quando his conueniat atque oporteat abstinere. saepenumero uidemus ab artificibus haec signa modo paruula fieri et pal-
f. 130b marem in minutiem contrahi, modo | in immensum tolli et admirabilem in amplitudinem subleuari. ratione hac ergo sequitur ut intellegere debeamus in sigilliolis paruulis contrahere se deos et alieni ad corporis similitudinem coartari, at uero in uastis porrigere se longius atque in maximitatem producere. ergo si hoc ita est, et in sedentibus signis deum sedere dicendum est et in stantibus stare, in procurrentibus currere, iacularier in iacientibus tela, ad illorum formare atque aptare se uultus et ad reliquos habitus figurati corporis sui similitudinem
19 commodare. in simulacris dii habitant. singuline in singulis

2 uinctione si *scripsi:* uinctiones ut *P* uincti omnes et *Sab* uinctionis ui *Salm* immobilitatis *scripsi:* mobilitatis *P* nobilitatis *Sab* nobilitent *Gel* nobilitantes *Salm* uinctiones et propemodum colligationes mobilitati (*uel* mobilitatibus) *Zinkius* 2 *sq.* uinctione . . . confiunt *seclusi: uide infra* 7 quam *seclusi* 9 sed] si *Salm* si id *Zinkius* 9 *sqq. uerba* sed (si *Salm*) concedamus . . . potestatem *Salm in fine antecedentis capitis posuit, Meursius post uerba huius capitis u. 14* atque oporteat abstinere*: interpolata habet Orellius lacunam signaui: suppletur uerbis in fine antecedentis capitis a me seclusis uerba* caelo . . . anteponant *interpolata habet Zinkius* 14 saepe enim numero *Meursius* 15 fieri *Sab, r:* fier *P* 16 minutiem *Sab:* minutitiem *P* 19 at *Meursius:* aut *P* 20 maximitatem *Urs:* maximitate *P* 22 in instantibus *Sab* 23 iacentibus *Sab* 24 sui *addidi* 25 dii *Sab:* hii *P* singuline *Sab:* singulisne *P*

toti an partiliter atque in membra diuisi? iam neque unus deus in conpluribus potis est uno tempore inesse simulacris neque rursus in partes sectione interueniente diuisus. constituamus enim decem milia simulacrorum toto esse in orbe Vulcani: numquid esse ut dixi decem omnibus in millibus potis est unus uno in tempore? non opinor. qua causa? quia quae sunt priua singulariaque natura multa fieri nequeunt simplicitatis suae integritate seruata. et hoc amplius nequeunt, si hominum formas dii habent, opinatio ut uestra declarat. neque enim manus a capite separata aut pes diuisus a corpore summam possunt praestare totius, aut dicendum est portiones idem posse quod totum, cum totum consistere nequeat, nisi fuerit partium congregatione conflatum. si autem in cunctis idem esse dicetur, perit omnis ratio atque integritas ueritatis, si hoc fuerit sumptum, posse unum in omnibus uno tempore permanere: aut | deorum est unusquisque dicendus ita ipsum semet ab ipso f. 131 sese diuidere, ut et ipse sit et alter, non aliquo discrimine separatus sed ipse idem et alius. quod quoniam recusat et respuit aspernaturque natura, aut innumeros dicendum est confitendumque esse Vulcanos, si in cunctis uolumus eum degere atque inesse simulacris, aut erit in nullo, quia esse diuisus natura prohibetur in plurimis. et tamen, o isti, si apertum **20** uobis et liquidum est, in signorum uisceribus deos uiuere atque habitare caelites, cur eos sub ualidissimis clauibus ingentibusque sub claustris, sub repagulis, pessulis aliisque huiusmodi rebus custoditis, conseruatis atque habetis inclusos, ac ne forte fur aliquis aut nocturnus inrepat latro, aedituis mille protegitis atque excubitoribus mille? cur canes in Capitoliis pascitis? cur anseribus uictum alimoniamque praebetis? quinimmo si fiditis deos istic esse nec ab signis uspiam simulacrisque discedere, permittite illis curam sui, reserata sint semper atque

1 iam *scripsi:* nam *P* 5 numquit *P corr* milibus *P* 7 priua *Urs:* piuata *P* 8 si *sup. uers. P* 12 totum *addidi* 14 ueritatis *Urs:* ueritati *P* 16 ipso sese *Meursius tamquam e codice:* ipsos ee *P* ipso ee *r* ipso se ipse *Sab* 27 millae *P* 29 alimoniamque *Sab, r:* alimoniaque *P* prebetis *P* 30 isti *P corr c* 31 reserat *P corr c*

aperta delubra, ac si quid a quopiam temeraria fuerit fraude subreptum, uim numinis monstrent et sub ipso furti atque operis * nomine sacrilegos poenis conuenientibus figant. indigna enim res est et potentiam destruens auctoritatemque, summorum custodiam numinum canum sollicitudinibus credere, et cum aliquam quaeras prohibendis formidinem furibus, non ab ipsis petere sed in anserum ponere et collocare gingritibus.

21 Antiochum Cyzicenum ferunt decem cubitorum Iouem ex de-
f. 131b lubro aureum sustulisse et ex aere bratteolis | substituisse fucatum. si in simulacris praesto sunt atque habitant dii suis, quibus negotiis Iuppiter, quibus curis fuerat inligatus, quominus priuatas persequeretur iniurias et subpositum se sibi uiliore in materia uindicaret? Dionysius ille sed iunior, cum uelamine aureo spoliaret Iouem et pro illo laneum subderet, iocularibus etiam facetiis ludens, cum esse illud in rigoribus algidum, hoc uaporum, onerosum illud in aestatibus diceret, hoc rursus sub ardoribus flabile: ubinam fuerat rex poli, ut praesentem se esse formidine aliqua conprobaret et urbanum scurrulam cruciatibus reuocaret ad seria? nam quid Aesculapii grauitatem ab eo esse commemorem risam? quem cum barba spoliaret amplissima boni ponderis et philosophae densitatis, facinus esse dicebat indignum, ex Apolline procreatum patre leui et glabro simillimoque inpuberi ita barbatum filium fingi, ut in ancipiti relinquatur, uter eorum pater sit, uter filius, immo an sint generis et cognationis unius? quae cum omnia fierent et cum sacrilegis praedo inrisionibus iocaretur, si suberat numen in statua nomini eius maiestatique sacrata, cur oris contumeliam leuigati et dehonestati uultus non iusta et merita persecutus est ultione demonstrauitque hoc facto, et se

8 sqq. l. c. 4, 52

1 si quid a quopiam *Sab:* si quida copiam *P* 3 *lacunam signaui:* scelerosi *uel simile uerbum intercidisse uidetur* crimine *uel* momine *Urs* fligant *Meursius* 7 gingritibus *Sab:* ginglitibus *P* 8 Cyzicenum *Gel:* cyzigenum *P* quindecim *Urs* 10 fucatum *Sab:* fugatum *P* si* *P* 13 dyonisius *P* 15 illum *Sab* i^{n} *P* 16 uaporum *Salm:* uaporem *P* uaporeum *Sab* 21 philosophae *Hildebrandius:* philosophiae *P* phylosophicae *Sab* 25 sint *Sab:* sit *P* 26 iocaretur *Urs:* loqueretur *P*

esse praesentem et custodia pertinaci suas aedes simulacraque tutari? nisi forte neclegere deos dicetis haec damna nec putare 22
esse idoneam causam, propter quam se exerant et nocentibus poenam uiolatae religionis infligant. ergo si haec ita sunt, nec simulacra ipsi habere desiderant, | quae conuelli et diripi f. 132
perpetiuntur inpune, immo e contrario perdocent aspernari se illa, in quibus spretos se ultione in aliqua significare non curant. Philostephanus in Cypriacis auctor est, Pygmalionem regem Cypri simulacrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios et religionis habebatur antiquae, adamasse ut feminam mente anima lumine rationis iudicioque caecatis solitumque dementem, tamquam si uxoria res esset, subleuato in lectulum numine copularier amplexibus atque ore resque alias agere libidinis uacuae imaginatione frustrabiles. consimili ratione Posidippus in eo libro, quem scriptum super Gnido indicat superque rebus eius, adulescentem haud ignobilem memorat — sed uocabulum eius obscurat — correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est, amatorias et ipsum miscuisse lasciuias cum eiusdem numinis signo genialibus usum toris et uoluptatum consequentium finibus. ut similiter rursum interrogem, si in aere atque in materiis ceteris quibus signa formata sunt superorum potentiae delitiscunt: ubinam gentium fuerant una atque altera Veneres, ut inpudicam petulantiam iuuenum propulsarent ab se longe et contactus impios cruciabili coercitione punirent? aut quoniam mites et ingeniis tranquillioribus deae sunt, quantum fuerat, miseris furialia ut restinguerent gaudia mentemque in sanam recreatis reducerent sensibus?

8 sqq. l. c. 4, 57

1 pertinacis *P corr* edes *r* sedes *Sab* 3 exerant *Sab, r:* exeserant *P* 5 ipsi *Zinkius:* ipsa *P* conuell*i et* *P* 6 e *Sab in err:* et *P* 7 *se add Urs* 8 filostefanus *P* 9 aput *P corr* 11 animo *Urs* rationis *Sab:* rationib› *P* iudicioquae *P corr* iudiciique *Sab* caecatis *Sab:* caecitatis *P* 14 frustrabiles *Gel:* frustabiles *P* Posidippus *Gel, r:* possidippus *P* 15 nido *P corr c* rebus *Gel:* re abse *P* re a se *Sab* 19 usum *Meursius:* fusum *P* 27 in sanam *Huetius:* insanam *uulgo* redducerent *P*

23 nisi forte, ut uos fertis, libidinis et uoluptatum deae contu- f. 132b melias istas habuere gratissimas nec ultione facinus | existimauere condignum quod suas quoque mulceret mentes et quod ab se subdi humanis cupiditatibus scirent. sed si deae Veneres ingeniis placidioribus praeditae gerendum esse morem infortuniis iudicauere caecorum, cum Capitolium totiens edax ignis absumeret Iouemque ipsum Capitolinum cum uxore corripuisset ac filia, ubinam fulminator tempore illo fuit, ut sceleratum illud arceret incendium et a pestifero casu res suas ac semet et cunctam familiam uindicaret? ubi Iuno regina, cum inclitum eius fanum sacerdotemque Chrysidem eadem uis flammae Argiua in ciuitate deleret? ubi Serapis Aegyptius, cum consimili casu iacuit solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside? ubi Liber Eleutherius, cum Athenis? ubi Diana, cum Ephesi? ubi Dodonaeus Iuppiter, cum Dodonae? ubi denique Apollo diuinus, cum a piratis maritimisque praedonibus et spoliatus ita est et incensus, ut ex tot auri ponderibus quae infinita congesserant saecula ne unum quidem habuerit scripulum quo hirundinibus hospitium, Varro ut dicit set Menippeus, ostenderet? infiniti operis res est toto in orbe describere quae sint fana conuulsa terrae motibus et tempestatibus, quae incensa ab hostibus, quae ab regibus et tyrannis, quae antistites et sacerdotes et ipsi suspicione auersa nudauerint, quae ad ultimum fures et obserata pandentes † remedorum obscuritate † canacheni: quae tuta utique permanerent et nullis obnoxia fortuitis, si adessent dii praesides aut haberent aliquas templorum quemadmodum dicitur curas. nunc uero quia cassa f. 133 sunt et nullis | habitatoribus tecta, habet in illis fortuna ius suum, et perinde cunctis obiecta sunt casibus quam sunt omnia

6 sqq. l. c. 4, 53

2 existimauere *Sab:* existimare *P* 4 ueneris (i *ex* e) *P* 8 filia *Gel:* filiam *P* 10 inclytum *P* 15 efesi *P* 19 quod *Gel* hospitium *scripsi:* hospitiis *P* hospitis *Gel* hospitium suis *Stewechius in mg* ∴ set Menippeus *scripsi:* sethenipeus *P* se Thenipeus *Sab* in Menippeis *Gel* Menippeus *L. Carrio* Sat. Menippeis *Meursius* 20 esset *Sab* in toto *Sab* 21 terre *P* 24 remedorum (*in mg* ∴) *P* tenebrarum *Gel* remediorum *Gesnerus* 25 canacheni] Commageni *Zinkius* 'cacomechani ?' *Vahlenus*

cetera motu interiore priuata. in parte hac eadem illud etiam 24 dicere simulacrorum adsertores solent, non ignorasse antiquos nihil habere numinis signa neque ullum omnino inesse his sensum, sed propter indomitum atque inperitum uulgus, quae pars in populis atque in ciuitatibus maxima est, salutariter ea consilioque formasse, ut uelut quadam specie obiecta his numinum abicerent asperitatem metu arbitratique praesentibus sese sub dis agere facta impia deputarent et ad humana officia morum immutatione transirent: nec propter aliam causam uenerabiles formas auro eis argentoque quaesitas, nisi ut adesse uis quaedam ipsis in fulgoribus crederetur, quae non oculorum tantum perstringeret sensum, uerum etiam mentes ipsas augustissimae lucis radiationibus territaret. quod ratione cum aliqua uideretur forsitan dici, si post condita deorum templa atque instituta simulacra nullus esset in mundo malus, nulla omnino nequitia, iustitia pax fides mortalium pectora possideret neque quisquam in terris nocens neque innocens diceretur scelerosa opera nescientibus cunctis. nunc uero cum contra malis omnia plena sint, innocentiae paene interierit nomen, per momenta, per puncta examina maleficiorum noua noxiorum improbitate pariantur, dicere qui conuenit, ad incutiendas formidines uulgo deorum instituta simulacra, cum praeter innumeras criminum et facinorum | formas ipsa etiam uideamus templa f. 133b
sacrilegis uiolationibus adpeti ab tyrannis, ab regibus, ab latronibus et nocturnis a furibus ipsosque illos deos quos ad metus faciendos uetus finxit et consecrauit antiquitas uadere in antra praedonum cum ipsis suis aureis metuendisque fulgoribus? quid 25 enim, si uerum et sine ulla gratificatione perspicias, signa ista quae dicunt habent in se magnum, ut merito sperarit atque existimarit antiquitas conspectu illorum posse frangi hominum

1 hac *Sab:* haec *P* 6 uelud *P* 7 abiicerent *Sab:* abicerint *P* asper·itatem *P* arbitratiquae *P corr* 8 dis (i *in* iis *corr*) *P* deponerent *Sab* officio orum *P corr c* 14 forsitam *P corr r* 20 puncta *Sab:* cuncta *P* nocua *P corr* improuitate *P* 23 faci·norum *P* 26 fin·it *P* 30 conspectu *Sab:* conspectum *P*

uitia et maleficia et mores temperari? falx messoria scilicet, quae est attributa Saturno, metum fuerat iniectura mortalibus, uitam uellent ut pacificam degere ac malitiosas abicere uoluntates, fronte Ianus ancipiti aut dentata illa qua insignitus est clauis, riciniatus Iuppiter atque barbatus, dextra fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem, Iunonius ille caestus, aut militari sub galea puellula delitiscens, deum Mater cum tympano, cum tibiis et cum psalteriis Musae, Mercurius pinnatus Argiphontes, Aesculapius baculo, Ceres mammis cum grandibus, aut in Liberi dextera pendens potorius cantharus, Mulciber fabrili cum habitu, aut Fortuna cum cornu pomis ficis aut frugibus autumnalibus pleno, semitectis femoribus Diana aut ad libidinem concitans Venus nuda, Anubis canina
26 cum facie aut genitalibus propriis inferior Priapus. o species formidinum dirae metuendique terrores, propter quos genus hominum torpedine in perpetua adfigeretur, nihil moliretur
f. 134 attonitum ab omnique se actu sceleroso | flagitiosoque frenaret: falciculae claues caliandria fomites talaria baculi tympaniola tibiae psalteria, mammae promptae atque ingentes, cantharuli forcipes cornuaque pomifera, nuda corpora feminarum et ueretrorum magnitudines publicatae! nonne satius fuerat saltitare, cantare quam sub titulo grauitatis et seueritatis obtentu tam frigida tamque inepta narrare simulacra ab antiquis ad peccata cohibenda et ad nocentium formata impiorumque formidines? usque adeone mortales saeculi illius ac temporis corde fuerant uacui, rationis sensusque nullius, ut ab actionibus improbis tamquam paruuli pusiones personarum monstruosissima toruitate, sannis etiam constringerentur et maniis?

1 et maleficia et mores *scripsi:* et mores et maleficia *P* et mores a maleficio *Salm* 6 Iunonius *Sab in err:* iunius *P* 7 cum *add Gel* 9 argiphontes *Sab:* angyforonites *P* uaculo *P corr c* 14 inferior *Sab:* inferiori *P* spicies *P corr c'* 16 torpedine *Sab:* torpedinem *P* perpetuam *Hildebrandius* figeretur *Urs* affligeretur *Meursius* 17 attonitum *Sab:* attonitam *P* 18 caliendra *Urs* tymphaniola *P corr r* 19 psalteria *Sab:* psalteriae *P* prompte *P* 25 mortales *Sab:* mortale *P* 26 fuerunt *Meursius* 27 pusiones *Sab:* pusionis *P* monstruosissima *Salm:* monstruosissimas *P* 28 toruitate, sannis *Salm:* toruitates annis *P* manus *Sab*

et unde est in contrarium res uersa, ut cum tam multa in ciuitatibus templa sint plena omnium simulacris deorum, tot legibus et generibus suppliciorum tantis iri obuiam nequeat multitudini noxiorum neque ullis remediis audacia possit abscidi, tantoque se magis maleficia congeminata multiplicent, quanto legibus iudiciisque contenditur imminuere facta crudelia et poenarum coercitione sedare? quodsi metus aliquos infligerent simulacra mortalibus, legum latio cessaret nec tam diuersae cruces facinerosorum constituerentur audaciae. nunc uero quia constitit conprobatumque est, re ipsa inanem esse opinionem timoris qui ab signis dicatur effluere, ad legum decursum est sanctiones, a quibus esset formido certissima et iam fixa constitutaque damnatio, quibus debent et ipsa simulacra, quod incolumia | adhuc perstant et honoris alicuius concessione f. 131r
munita sunt. quoniam satis, ut res tulit, quam inaniter fiant 27
simulacra monstratum est, de sacrificiis deinceps, de caedibus atque immolationibus hostiarum, de mero, de ture deque aliis omnibus quae in parte ista confiunt poscit ordo quam paucis et sine ullis circumlocutionibus dicere. in hac enim consuestis parte inuidias nobis tumultuosissimas concitare, appellare nos atheos, et quod minime sacrificamus diis, poenas etiam capitis beluarum crudelitatibus inrogare. quod quidem nos fatemur non contemptu facere atque aspernatione diuina, sed quod existimemus huius potentias nominis nihil tale deposcere neque rerum huiusmodi cupiditatibus attineri.

2 plana *P corr m al* 3 nequead *P corr* 4 abscindi *r* 7 scelera sedare ? 9 cruces *Sab:* ceruices *P* 12 etiam affixa *Sab* 15 munita. sed quoniam *Sab* 17 thure *P corr r* 21 minimum *Gel* sacrificamus *scripsi:* attribuamus *P* tribuamus *Gel* ponas *P* poenas *sic r* 25 ARNOBII LIBER VI. EXPLICIT. INCIPIT LIBER. VII. FELICITER.

LIBER SEPTIMVS

1 Quid ergo, dixerit quispiam, sacrificia censetis nulla esse omnino facienda? ut uobis non nostra, sed Varronis uestri sententia respondeamus, nulla. quid ita? quia, inquit, dii ueri neque desiderant ea neque deposcunt, ex aere autem facti, testa, gypso uel marmore multo minus haec curant: carent enim sensu; neque ulla contrahitur, si ea non feceris, culpa, neque ulla, si feceris, gratia. sententia reperiri nulla potest integrior, uerior et quam quiuis possit, quamuis ille sit scaeuus et difficillimus, occupare. quis est enim pectoris tam optunsi, qui aut rebus nullum habentibus sensum hostias caedat et uictimas aut eis existimet dandas qui sunt ab his longe natura
2 et beatitudine disiugati? qui sunt, inquitis, di ueri? ut | com-
f. 135 muni uobis et simplici respondeamus uerbo, non scimus. quos enim uidimus numquam, qui sint scire quemadmodum possumus? ex uobis audire consueuimus deos esse quam plurimos et numinum in serie conputari: qui si sunt, ut dicitis, uspiam uerique, ut Terentius credit, eos esse consequitur sui consimiles nominis, id est tales quales eos uniuersi debere esse concipimus et nominis huius appellatione dicendos, quinimmo ut breuiter finiam, qualis dominus rerum est atque omnipotens ipse, quem dicere nos omnes deum scimus atque intellegimus uerum, cum ad eius nominis accessimus mentionem. deus enim ab altero in eo quo deus est nulla in re differt, nec quod unum

6 uel uel *P* 9 uerior *om Sab* scaeuus *Heraldus:* caeuus *P* saeuus *Sab* 11 cedat *P* 13 diisiugati *P corr* dii (ii *ex* i *corr*) *P* 17 numinum *Sab:* nominum *P* 19 concipimus *Rigaltius:* conspicimus *P* 24 quo] quod *Sab*

est genere, suis esse in partibus minus aut plus potest qualitatis propriae uniformitate seruata. quod cum dubium non sit, sequitur ut geniti numquam perpetuique ut debeant esse, extrinsecus adpetentes nihil nec carpentes aliquas terrenae ex materiae opibus uoluptates. ergo si haec ita sunt, primum illud **3**
a nobis expetimus noscere, quae sit causa, quae ratio, sacrificia ut ista faciatis, quid deinde ex hoc lucri ad deos ipsos perueniat atque in eorum commoditates subsidat. quicquid enim geritur, debet habere causam sui neque ita esse ab ratione seiunctum, ut in operibus geratur cassis et in uacuis ludat inanitatis erroribus. numquid forte dii caelestes aluntur his sacris et ad eorum conpaginem retinendam nonnullius opus est suffectione materiae? et quis ita est hominum deus prorsus qui sit ignorans, ut eos | existimet contineri alicuius ali- **f. 135b**
monii genere et cibi esse munus quod eos faciat uiuere et inmensam in perpetuitatem durare? quicquid enim causis et rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale et habere ad periculum uiam pronam, ubi aliquid coeperit deesse quo uiuitur. tum ** quod ex his rebus quae admouentur altaribus nihil uidemus accedere atque ad numinum substantias peruenire. aut enim tus datur et liquefactum carbonibus disperit, aut animalis est hostia et ab canibus abligurritur sanguis, aut si aliquod uiscus aris fuerit traditum, ratione ardescit pari et dissolutum in cinerem labitur. nisi forte hostiarum deus animas deuorat aut ex aris ardentibus nidorem consectatur et fumos, pasciturque de cnisis, quas euomunt ardentia uiscera adhuc uda de sanguine et prioribus umecta de sucis. sed si deus ut dicitur nullius est corporis omnique est incontiguus tactu, qui fieri potis est, ut corporalibus rebus nutriatur incorporeum, quod mortale est ut inmortale sustineat subdatque

4 terrenae *Urs:* terrenas *P*   6 sacrificia *Urs:* sacrificii *P*   8 commoditates *Stewechius:* commoditate *P*   subsideat *Sab*   10 geratur *scripsi:* feratur *P* teratur *Hildebrandius*   16 inmensam in perpetuitatem *scripsi:* inmensa in perpetuitate *P*   19 *lacunam signaui*   21 thus *P*   26 famus *P corr c*   27 uda *Gel* (huda *Sab in err*): suda *P*   prioribus] cruoris *Meursius* propriis ?   28 incontinguus *P corr*   29 potest *Sab*

salutem rei quam contingere nequeat et motus subministrare uitalis? cessat ergo ut apparet sacrorum haec ratio, neque dici a quopiam potis est ea causa sacrificia celebrari, quod
4 alantur his numina et eorum sustineantur e pastu. numquid, si forte hoc non est, uoluptatis alicuius animique ut dicitur causa caeduntur diis hostiae et succensis adiciuntur altaribus? et quisquam est hominum qui deos sibi persuadeat uoluptatum diffusione mollescere, gestire * in libidinis gaudium et uelut
f. 136 animal | uile blandis sensibus affici et dulcedinis labilis uolucri titillatione mulceri? quod enim uoluptate dissoluitur, id contraria necesse est tristitia contrahatur, nec immune existere ab anxietate potest maeroris quod laetitia trepidat et leuitatibus extollitur gaudiorum. utroque autem affectu debent esse dii liberi, si eos esse perpetuos et mortalium uolumus fragilitate priuatos. quid quod omnis uoluptas quasi quaedam est adulatio corporis notisque illis sensibus adsumitur quinque: quam si superi sentiunt, et eos necesse est esse participes corporum, per quae uia est sensibus et accipiendis uoluptatibus ianua. postremo quod gaudium est innoxiorum animantium mactatione laetari, miserabilis saepe exaudire mugitus, riuos sanguinis cernere, animas cum cruore fugientes patefactisque secretis prouoluier intestina cum stercore et ex residuo spiritu exsultantia adhuc corda tremibundisque palpitantes in uisceribus uenas? semiferi nos homines, quinimmo, apertius ut pronuntiemus quod est uerius atque aptius dictu, feri, quos infelix necessitas et malus usus edocuit cibos ex his carpere, miseratione interdum commouemur illorum, arguimus nos ipsi penitusque re uisa atque inspecta damnamus, quod humanitatis iure deposito naturalis uincli consortia ruperimus. deos aliquis

2 haec *Sab:* hic *P* 3 pote *Sab* 4 e *om Sab* 8 *lacunam signaui* 9 labilis *Sab:* labili *P* 10 enim *sup. uers. P* 12 potest *addidi* meroris *P* 13 affectu *Sab in err:* effectu *P* di*i* *P* 17 eos *scripsi:* eorum *P* esse participes *Sab:* inparticipes *P* 20 miserabiles *c* 22 prouoluier *Hildebrandius:* prouolui et *P* prouolui *Urs* 23 tremebundisque *Urs:* tremibundasque *P* 24 apertius] prius *Urs* potius *Salm* 25 aptius *scripsi:* apertius *P* 29 uincli *scripsi:* initii *P* ruperimus *Gel:* reperimus *P*

credet pios beneficos mites caede pecorum delectari diffundique laetitia, si quando sub his concidunt et spiritum miserabiliter ponunt? et uoluptatis ergo ut cernimus nulla est in sacrificiis causa nec cur fiant ratio ea est, quoniam nec uoluptas est ulla, ac si forte est aliqua, in deos eam cadere nulla | posse f. 136b
ratione monstratum est. sequitur ut illam quoque inspiciamus 5
partem, quam iactari audimus uulgo et populari in persuasione uersari: sacrificia superis ea fieri diis causa, ut iras atque animos ponant reddanturque mites et placidi feruidorum pectorum indignatione sedata. at si definitionem teneamus illam, quam pertinaciter meminisse conuenit nos semper, uniuersos animorum adfectus ignotos diis esse, consectaneum est credere numquam deos irasci, quinimmo nullum adfectum magis esse ab his longe quam qui feris et beluis proximus turbat tempestatibus patientes et ad periculum interitionis inducit. quicquid enim uexatur rei alicuius e motu, passibile esse constat et fragile: quod passioni fragilitatique subiectum est, id necesse est esse mortale: ira autem uexat et patientes se soluit: ergo esse mortale dicendum est quod passionibus subiectum est irae. atquin deos scimus esse oportere perpetuos et naturam inmortalitatis tenere: quod si constat et liquidum est, ira ab his longe et ab eorum condicione disiuncta est. nullis ergo rationibus conuenit id in superis uelle placare quod posse non uideas in eorum beatitudinem conuenire. sed concedamus, ut 6
uultis, perturbationem huiusmodi familiarem diis esse placandaeque eius causa res diuinas fieri et sacrorum sollemnia celebrari: quando ergo conueniat adhiberi haec munia uel in tempore quo dari? antequam sunt irati et perciti an cum fuerint moti ipsisque in indignationibus constituti? si ne sumant animos, occurrendum est his ante, feras nobis

1 credit *Sab* diffindique *Sab* 3 ponunt? et uoluptatis ergo *Urs:* ponunt et uoluptatis. ergo *Sab* uoluptates *c* 4 ea *addidi* uoluptas *add Gel* 7 iactari *Sab:* lactari *P* 10 at *Gel:* et *P* 12 consentaneum *Sab* 16 fragile *Sab:* flagile *P* 17 flagilitatique *P corr c* 20 adquin *P corr* 25 placandaeque *Meursius:* placandique *P* 26 diuinas *Sab:* diuina *P* 29 in *om Sab*

f. 137 proponitis, non deos, | quibus ne saeuiant concitatae et ca-
uearum discutiant claustra, obiectari moris est escas in quas
rabide saeuiant et cupidinem uexationis inclinent. sin autem
iam feruidis atque indignatione flagrantibus satisfactio ista
sacrificiorum oggeritur, non inquiro, non exigo, an illa lauta
et sublimis magnanimitas numinum homunculorum offensione
moueatur habeatque pro uulnere, si quid animal caecum atque
in nubibus semper ignorationis incedens dissignauerit, dixerit
7 quo illorum minueretur auctoritas. sed neque illud dici aut
audire deposco, quas irarum in homines habeant dii causas,
ut sacrificiis debeant contracta offensione mulceri: numquid
aliquas leges sanxere aliquando mortalibus constitutumque est
ab his umquam, quid eos agere conueniret uel quid non, quid
consectari, quid fugere, uel coli se saltem quibus rationibus
cuperent, ut aliter quam imperauerant gesta ultionibus perse-
querentur irarum contemptique se uellent de audacibus et
transgressoribus uindicare? ut opinor, ab his numquam neque
constitutum est aliquid neque sancitum, quoniam nec uisi ali-
quando, neque si sunt ulli, apertissima potuit cognitione dinosci.
quaenam est ergo iustitia, ut eis ob aliquas causas irascantur
dii caelites quibus neque se esse monstrare aliquando dignati
sunt neque ullas dederint aut imposuerint leges quas coli ab
8 his uellent et inuiolabili obsecutione seruari? sed hoc ut dixi
praetereo et silentio patior abire donatum. unum illud prae
omnibus quaero: quae causa est, ut si ego porcum occidero,
f. 137[b] deus mutet | adfectum animosque et rabiem ponat, si gallinu-
lam, uitulum sub illius oculis atque altaribus concremaro, ob-
liuionem inducat iniuriae et ab sensu penitus offensionis absce-
dat? quid ad eius dolorem ex opere hoc migrat, aut remedii
cuius est anser, caper aut pauus, ut ex eius cruore medicina
adhibeatur irato? ergone iniurias suas dii uendunt atque ut

1 concitatae *Sab, r:* concitati *P* 3 rauidae *P* rabide *c* rabidae *Sab* 5 lauta *Urs:* laeta *P* elata *Heraldus* 8 designauerit *Sab* 10 quasi parum *Sab* homines *P* 12 sancxere *P* 18 aliquit *P* sanctum *Sab* 19 ulli] uisi *Sab* 21 se esse] sese *Sab* 23 et• *P* 24 abire *Gel:* obire *P* 28 paenitus *P*

paruuli pusiones, ut animos pascant abstineantque ploratibus. passerculos pupulos eculeos panes accipiunt, quibus auocare se possint, ita di immortales placamenta ista sumunt, quibus iras atque animos ponant et in gratiam suis cum offensoribus redeant? atquin ego rebar deos, si modo rectum est credere quod motibus exagitentur irarum, sine ullis praemiis nullisque mercedibus iras atque animos ponere et peccatoribus delicta donare. hoc est enim proprium numinum, liberales uenias et concessiones habere gratuitas. quod si fieri non potest, sapientius multo est pertinaciter eos in offensione durare quam munerum corruptione mitescere. crescit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur. et facile itur ad culpas, ubi est uenalis ignoscentium gratia. ecce si bos aliquis aut quod- 9
libet ex his animal, quod ad placandas caeditur mitigandasque ad numinum furias, uocem hominis sumat eloquaturque his uerbis ʻergone o Iuppiter, aut quisquis alius deus es, humanum est istud et rectum aut aequitatis alicuius in aestimatione ponendum, ut cum alius peccauerit, ego occidar et de meo sanguine fieri tibi patiaris satis, | qui numquam te laeserim, f. 138
numquam sciens aut nesciens tuum numen maiestatemque uiolarim, animal ut scis mutum, naturae meae simplicitatem sequens nec multiformium morum uarietatibus lubricum? numquid aliquando tuos ludos minus sancte diligenterque perfeci? numquid aliquem praesulem, tuum nomen qui offenderet, ante traduxi? numquid iuraui per te falso? numquid sacrilegis furtis tua rapui spoliauique donaria? numquid erui sacratissimos lucos aut religiosa quaedam loca substructionibus pollui profanauique priuatis? quaenam est ergo causa, ut alienum crimen meo luatur e sanguine et in nefas extraneum mea uita et innocentia producatur? an quod animal uile sum nec rationis nec

1 ut *add Heraldus* quo *add Gel* animis *Gel* animosis *Salm* pascant *Coluius:* parcant *P* 2 populos *P corr c'* Panes *Heraldus* canes *Zinkius* accipiunt *Sab:* accipiant *P* 3 dii immortales *Canterus, Urs:* dii mortales *P* 13 bos *Gel:* uos *P* 15 ad *del Gel* 16 quisquis *Zinkius:* quis *P* 19 qui] quod *Sab* 24 numen *Gel* aut te *Gel* an te *Meursius* ante te *Stewechius* 29 luatur *in ras P* 30 perducatur *Sab*

consilii particeps, quemadmodum pronuntiant isti qui se homines nominant et ferocitate transiliunt beluas? nonne primordiis isdem eadem et me genuit informauitque natura? nonne spiritus unus est qui et illos et me regit? non consimili ratione respiro et uideo et ceteris adficior sensibus? habent iecora pulmones corda intestina uentriculos: et mihi membrorum non idem est numerus attributus? amant suos fetus et gignendis conueniunt liberis: non et mihi prolis et subrogandae est cura et dulcedo, cum fuerit procreata? sed rationales illi sunt et articulatas exprimunt uoces. et unde illis notum est, an et ego quod facio meis rationibus faciam et uox ista quam f. 138b promo mei generis uerba sint | et solis intellegantur a nobis? interroga Pietatem, utrumne sit aequius me occidi, me confici an hominem uenia et commissorum inpunitate donari? quis in gladium formauit ferrum? non homo? quis cladem gentibus, quis nationibus imposuit seruitutem? non homo? quis parentibus, fratribus, quis uxoribus, quis amicis mortiferas subdidit commiscuitque potiones? non homo? quis maleficia repperit aut commentatus est tanta, quanta [uix] explicari decem millibus nequeant uel annalium uel diurnorum? non homo? ita istud non ferum, non inmane, non saeuum est, non tibi, o Iuppiter, iniustum uidetur et barbarum, me occidi, me caedi, ut fias tu placidus et ut scelerosis contingat inpunitas?' ergo ob hanc causam, id est numina ut placentur irata, inaniter fieri sacrificia constitit, cum docuerit nos ratio neque deos irasci aliquando neque alterum uelle pro altero confici, caedi nec innoxii

10 sanguine abolitionem dissignationibus comparari. sed fortasse aliquis dicet: idcirco dis hostias et cetera inpendimus munera, ut familiares quodammodo nostris supplicationibus facti res tribuant prosperas auertantque a nobis mala, cum gaudiis faciant agere nos semper, tristitias uero propellant et ex casibus

2 ueluas *P corr* 9 rotionales *P corr* 10 expromunt *Oudendorpius* 13 pietatem *uulgo* 14 an *add c* 18 commiscuitque *P* 19 uix *seclusi: 'aduerbium* uix *uidetur abundare aut pro* nequeant *legendum* queant' *Urs* milibus *P* 20 diurnorum *Graeuius:* dierum *P* diariorum *Urs* 25 des *P corr c* 27 designationibus *Sab* 28 diis *c* 31 et *add Sab* **ex *P*

imminentia fortuitis. non exiguam curam locus iste desiderat nec quod dicitur facile tam consuetum est uel audiri uel credi. aduolabit enim continuo uniuersus ille doctissimorum chorus. qui adseuerans et conprobans | fato fieri quaecumque fiunt f. 139 eripiat nobis e manibus opinionem istam et inanibus nos arguat persuasionibus fidere. quicquid in mundo, inquiet, gestum est, geritur et geretur, olim definitum et fixum est habetque immobiles causas, per quas sint sibi res nexae et inexpugnabilem conserant praeteritorum cum imminentibus necessitatem. si definitum et fixum est, quid optingere singulis mali debeat boniue iam certum est. quod si certum est et fixum, uacant omnia deorum auxilia, uacant odia, uacant benignitates. tam enim praestare non possunt id quod non potest fieri quam prohibere ne fiat id quod necesse est euenire. † nisi quod ualidius premere opinionem istam, si uoluerint, quibunt, ut etiam ipsos deos frustra dicant a uobis coli et superuacaneis supplicationibus adorari. cum enim ordinem uertere et fatalia nequeant constituta mutare, quid rei, quid causae est fatigare et obtundere eorum aures uelle quorum auxiliis nequeas supremis in necessitatibus fidere? postremo si tris- 11 tia atque inportuna dii pellunt, si ea quae sunt laeta atque amica largiuntur: unde sunt mundo tanti tamque innumerabiles miseri, unde tot infelices lacrimabilem uitam in extrema sorte ducentes? cur immunes a calamitatibus non sunt qui momenta per singula, qui per puncta sacrificiis onerant atque adcumulant aras? nonne alios, inquiunt, uidemus ex illis domicilia esse morborum, extinctis luminibus atque auribus obseratis, pedum carere processu, truncos sine manibus degere, incendiis, naufragiis et ruinis mergi obrui confici. patrimoniis | ab ingentibus euolutos mercennario sese labore f. 139b

3 aduolabit *Sab:* aduolauit *P* 5 uobis *Canterus* uos *Canterus* 6 quidquid *P corr* 7 habetquae *P corr* 8 sint sibi *scripsi:* sibi *P* sibi sint *Hildebrandius* et *om Gel* 14 nisi quod] *grauiter perturbatus uidetur esse hic locus* 15 praemere *P* noluerint *Sab* 16 superuacuaneis *P corr r* 17 ordinem *P* 29 obrui mergi *Stewechius* 30 mercennario sese *Sab:* mercennarios eè *P*

fulcire, stipes emendicare supremas, exterminari, proscribi, semper esse in luctibus, liberorum orbitatibus fractos, uexari per infortunia cetera quorum species et formas nulla potest enumeratio definire? quod utique non fieret, si propulsare, si flectere mala ista dii possent sacrorum meritis obligati. nunc uero quia casibus nullus est in his locus sed ineluctabili omnia necessitate confiunt, agit sese ordo praescriptus et quod
12 semel decretum est perficitur. aut ingrati esse dicendi sunt caelites, si, cum habeant iura prohibendi, patiuntur infelix genus tot poenis et calamitatibus implicari. set fortasse aliquid dicant magnum nec quod auribus debeat frustratoriis, leuibus et contemnentibus sumi. quas tamen nos partes, quia res nimium longi est multique sermonis, inexplicatas transcurrimus atque intactas, solum illud posuisse contenti, inhonestas uos famas adiungere diis uestris, si eos aliter negatis praestare quae bona sunt atque inimica transuertere, nisi prius empti capellarum fuerint atque ouium sanguine et ceteris quae admouentur altaribus. indignum enim primum est, ut illa uis numinum sublimitasque caelestium beneficia credatur sua habere uenalia, prius sumere atque ita praestare; tum quod foedius multo est, nisi acceperint, prodesse nulli perpetique miserrimos discriminum subire fortunas, cum prohibere possint ac subuenire. si ex duobus facientibus res sacras nocens unus set locuples, alter angusto lare sed innocentia fuerit et probitate
f. 140 laudabilis, centum ille | caedat boues totidemque cum agniculis suis matres, thus pauper exiguum et odoris alicuius unam concremet glebulam: nonne erit consequens, ut debeat credi, si modo nihil numina nisi praemiis antecedentibus praestant, ut fauorem suum commodent locupleti, auertant a pauperculo

6 eluctabili *P corr c* 7 confiunt *Canterus:* conficiunt *P* praescriptus *Gel:* perscriptus *P* 8 perficitur *scripsi:* perficit *P* celites *P corr r* 10 implicari. sed *r, Salm:* implicaris et *P* implicari. et *Sab* 11 nec *Sab:* ne *P* 15 iungere *P corr c* 16 tranuertere *P* empi *P corr c* 19 sublimitasquae *P corr* 20 uenali *P corr c* 21 miserrimus *P corr* 22 fortunas *Sab, r:* fortuna (f *ex* p) *P* 23 nocens *Hauptius:* hoc est *P* honestus *Sab* scelestus *Oehlerus* sed *Oehlerus:* et *P* 25 cedat *P* 29 faborem *P corr m s XV* suum et auxilium *Sab*

lumina, quem restrictum non animus sed familiaris rei necessitas fecit? ubi enim uenalis et mercennarius dator est, ibi necesse est gratiam pro magnitudine muneris tribui et eo inclinare suffragium, unde ad eum qui praestat mercedis plus multo et indecorae corruptionis adfluxerit. quid? si populi rursus duo hostilibus dissidentes armis sacrificiis paribus superorum locupletauerint aras alterque in alterum postulent uires sibi atque auxilium commodari: nonne iterum necesse est credi, si praemiis sollicitantur ut prosint, eos partes inter utrasque debere haesitare, defigi nec reperire quid faciant, cum suas intellegant gratias sacrorum acceptionibus obligatas? aut enim auxilia hinc et inde praestabunt, id quod fieri non potest: pugnabunt enim contra ipsos se ipsi, contra suas gratias uoluntatesque nitentur: aut ambobus populis opem subministrare cessabunt: id quod sceleris magni est post inpensam acceptamque mercedem. itaque ergo ab diis longe infamia est ista tota pellenda neque est omnino dicendum praemiis eos ac mercedibus allici, bonas ut res conferant dimoueantque contrarias, si modo dii ueri sunt atque in nominis huius exceptione ponendi.
| aut enim fato fiunt quaecumque fiunt, et ambitionis et f. 140b
gratiae nullus locus in diis est: aut si excluditur et eicitur fatum, non est superae dignitatis boni operis fauores et conlatas munificentias uenditare. satis ut opinor ostendimus 13
frustra diis immortalibus hostias rebus cum consequentibus admoueri, quod neque alantur his neque ullam percipiant uoluptatem, neque ut iras aut animos ponant neque ut res tribuant faustas neque ut abigant auerruncentque contrarias. sequitur ut illam quoque inspiciamus partem quae ab nonnullis consueta est adseri et causis caerimonialibus adplicari. aiunt enim sacra haec honorandis esse instituta caelestibus, et ea quod faciant, honoris ergo facere et his numinum potentias auctitare.

5 indecorae *Sab in err:* indecore *P* 9 utraque *P corr m al* 15 cessebunt *P corr* 19 acceptione *Urs* 22 fauores et *Hildebrandius:* fabore (b *in* u *corr m s XV*) sed *P* fauorem et *Sab* 23 uendi*tare *P* 26 ut iras *scripsi:* iras *P* 27 aberruncentque *P* 28 que *P*

quid? si similiter dicant euigilare sese atque dormire, deambulare subsistere, conscribere aliquid et lectitare, ut honorem dis habeant et dignitatibus eos faciant ampliores? quid enim cruore de pecorum, quid sacrorum confectione de cetera superadditur his rei, quid adponitur atque adicitur potestatis? etenim honos omnis qui haberi ab aliquo dicitur et reuerentiae potioris adtribui relatiui est et ad alterum generis et constans partibus duabus, ex concessione tribuentis et amplificatione sumentis. ut si quispiam uiso potentissimi nominis atque auctoritatis uiro uia decedat, adsurgat, caput reuelet uehiculoque desiliat, tum deinde salutet adclinis, ancillatum seruuli pauibundis
f. 141 trepidationibus | imitatus; uideo, quid agatur in huiusmodi honorationis officio: summissione alterius datur alteri plurimum efficiturque ut uideatur magnus quem suspectio minoris ex-
14 tulerit et suis anteposuerit rebus. sed concessio haec omnis et honoris de qua loquimur attributio solis habet in hominibus sedem, quos naturalis infirmitas et amor in altioribus standi docet gaudere de fastigiis et aliorum comparationibus anteponi. at, quaero, in superis ubi est honoris locus, uel quas eis eminentias addier sacrorum ex confectionibus inuenitur? augustiores, potentiores mactatis pecudibus fiunt, additur illis ex hoc quicquam, aut esse dii magis diuinitate occipiunt ampliata? atqui ego contumeliae proximum, quinimmo esse plenam contumeliam iudico, cum honorari ab homine deus dicitur et muneris alicuius oblatione mactari. etenim si honos auget eiusque adcumulat dignitatem cui fuerit attributus, sequitur ut auctior deus fiat ab homine, a quo fuerit munere et honoris

1 euigilare sese *Sab:* euigilares eẽ *P* 3 diis *ex* dis *corr P* dignatibus *P corr* 7 est et *scripsi:* est *P* 11 accliuis *Sab* ancillatum *Hemsterhusius:* ancillatrum (t *eras*) *P* ancillarum *Sab* ancillatrum *Salm* pauibundas trepidationes *Sab* 13 summissioni *P corr* 14 suspectio *Urs:* su^{s}ceptio *P* 17 stadi *P corr c'* 18 fastigiis *scripsi:* fastibus *P* 19 ad *P corr* quaero] uero *Urs* 20 addier *Hildebrandius:* addere *P* accedere *Urs* confectionibus *Meursius:* coniectionibus *P* collationibus *Sab* 22 occipiunt *Hildebrandius:* concipiunt *P* incipiunt *Gel* 23 adqui (d *corr in* t) *P* atquin *r* 24 iudicio *P corr* 25 oblactione *P corr r*

conlatione donatus: atque ita perducitur res eo ut inferior deus sit qui honoribus mactatur humanis, homo uero sublimior qui auget potentiam numinis. quid ergo, inquiet aliquis, honorem **15** diis dandum nullum esse omnino censetis? si deos nobis proponitis tales, quales, si sunt, debent esse, quosque dicere nos omnes in istius nominis praedicatione sentimus: quemadmodum possumus honorem his non habere uel maximum, cum etiam homines colere potentioribus | acceperimus imperiis, cuiuscum- f. 141v que ordinis fuerint, cuiuscumque fortunae? quisnam iste est maximus? officiosior multo quam habetur a nobis et potentiore in genere constitutus. dicite, inquitis, quae sit opinio de dis digna, recta et honesta nec turpitudinis alicuius deformitate culpabilis. primum ut neque illos credas quicquam hominis habere consimile nec quicquam expectare quod sit ab se foris atque extrinsecus ueniens, tunc quod saepius dictum est, non ardescere irarum flammis, non gestire corporea uoluptate, non exambiri ut prosint praemiis, non ut noceant proritari, benignitatem et gratiam non habere uenalem, non gaudere honore conlato, non indignari et adfici non dato, sed quod rei diuinae est proprium, sua se ui nosse nec se alienis adulationibus aestimare. et tamen, ut uideamus istud quod dicitur quale sit, quod est istud honoris genus, ueruecem arietem taurum dei sub ore conectere conspectuque in eius occidere? quod est honoris genus, deum inuitare ad sanguinem, quem cum canibus uideas eum sumere atque habere communem? quod est honoris genus, lignorum structibus incensis caelum fumo subtexere et effigies numinum nigrore offuscare ferali? quod si ea quae fiunt propria ui pendere, non ante sumptis placet opinionibus aestimari, arae istae quas dicitis altariaque haec pulchra infelicissimi animalium generis ustrinae, rogi sunt et busticeta in

2 *sq.* homo . . . numinis *om Sab* 4 damdum *P corr* 8 inperiis *P* 11 diis *Salm:* his *P* 12 primum digna *P:* primum *cum Salm transposui ante* ut neque (13) primum digna . . . alicuius *om Sab* 17 praemiis, non *scripsi:* non praemiis *P* ut] ne *Canterus* 22 uerbecem *P corr* 23 conectere] conuertere *Meursius* coronis conectere *?* 26 struibus *Sab* struicibus *Meursius* 28 aestimare *Sab* 30 busticeta (bus *in ras c*) *P*

opus structa foedissimum atque in sedem fabricata fetorum.
16 quid dicitis, o isti? ergone ille putor qui ex coriis tollitur
f. 142 atque expirat ardentibus, | qui ex ossibus, qui ex saetis, ex
agnorum lanitiis gallinarumque de plumis, dei munus et honor
est, mactanturque hoc illi quorum templa cum adire dispo-
nitis, ab omni uos labe puros, lautos castissimosque praestatis?
et quid esse his potest coinquinatius fetidius spurcius, quam
si ita facti sunt sensus sui natura, ut in amoribus habeant
tam saeua sintque illis in uoluptate putores, quos neque ipsi
sacrificantes ferre nec ingenuae sustinere tractos ualeant per
spiritum nares? quodsi animantium cruore honorari et adfici
superorum animos existimatis, cur non eis et mulos et ele-
phantos mactatis et asinos? cur non et canes, ursos et uulpes,
camelos et belbas et leones? et quoniam uolucres hostiarum
quoque in numeris ponitis, cur non uulturios aquilas ciconias
inmussilos buteones coruos accipitres noctuas cumque illis
salamandras natrices uiperas solifugas? nempe subest et his
sanguis et consimili ratione uitali agitantur spiritu. quid in
illis maioris est operis aut sollertiae in his minus, ut ista non
augeant, superorum illa amplificent dignitatem? quia rebus ex
his, inquit, deos par est honorare caelestes, quibus ipsi alimur,
sustentamur et uiuimus et quas nobis ad uictum sui numinis
tribuere benignitate dignati sunt. sed et cuminum nasturcium
rapa bulbos apium carduos radices cucurbitas rutam men-
tam ocimum puleium porrumque sectiuum idem tribuere dii
uobis esseque in usibus uestris alimoniarum in parte iusserunt.
quid ergo cessatis altaribus et haec dare rebusque his omni-
bus conilam superspergere bubulam et acrimonias intermiscere
17 ceparum? ecce, | si uos canes — necesse est enim quaedam
f. 142b fingi, perspici ut liquidius res possint — si, inquam, canes et
asini, si motacillae cum his simul, si hirundines garrulae

1 faetorum *P* 5 mactaturque *Sab* illi *Salm:* illis *P* 6 castissimosquae *P* 7 fetidius *Meursius:* infelicius *P* 12 elefantos *P* 14 camellos *P* et camelos *Sab* belbas *Salm:* beluas *P* 16 immussulos *Sab* buteones *P* 17 solipungas *Urs* solipugas *Stewechius* 23 cuminum** *P* 28 conilam *Hildebrandius:* coli. nã *P* cunilam *Gel*

pariterque cum his porci sensu aliquo humanitatis accepto deos putarent atque existimarent uos esse sacraque uobis intenderent honoris ergo facere, non ex materiis aliis aliisque de rebus sed quibus ali moris est illis et naturali adpetitione fulciri: audire a uobis exposcimus, utrumne hunc honorem an contumeliam potius esse iudicaretis amplissimam, cum hirundines uobis muscas, motacillae caederent consecrarentque formiculas, cum altaribus uestris darent asini faenum paleasque libarent, cum inponerent canes ossa et humani stercoris proluuiem concremarent, cum ad ultimum porculi caenum uobis profunderent ex uolutabris horrentibus, lutosis et uoraginibus sumptum? ita ergo non despui uestras inflammaremini dignitates stercoribusque uos accipi inter atroces conputaretis iniurias? sed taurorum corporibus honoratis uos deos et aliorum animantium caedibus. et quid hoc ab illo differt, cum et ipsa si nondum, mox tamen futura sint stercora et exigui temporis contracta interiectione putescant? denique desinite supponere aris ignem: iam profecto cernetis uiscera illa taurorum sacra, quibus honor a uobis auctificatur deorum, feruescere uermibus et fluctuare, uitiare et corrumpere statum caeli et ex odoribus morbidis regiones consauciare uicinas: quam si uobis praecipiant dii curam uestram in ualetudinem uertere, prandia inde | uel cenas sol- f. 143 lemni ex more conficere, longe fugiatis execratique odoris genus ueniam poscatis a superis facturosque uos eis numquam talia sacra iuretis. ita istud non ludere est, non confiteri, non pandere, quid sit deus nescire nec cui potentiae debeat nominis huius uis subdi appellatioque supponi? cibis uestris auctificatis deos, nidoribus cohonestatis et sucis, et quia uobis iucunda et grata sunt ea quae uos alunt, deos etiam creditis in eorum adfluere uoluptates, latratorum et canum ritu offis saeuitias ponere atque adludere porrigentibus saepius? et quoniam 18

3 honores ergo facerent *Sab* 4 appetitione *Urs:* adpositione *P* 11 e*t *P* 16 contacta ? 18 cernetis *Gel:* cernitis *P* 21 quam si *Sab:* quasi *P* quae si *Salm* culturam *Urs* 22 in uestram, in *Salm* uoluptatem *Urs* 24 superis *Sab:* superiis *P* 27 uis] suis *P corr* uestris *scripsi:* nouis *P* 28 sucis] fumis *Meursius* 29 eaque *Sab* 30 seuitias *P*

nobis in manibus hostiarum sermo uersatur, quae causa, quae ratio est, ut cum dii inmortales — sint enim et per nos licet quicumque esse creduntur — sint unius essentiae uel unius debeant esse naturae, generis et qualitatis unius, non omnibus omnes hostiis sed quibusdam quidam sacrorum mulceantur e legibus? quae est enim causa, requiram ut eadem rursus, ut ille tauris deus, haedis alius honoretur aut ouibus, hic lactentibus porculis, alter intonsis agnis, hic uirginibus bubulis, capris ille cornutis, hic sterilibus uacculis, at ille incientibus scrofis, hic albentibus, ille taetris, alter feminei generis, alter uero animantibus masculinis? si enim honoris et reuerentiae causa mactantur dis hostiae, quid refert aut interest, cuius animalis e capite luatur hoc debitum, cuius ira offensioque ponatur? an numquid alterius alteri animantis gratior et iucundior sanguis est, alteri uero alterius uoluptatem infundit et gaudium? aut, ut fieri moris est, obseruationis alicuius f. 143[b] | et religionis metu ille caprina abstinet se carne, porcinum alius execratur attactum, huic ouilla fetulenta sunt uiscera, ac ne stomachum fatiget inualidum, hic bubulam duritiem uitat et lactentium lenitatem, quo digerat expeditius, sumit?

19 sed erras, inquit, et laberis: nam dis feminis feminas, mares maribus hostias immolare abstrusa et interior ratio est uulgique a cognitione dimota. non inquiro, non exigo, quid sacrorum praecipiant uel quid contineant leges; sed si uicerit ratio atque obtinuerit ueritas, differentiam generum nullam in diis esse neque ullis sexibus eos esse discretos, nonne solui necesse est, nonne rationes has omnes ex stultissimis creditas opinationibus comprobari, inueniri? sapientium uirorum non aduocabo sententias, qui risum nequeunt continere, cum discrimina sexuum diis audiunt immortalibus attributa: unoquoque ab hominum

2 *i*nmortales *P* 3 essentiae *scripsi:* sententiae *P* 5 e *om Sab* 8 buculis *Gel* 'ouiculis *uel* buculis *uel* uitulis' *Urs* 9 incientibus *Urs:* ingentibus *P* 10 atris *Sab* 12 diis *ex* dis *corr P* 14 animantis *scripsi:* minus *P* animalis *Urs* muneris *Klussmannus* munus *Hauptius* gratius et iucundius *Hauptius* 19 sthomacum *P* 21 diis *ex* dis *corr P* 24 uicerit] iusserit *Sab* 27 nonne *del Salm* ex *scripsi:* et *P* e *Sab*

quaero, an ipse apud se credat sibique ipse persuadeat, distinctum esse deorum genus, mares ac feminas hos esse et ad generandos fetus conuenientium membrorum dispositione formatos? sed si sexibus sexus pares, id est feminas feminis, mares autem hostias dis maribus immolari sacrificiorum iura praescribunt: quae in coloribus ratio est, ut merito his albas, illis atras conueniat nigerrimasque mactari? quia superis diis, inquit, atque ominum dexteritate pollentibus color laetus acceptus est ac felix hilaritate candoris, at uero diis laeuis sedesque habitantibus inferas color furuus est gratior et tristibus suffectus e fucis. sed si rursus optinuerit | ratio, inferorum penitus cas- f 144
sum esse nomen et uacuum neque ulla sub terris regna esse domiciliaque Plutonia, opinionem necesse est id quoque frustrari quam super atris pecudibus habetis diuisque subterreis. quodsi inferi nulli sunt, deos etiam Manium necesse est esse nullos. fieri enim qui potest, ut cum loca sint nulla, eorum quae non sunt ulli perhibeantur esse cultores? sed adsentiamur, 20
ut uultis, et esse inferos et esse Manes et habitare nescio quos in his deos ominibus minus faustos et tristioribus praepositos rebus. et quae causa, quae ratio est, ut atrae his hostiae nigerrimique admoueantur coloris? quia nigra nigris conueniunt et tristia consimilibus grata sunt. quid ergo? non uidetis, ut uobiscum et nos stolide similiterque ludamus, albas esse hostiarum carnes ossa dentes pinguitias omenta cum cerebris mollesque in ossibus medullas? sed uellera nigra sunt nigraeque animantium saetae. solas ergo immolate diis lanas uulsasque ex hostiis saetulas, relinquite infelicissimas pecudes spoliatas licet ac tonsas caeli animam ducere et pastibus innocentissimas incubare. quodsi grata numinibus inferis ea quae sunt nigra furuique existimatis coloris, cur non omnia cetera, quae illorum inferre sacrificiis moris est, sint nigra et fumi-

5 diis ex dis *corr P* 6 perscribunt *Sab* 7 conuenit *P corr* 8 ominum *Meursius:* hominum *P* 9 at | et *P corr* 13 opinionem *Sab:* opinione *P* 19 ominibus *Stewechius:* hominibus *P* 20 trae *P corr* 21 colores c. *Sab* 22 tristia *Sab:* tristitia *P* 23 scurriliterque *Oehlerus* seniliterque *Zinkius* 26 setae *P* 28 ac *Sab:* at *P*

gata taetreque ut colorata curatis? inficite thura, si dantur, salsas fruges atque uniuersa libamina; lacti oleo sanguini, hic ponat ut purpureum colorem, illa ut sint lurida, fuliginem
f. 144b infundite cum fauillis. | quod si uobis religio nulla est alba quaedam inferre et suos retinentia candores, ipsi uestras religiones rationesque dissoluitis, cum sacrorum in opere nihil
21 unum perpetuumque seruatis. sed et illud hoc loco consentaneum est ex uobis addiscere. si caper caedatur Ioui, quem patri sollemne est Libero Mercurioque mactari, aut bos si sterilis Vnxiae, quam Proserpinae tribuitis, quod ritu atque obseruatione praecipitur: quid facinoris in hoc erit, quid malorum scelerisue contractum, cum nihil intersit obsequii, cuius animalis e capite honorarium istud debitum compleatur? confundi haec, inquit, fas non est nec piaculi parui est officia rituum procurationumque miscere. causam, oro, edissere. quia generis certi hostias certis ius est consecrare numinibus certaque et supplicamenta praestari. et quae iterum causa est, ut generis certi hostias certis ius sit consecrare numinibus certaque et supplicamenta praestari? et hoc enim ius ipsum debet habere suam causam certisque ab rationibus exoriri, duci. antiquitatem consuetudinemque dicturus es? hominum mihi scita pronuntias et caeci animalis inuenta: ego autem, cum postulo causam mihi depromi, audire desidero aut caelo aliquid lapsum aut quod magis res poscit, quid adplicitum Iuppiter ad tauri habeat sanguinem, ut ei debeat immolari, non debeat Mercurio, Libero? aut natura quae capri est, ut his rursus adcommoda, Iouialibus conueniens sacrificiis non sit? animalium facta est inter deos diuisio? transactionis alicuius pactione
f. 145 conuenit, ut ille contineret | ab huius se hostia, hic ut usur-

1 taetreque *Salm:* taetraque *P* et *Sab* 3 hic *Sab:* huic *P* 4 fabillis *P* 5 quae *P corr c* ferre *Sab* 9 mercurio *P corr c* 10 tribuitis *Sab:* tribuitus *P* quod *Hildebrandius:* co *P* quo *c'* 12 sceleris*ue *P* 13 honorarium *Sab:* honoralium *P* 15 procurationumque *Meursius:* procurationemque *P* procurationeque *Sab* 17 et *Sab:* est *P del Meursius* 19 et *del Meursius* 22 et *Sab:* set *P* 25 ad *Sab:* at *P*

pare desineret alieni sanguinis iura? an ut zelotypi pusiones
communicare gustatum suarum pecudum nolunt, aut ut genti-
bus fieri moris diuersissimi fama est, quae habentur his esui,
aliorum eadem reiciuntur a uictibus? ergo si haec cassa sunt **22**
nec rationis alicuius habentia firmitatem, sacrificiorum et ipsa
inanis est ratio. etenim qui potis est habere idoneam id quod
sequitur causam, cum ipsum illud primum, a quo defluit se-
cundum, inanissimum esse reperiatur et uacuum et nulla soli-
ditate firmatum? Telluri, inquiunt, matri scrofa inciens immo-
latur et feta, at Mineruae uirgini uirgo caeditur uitula, nullis
umquam stimulis nullius operis excitata ad conatus. atquin
nos arbitramur nec uirginem uirgini oportuisse mactari, ne
uirginitas uiolaretur in pecude, qua dea plurimum pollet, nec
Telluri grauidas atque fetas ob honorem fecunditatis ipsius,
quam cuncti expetimus et optamus inextinguibili semper
† fecunditate procedere. nam si, quia uirgo Tritonia est, idcirco
ei conuenit uirgines hostias immolari, et quod Tellus est mater,
consimiliter grauidis accipienda est scrofis, ergo et musicis
Apollo, quod musicus, et quod medicus Aesculapius, medicis,
et quod faber Vulcanus est, fabris, et quod Mercurius eloquens,
eloquentibus debet disertissimisque mactari. quodsi dicere istud
insanum est aut ut mediocriter pronuntiem brutum, multo
illud maioris amentiae est, fetas iugulare Telluri, quod sit
fetibus grauior, Mineruae castas et uirgines, quia sit | pura, f. 145a
uirginitatis intactae. nam quod dici a uobis accipimus, esse **23**
quosdam ex diis bonos, alios autem malos et ad nocendi libi-
dinem promptiores, illisque ut prosint, his uero ne noceant
sacrorum sollemnia ministrari, quanam istud ratione dicatur,

1 desineret *Gel:* desideret *P* iura] iu *P corr c* ut *Sab:* ui *P* zelotipi *P* 2 communicare *Sab:* concumunicare *P* 4 aliorum *Meursius:* aliarum *P* 6 ratio *Sab:* datio *P* pote *Sab* 7 se*cundum P* 9 inciens *Urs:* ingens *P* 10 et *om Sab* ut foetae *Meursius* 11 nullus *P corr* excitata ad *scripsi:* excitata *P* excita ad *Oehlerus* conatu *Sab* 15 quoniam *Urs* 16 fecunditate] *Arnobium* fertilitate *uel* ubertate *uel* uirtute *scripsisse Zinkius suspicatur* 19 aescolapius *P* 21 dissertissimisque *P* 23 telluri* *P* 24 grauior] grauida ? 28 quamnam *P corr*

intellegere confitemur nos non posse. nam deos benignissimos dicere lenesque habere naturas, et sanctum et religiosum et uerum est, malos autem et laeuos, nequaquam sumendum est auribus, ideo quoniam diuina illa uis ab nocendi procul est dimota et disiuncta natura. quicquid autem potis est causam calamitatis inferre, quid sit primum uidendum est et ab dei nomine longissima debet differitate seponi. itaque ut uobis commodemus adsensum, dextrarum sinistrarumque rerum deos esse fautores, ulla nec sic ratio est, cur alios alliciatis ad prospera, alios uero ne noceant sacrificiis conmulceatis et praemiis: primum quod di boni male non queunt facere, etiam si nullo fuerint honore mactati; quicquid enim mite est placidumque natura, ab nocendi procul est usu et cogitatione discretum: malus uero conprimere suam ferociam nescit, quamuis gregibus mille et mille alliciatur altaribus. neque enim in dulcedinem uertere amaritudo se potest aut ariditas in umorem, calor ignis in frigora aut quod rei cuicumque contrarium est id quod sibi contrarium est in suam sumere atque inmutare naturam. ut si manu uiperam mulceas, uenenato blandiaris aut scorpio, petat illa te morsu, hic contactus aculeum
f. 146 figat, nihilque illa prosit adlusio, | cum ad nocendum res ambae non stimulis exagitentur irarum sed quadam proprietate naturae: ita nihil prodest promereri uelle per hostias deos laeuos, cum siue illud feceris siue contra non feceris agant secundum suam naturam et ad ea quae facturi sunt ingenitis legibus et quadam necessitate ducantur. quid quod isto modo utrique dii desinunt esse suis in uiribus et suis in qualitatibus permanere. nam si bonis ut prosint res diuina conficitur, malis autem ne noceant isdem rationibus supplicatur, sequitur ut intellegi debeat, nihil dexteros profuturos nulla si acceperint munera fierique ex hoc malos, malos autem si acceperint no-

1 nos *add c, om Sab* 3 leuos *P* 5 pote *Sab* 11 dii *ex* di *corr P* 16 humorem *c* 17 **********calor *P* 20 contactus *in* contractus *corr P* contractus *Sab* contactus *Gel* 22 exagitantur *Sab* 25 secundum *add Klussmannus* ad quae *Heumannus* facturi *Klussmannus:* facti *P* 28 malis] aliis *Sab* 29 hisdem *P*

cendi posituros mentem fierique ex hoc bonos: atque ita perducitur res eo ut neque hi dexteri neque illi sint laeui aut, quod fieri non potest, utrique ipsi sint dexteri et utrique iterum laeui. esto, concedatur infelicissimas pecudes non sine aliquo 24
religionis officio diuorum apud templa mactari et quod ex usu consuetudinis factum est rationis alicuius causam aliquam continere: sed si magnificum uidetur atque amplum iugulare diis tauros, si inlibata, si solida concremari animantium uiscera, quid sibi reliqua haec uolunt magorum cohaerentia disciplinis, quae in sacrorum reconditis legibus pontificalia † restituere mysteria et rebus inseruere diuinis? quid, inquam, sibi haec uolunt: apexaones hirciae silicernia longaui? quae sunt nomina et farciminum genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus. | quid taedae, quid f. 146b
neniae, quid offae non uulgi set quibus est nomen appellatioque penitae? ex quibus quod primum est, in exiguas aruina est miculas catillaminum insecta de more, quod in secundo situm est, intestini est perrectio, per quam proluuies editur sucis perexsiccata uitalibus. offa autem penita est cum particula uisceris cauda pecoris amputata. quid polimina, quid omenta, quid palasea siue ut quidam cognominant plasea? ex quibus est omentum pars quaedam, qua receptacula uentrium circumretita finiuntur, bouis cauda est plasea siligine et sanguine delibuta. polimina porro sunt ea quae nos proles uere-

2 eo* *P* 9 coherentia *P* 10 instituere *?* 11 inseruere *Sab:* inseruire *P* 12 apexabo *Sab* apexabones *Hildebrandus* hirciae] issicia *Sab* longaui *Salm:* longaeui *P* longauo *Sab* 13 omina *P corr* farciminum *Sab:* facinorum *P* alia *Sab:* alias *P* 14 taedae] tuceta *Gel* taxiae *Salmasius ad Solin. p. 90* codae *Meursius* 15 taeniae *Scaliger, Urs* uulgi sed *Sab:* uulgis et *P* 16 penitae *Sab:* penti$\overset{n}{*}$ae *P* 17 catillaminum *Meursius:* cat*illaminuam *P* at illa minutim *Sab* 18 intistini *P corr c* est perrectio est *P corr* porrectio *Sab* prolubies *P* 19 percocta et exsiccata *?* pennita *P* 20 anputata *P* 21 omenta *Sab:* momenta *P* palas*ea *P* plasea *Gel:* plassea *P* 22 ex *om Urs* omentum *scripsi:* nomen omenti *P* omenti *Urs* qua *scripsi:* quo *P* 23 bouis *Gel:* uobis *P* 24 delibuta *Sab:* dilibuta *P*

cundius dicimus, a uolgaribus autem adsolent cognomine testium nuncupari. quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla catumeum † cumspolium cubula? ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina sed genere et qualitate diuersa, series uero quae sequitur liborum significantias continet; et ipsis enim non est una eademque formatio. non enim placet carnem strebulam nominare, quae taurorum ex coxendicibus demitur, pulpamenta non assa, non quae in ueribus exta sunt, animata prunis et torrefacta carbonibus, non salsamina denique, quae sunt una commixtio quadrinis copulata de frugibus; non similiter fendicas, quae et ipsae sunt hirae, quas plebis oratio illas solet cum eloquitur nuncupare, non ratione eadem et rumas, quae sunt prima in gurgulionibus capita, qua deicere
f. 147 cibos et referre natura est ruminatoribus | saeculis; non magmenta, non augmina, non mille species uel † amensanguinum uel fitillarum, quibus nomina indidistis obscura uulgoque ut
25 essent augustiora fecistis. si enim quaecumque ab hominibus fiunt maximeque in re sacra debent habere suas causas nec sine ratione est quicquam in negotiis omnibus atque in omni administratione faciendum: edissertate nobis et dicite, quae sit causa, quae ratio, ut haec etiam diis dentur sacrisque adoleantur altaribus. in hoc enim diutius loco huic causae uel maxime necessario inmoramur insistimus inhaeremus, cupientes addiscere, quid cum pultibus deo sit, quid cum libis, quid diuersis cum fartibus, confectis iure ex multiplici atque inpensarum uarietate conditis. opiparis numina cenis adficiuntur aut prandiis, ut innumeras conueniat excogitare his dapes?

2 fritilla *Sab in err* 3 conspolium *Sab* spolium *?* 6 enim *ante* placet *del Urs* 7 e coxendicibus *Sab:* et condicibus *P* 8 non *ante* quae *add Meursius* 9 prunis *scripsi:* prius *P* 10 quae *add Gel* 11 hirae *P. Scriuerius:* dirae *P* 12 illas *Scaliger:* illa *P* ilia *P. Scriuerius* hillas *Stewechius* et rumas *Baluzius:* aerumnas *P* rumas *Canterus, Urs* 13 qua *Gel:* quae *P* 14 naturae struminatoribus *Sab* 15 uelamen sanguinum *Sab* uel farciminum *Salm* 16 fittilarum *P* fritillarum *Sab in err* 20 aedissertate *P corr r* 22 huic *Sab:* huc *P* 25 fartibus *Urs:* fratibus *P* confectis *scripsi:* confectionis *P* ex *Oehlerus:* et *P del Gel* 26 opipares *P corr c¹* 27 innumeras *Sab:* numeras *P*

auersionibus stomachorum laborant et ad expellenda fastidia saporum uarietas quaeritur, ut modo his assa, modo cruda ponantur, semicocta et modo semicruda? quod si omnes has partes quas prosicias dicitis accipere dii amant suntque illis gratae uel uoluptatis alicuius uel dulcedinis sensu, quid intercedit, quid prohibet, ut non semel haec omnia totis cum animantibus inferatis? quae causa, quae ratio est, ut caro strebula separatim, ruma, cauda et plasca separatim, hirae solae omenque solum augmentorum adiciantur in causam? pulmentorum uarietatibus adficiuntur dii caelites, ut fieri mos est post cenarum ditium et locupletium saginas, frustilla haec paruula pro suauibus mateolis | sumunt, non quibus famem sedent sed f. 147b
ut palati admoneant otium seque ipsos pleni ad adpetitum uoracitatis instigent? o deorum magnitudo mirabilis, o nullis hominum comprehensa, nullis intellecta naturis, siquidem ut prosint testiculis pecudum redimuntur et rumis neque prius iras atque animos ponunt nisi sibi adoleri paratas conspexerint nenias offasque reddier penitas. sequitur, ut de thure deque mero 26
aliquid sine ulla nimietate dicamus. copulata enim et mixta sunt caerimoniarum et haec genera cultumque adhibentur in plurimum. ac primum illud a uobis isto ipso quaerimus percontamurque de thure, unde aut quo tempore nosse illud aut scire potueritis, ut merito existimetis aut esse diis dandum aut eorum acceptissimum uoluntati. nouella enim propemodum res est neque annorum inexplicabilis series, ex quo eius notitia profluxit in has partes et delubris meruit interesse diuinis.

1 stomacorum *P* 3 semicoacta *P corr* modo et *Gel* 4 prosicias *Turnebus, Urs:* praesicias *P* 5 gratiae *Sab* ducedinis *P corr r* 8 cauda *Sab:* cada *P* cauda *postea* coda *r* hirae *Meursius:* irae *P* omenque *Meursius:* nomenquae *P* nomenque *Sab* omentum *Gel* 9 magmentorum *Urs* adiiciatur *Sab* causin ? 11 haec] ac *Urs* 13 palati *Salm:* palatia *P* palatis *Sab* admoueant *Sab* *otium *P* plenae *c*'. *uulgo* ad *addidi* adpetitu *c*' appetitu *uulgo* 18 taenias *Scaliger, Urs* reddier penitas *Zinkius:* redemptas *P* penitas *Gel* 20 fiunt *Sab* cultumque *Sab:* cultuque *P* 23 potueritis *Urs:* poteritis *P* 26 smeruit *P corr*

nam neque temporibus, quemadmodum creditur et perhibetur, heroicis quidnam esset thus scitum est, scriptoribus ut comprobatur a priscis, quorum in libris posita nulla eius mentio reperitur, neque genetrix et mater superstitionis Etruria opinionem eius nouit aut famam, sacellorum ut indicant ritus, neque quadringentis annis quibus Albana res uiguit in usum cuiquam uenit, sacra cum res fieret, neque ipse Romulus aut religionibus artifex in comminiscendis Numa aut esse sciuit aut nasci, ut pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacri-
f. 148 ficiorum sollemnium munia. unde igitur coepta est usur|patio eius adsumi, aut in antiquam et ueterem consuetudinem quaenam inruit nouitas, ut quod tempestatibus tantis necessarium non fuit locum sumeret in caerimoniis primum? nam si sine thure religionis officium claudicat necessariaque uis eius est quae propitios faciat mitesque hominibus caelites, peccatum est ab antiquis, quinimmo piaculis plena uita omnis illorum fuit, qui quod maxime conueniens deorum fuerat uoluptati per incuriam neclexere libare. sin autem temporibus priscis neque homines neque dii huius thuris expetiuere materiam, conprobatur et hodie frustra illud inaniterque praestari, quod neque antiquitas necessarium credidit et sine ullis nouitas
27 rationibus appetiuit. denique ut illam semper regulam definitionemque teneamus, qua demonstratum et fixum est, quicquid fiat ab homine, habere oportere suas causas, et in ista quoque retinebimus parte, ut requiramus ex uobis quae sit causa, quae ratio, ut ante ipsa numinum signa thura iniciantur altaribus et ex eorum incendio familiaria fieri existimentur et mitia. quid ex huiusmodi facto adquiritur his rei aut eorum ad animos quid accedit, ut merito iudicemus recte ista dependi et non frustra atque inaniter concremari? ut enim uos debetis ostendere, cur thura diis detis, sic et deos sequitur ut debeatis expromere habere aliquam causam, cur ea non respuant, quin-

4 etruriae *P corr* 5 sacrorum ? 12 antis *P corr* 13 si sine *Sab:* sine *P* 14 thurae *P corr* 19 expetiuere *Gel:* expedi*uere *P* 29 accidit *Sab* 30 debetis *Sab:* debeatis *P*

immo cur ea tam † familiariter concupiscant. honoramus, inquiet aliquis fortasse, his deos. sed nos non uestrum, sed numinum requirimus sensum, nec quid fiat a uobis, sed pendatur | ab f. 148b his quanti quod in praemium datur fauoris interrogamus. sed tamen, o pietas! quantus iste est honor aut qualis, qui ex ignis odore conficitur et resina ex arboris conparatur? nam ne forte ignoretis, quid aut unde sit thus istud: uiscum est ex corticibus * profluens ita ut ex amygdalo, ceraso resina lacrimabili destillatione coalescens. hocine ergo superas honorat et auctificat dignitates, aut offensa si aliquando contracta est, thuris uapore dissoluitur et temperata indignatione sopitur? quid ergo cessatis cuiuslibet arboris uiscum sine ulla passim differitate comburere? nam si honorantur hoc numina nec indigne sustinent Panchaicas sibi ardere resinulas, quid interest, unde fumus altaribus conficiatur in sanctis uel ex uisci quo genere nubes suffitionis exaestuent? an numquid aliquis dicet 28 idcirco superis thus dari, quod odoratus habeat suaues et narium commulceat sensum, reliqua uero sint aspera et ob causam offensionis exclusa? habent enim dii nares, quibus ducant aerios spiritus, accipiunt auras et remittunt, ut penetrare illos possint nidorum differentium qualitates. quod si damus ut fiat, mortalitatis eos adiungimus legi et excludimus diuinitatis a finibus. quicquid enim spirat et reciprocos halitus auris commeabilibus ducit, id necesse est esse mortale, quia caeli sustineatur e pastu. quicquid autem caeli sustinetur e pastu, si recursus abstuleris quibus alternatio redditur abstrahiturque uitalis, | oblidi eius necesse est animam et rationem subrui atque f. 149 interire uiuendi. ergo si et dii spirant odoremque ad se adtrahunt auris comitantibus inuolutum, non est ab re dicere, et alienis eos suffectionibus uiuere et interclusis posse spiraminibus interire. et unde nouissime scitis, an si odorum suauitate

1 familiariter] feruenter *uel* famelice *Orellius* famelicitor *Hildebrandius* 2 fortassi *P corr c* 6 lignis *P corr* ardore *Urs* 8 *lacunam signaui: arboris thuriferae significationem intercidisse apparet* resina *addidi* 14 sustinet *Sab* 19 exclusa *P* 20 penetrare *r* 23 halitos *P corr c'* 27 obliti *P corr* 30 suffitionibus *Sab*

capiuntur, eadem sint eis iucunda quae uobis et parili sensu ut uestras deorum mulceant adficiantque naturas? nonne fieri potis est, ut quae uobis adferunt uoluptatem contra illis aspera uideantur et tristia? cum enim sint essentiae dispares substantiaeque non unae, quibus effici rationibus potest, ut quod qualitate diuersum est unum sentiat accipiatque contactum? an non cottidie cernimus et inter animantia terris orta esse aliis eadem uel amara uel dulcia, mortifera his esse quae illis nata in perniciem non sunt, ut quae illos mulceant odoribus laetis eadem pestiferos halitus aliorum corporibus spirent? sed hoc ut fiat et accidat non in rebus est causa, quae simul esse mortiferae, simul salutares, simul dulces nequeunt simulque amarae consistere, sed ut quisque est factus, ad extrinsecus rei uenientis attactum ita afficitur, qualitatem non accipit ex rerum inpulsionibus natam sed ex sui sensus contagiique natura. uerum omnis haec ratio longe est ab diis sita nec exigui limitis interiectione discreta. nam si uerum est, ut ab sapientibus creditur, incorporales hos esse nec oliditatis alicuius eminentia subleuari, inanis apud hos odor est nec sensibiliter commouere aura eos potis est nidoris alicuius.
f. 149b non si mille tu pondera | masculi thuris incendas caelumque hoc totum redundantium uaporum nebulositate cludatur. quod enim non habet robur et substantiam corporalem, contrectari ab substantia non potest corporali: odor autem corpus est, tactis sicut naribus indicatur: ab deo ergo sentiri ratione non potest ulla, qui caret robore corporis atque omni sensu et contagione priuatus est.
29 merum thuris est socium, quod explanari consimiliter poscimus cur eius superfundatur incensioni. nisi

2 ut *addidi* deorum] *uide infra* 3 pote *Sab* 4 deorum sint *P* deorum *del Urs: transposui post* uestras (2) essentiae *scripsi:* sententiae *P* 6 *ut *P* 9 ut quae *Sab:* utque *P* alios *Urs* 13 amarae *Sab*: in una re *P* 14 ab *sic Sab* afficitur *Gel:* efficit *P* 16 compagiique *Urs* 17 sita *Sab:* ita *P* 18 oliditatis *Gel:* u[a]liditatis *P* soliditatis *Urs* 21 culi *P corr c* 24 a *Sab* 25 a *Sab* 26 robore *scripsi:* re *P* contagione *scripsi:* cogitatione *P* 27 pri*uatus *P* 28 eius *Meursius:* ei *P* nisi *Salm:* si *P*

enim ratio cur fiat ostenditur nec habebit expositam sui causam, non iam istud errori obiciendum est ludicro sed ut dicatur expressius insaniae dementiae caecitati. ut enim iam saepius dictum est, debet omne quod geritur causam sui habere perspicuam nec caliginis alicuius obscuritate contectam. si ergo fiditis facto, aperite, monstrate, liquor iste cur detur, id est uinum superfundatur altaribus. numquid enim numinum corpora sitim sentiunt aridam et eorum necesse est siccitates umore aliquo temperari? numquid nobis ut mortalibus moris est cenis intermiscere potiones, pari etiam more post solidos uictus liborum et pultium hostiarumque caesarum, quo putrefiat facilius et percoquatur cibus, frequentissimo inrigant accipiuntque se uino? date quaeso immortalibus diis ut bibant scyphos, brias, pateras simpuuiaque depromite, et quoniam lautis pinguibusque se dapibus atque opimis inferciunt escis, ne quod in stomachi tramite male transuoratum substiterit uiscus, succurrite, properate: Ioui optimo maximo merum ne praefocetur date. cupit eructare nec potis est, ac ni illa labatur et dissoluatur obstructio, | periculum maximum est ne oblisus interrumpatur spiritus et uiduatum remaneat sine suis administratoribus caelum. f. 149 bis sed frustra, inquit, inequitas nobis: 30 non enim nos superis ob eas profundimus merum causas, tamquam illos existimemus aut sitire aut bibere aut suauitatis eius adfectione laetari. honoris eis ergo datur: quo fiat illorum elatior, amplior augustiorque sublimitas, altaria super ipsa libamus et uenerabiles muscos carbonibus excitamus extinctis. et quae grauior infligi contumelia dis potest, quam si eos credas accepto mero propitios fieri, aut honorem existimes habitum his magnum, si modo uini exigui rores super uiuidam

1 non ostendetur *Sab* 6 *sq.* id est uinum superfundatur *del Zinkius* 9 humore *c* nobes (bis *in ras c*) *P* mos *c. uulgo* 10 solitos *Sab* 12 et *Sab:* ut *P* perquoquatur *P* 13 ut *add Heumannus* 14 scyfos *P* simpuuiaque *Meursius:* simpubiaque *P* sympiniaque *Sab* 15 lautis *scripsi:* tauris *P* 18 ac ni *Sab* agni *P* 21 administratibus *Stewechius* 25 subli*mitas *P* 26 muscos *Salm:* miscus *P* cnissas *Gel* 27 diis *ex* dis *corr P* 29 rores *Salm:* roris *P* rore *sic Sab*

ieceris atque instillaueris prunam? non nobis est sermo cum hominibus rationis expertibus neque quibus non sit communis intellegentiae ueritas, inest et uobis sapientia, inest sensus, uerumque nos dicere apud uos ipsi interiore iudicio scitis. sed quid facere possumus considerare nolentibus penitus res ipsas secumque ipsos loqui? facitis enim quod fieri cernitis, non quod fieri oportere confiditis: plurimum quia apud uos ualet nullam habens consuetudo rationem quam rerum inspecta natura ueritatis examinatione ponderata. quid est enim deo cum uino, aut in eius materia uis qualis aut quanta est, quod cum effusum fuerit, sublimitas eius augescat et honorata existimetur auctoritas? quid, inquam, deo cum uino est, Veneriis
f. 149 bis [b] re proxima, neruos omnium debilitante uirtutum, | uerecundiae, pudoris et castitatis inimica, quod in insanias et furores mentes saepius praecipitauit excitas ipsosque illos deos maledictis conpulit exauctorare dementibus? itane istud non nefas et plenum sacrilegii crimen est, honori dis hoc dare, quod si tu id auidius sumpseris, quid facias nescias, quid loquaris ignores, ad extremum temulenti, luxuriosi et perditi conuicium
31 infamiamque merearis? operae pretium est etiam uerba ipsa depromere, quibus cum uinum datur uti ac supplicare consuetudo est 'mactus hoc uino inferio esto'. 'inferio', inquit Trebatius, uerbum ea causa est additum eaque ratione profertur, ne uinum omne omnino quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum est, esse sacrum incipiat et ex usibus eripiatur humanis. addito ergo hoc uerbo solum erit quod inferetur sacrum nec religione obligabitur ceterum. qualis ergo hic honor est, in quo imponitur quasi lex deo, ne plus quaerat quam datum est? aut cuius ipse est auiditatis deus, qui nisi uerbi fuerit praescriptione summotus, cupiditatem suam protendat ulterius et apo-

4 diceret *P corr* 5 paenitus *P* 7 plurimum *scripsi:* primum *P* nimirum *Gel* apud *Sab, r:* pud *P* plus ualet *Sab* 9 naturat *P corr* 12 Veneri *Urs* 17 honori dis *scripsi:* honoris *P* honori *Sab* honoris ergo *Hildebrandius* 18 id *del Gel* 19 luxoriosi *P* 20 opere *P* praetium *P* praecium *c'* 29 quae erat *Sab*

thecis suis supplicem priuet? 'mactus hoc uino inferio esto': iniuria est ista, non honor. quid enim, si diuus amplius hoc uolet neque erit contentus inlato? nonne insigniter dicendus est laedi qui honorem accipere cum condicione cogetur? nam si exceptione non addita sacrum necesse est fieri omne omnino quod in cellis est uinum, manifestum est et deo contumeliam fieri, cui modus constituatur inuito, | et uos ipsos in re sacra f. 150 caerimoniarum officia uiolare, qui non tantum tribuitis uini quantum deum uidetis sibi uelle praestari. 'mactus hoc uino inferio esto' quid est aliud quam dicere: tantum esto mactus quantum uolo, tantum amplificatus quantum iubeo, tantum honoris adsumito quantum te habere decerno et uerborum circumscriptione definio? o deorum sublimitas praepotens, quam uenerari, quam colere officiis omnibus caerimonialibus debeas, cui legem uenerator inponit, quam cum pactionibus adorat et formulis, quae per unius formidinem uerbi ab inmodicis uini cupiditatibus arceatur. sed sit ut uultis honor in uino, sit in **32** thure, immolatione et caedibus hostiarum irae numinum offensionesque placentur. etiamne di sertis, coronis adficiuntur et floribus? etiamne aeris tinnitibus et quassationibus cymbalorum? etiamne tympanis? etiamne symphoniis? quid? efficiunt crepitus scabillorum, ut cum eos audierint numina, honorifice secum existiment actum et feruentes animos irarum obliuione deponant? an numquid ut paruuli pusiones ab ineptis uagitibus crepitaculis exterrentur auditis, eadem ratione et omnipotentia numina tibiarum stridore mulcentur et ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt? quid sibi uolunt excitationes illae quas canitis matutini conlatis ad tibiam uocibus? obdormiscunt enim superi, remeare ut ad uigilias debeant. quid dormitiones illae | quibus bene ut ualeant au- f. 150b spicabili salutatione mandatis? somni enim quiete soluuntur

1 suis *Sab:* sui *P* 3 dicendum *Sab* 4 est *Sab:* esse *P* cogatur *Gel* 17 arcetur *Sab* 18 *irae P* 19 etiam *Sab* dii *r* ser*tis *P* 20 cy*mbal*orum *P* 21 tymphanis *P corr r* symphonis *P corr* quid efficiunt *uulgo* 24 deponant *Sab:* deponunt *P* 30 domuitiones *Gel*

occuparique ut hoc possint, lenes audiendae sunt neniae. lauatio, inquit, deum matris est hodie. sordescunt enim diui et ad sordes eluendas lauentibus aquis opus atque adiuncta aliqua cineris frictione. Iouis epulum cras est. Iuppiter enim cenat magnisque implendus est dapibus, iamdudum inedia gestiens et anniuersaria interiectione ieiunus. † Aesculapii geritur celebraturque uindemia. colunt enim dii uineas et ad suas usiones contractis exprimunt uindemiatoribus uinum. lectisternium Cereris erit Idibus proximis. habent enim dii lectos atque ut stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur atque excitatur inpressio. Telluris natalis est. dii enim ex uteris prodeunt et habent dies laetos quibus eis adscriptum est auram
33 usurpare uitalem. ludi uero, quos facitis, quibus Floralibus et Megalensiis nomen est ceterique omnes alii quos esse sacros uoluistis et religionum inter officia deputari quam rationem habent, quam causam, ut institui condique debuerint et ex numinum appellatione signari? honorantur, inquit, his dii et si quas ab hominibus continent offensionum memorias inlatarum, abiciunt, excludunt redduntque se nobis redintegrata familiaritate fautores. et quae causa est rursus, ut tranquilli, placidi efficiantur et mites, ineptae si res fiant et ab hominibus otio-
f. 151 sis multitudine | spectante ludatur? ponit animos Iuppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus, aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus aut Danae, motum conpescit irarum? tranquillior, lenior Mater Magna efficitur, si Attidis conspexerit priscam refricari ab histrionibus fabulam? obliterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere uiderit saltatoriis in motibus pantomimum? indignatio relanguescit Alcidae, si tragoedia Sophoclis cui Trachiniae nomen

1 occuparique *Sab:* occupatique *P* 3 aliqua *Urs:* antiqua *P* 4 aepulum *P* 5 media *Sab* 6 esculapii *P* 7 ad] ab *Sab* suas usiones *Salm:* suasionibus *P* 8 contracti *Sab* 9 caereris *P* 14 megalensis *P corr* megalensibus *Sab* 15 inter *Sab, r:* iter *P* 18 illatarum *Urs:* inlatas *P* 19 familiaritates *P corr* 21 in*eptae *P* 22 ludantur *Zinkius* 23 anphytrion *P* Amphytrio *Sab* 27 obliterabit *Sab:* obliterauit *P* 28 pantomimum *Sab:* pantomimus *P* relanguescet *Sab* 29 sofoclis *P* traciniae *P* trachine *Sab*

est, Euripidis aut Hercules actitatur? existimatue tractari se honorifice Flora, si suis in ludis flagitiosas conspexerit res agi et migratum ab lupanaribus in theatra? itane istud non est deorum imminuere dignitatem, dicare et consecrare turpissimas res eis, quas censor animus respuat et quarum actores inhonestos esse ius uestrum et inter capita conputari iudicauit infamia? mimis nimirum dii gaudent, et illa uis praestans neque ullis hominum comprehensa naturis libentissime commodat audiendis his auris, quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse derisionis in materiam norunt: delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore. iam uero si uiderint in femineas mollitudines eneruantes se uiros, uociferari hos frustra, sine causa alios cursitare, amicitiarum fide salua contundere se alios et crudis mutilare de caestibus, certare hos spiritu, buccas uento distendere uocibusque inmanibus concrepare: manus ad caelum | tollunt, rebus f. 151b
admirabilibus moti prosiliunt, exclamant, in gratiam cum hominibus redeunt. haec si diis immortalibus obliuionem adferunt simultatum, si ex comoediis, Atellanis, mimis ducunt laetissimas uoluptates, quid moramini, quid cessatis, quin et ipsos dicatis deos ludere lasciuire saltare, obscenas conpingere cantiones et clunibus fluctuare crispatis? quid enim differt aut interest, faciantne haec ipsi an ab aliis fieri in amoribus atque in deliciis ducant? unde igitur fluxit uel ex quibus enata est 34
causis opinionum haec prauitas? ex eo scilicet maxime, quod nequeuntes homines quidnam sit deus scire, quidnam sit uis eius, natura substantia qualitas, utrumne habeat formam an

1 Euripidis *Sab:* euripides *P*   actitetur *Gel*   existimatue *Meursius:* existimatur *P* existimabit *Heraldus*   4 consecare *P corr*   6 iudicauit *Sab, r:* iudauit *P*   9 aures *c*   symplegmatibus *Sab:* implegmatibus *P* simplegmatibus *r* *in mg* R   11 salpictanum *Sab* salpictarum *Gel* salpittarum *r*   12 robore *P corr c*¹   14 hos *Sab:* hoc *P*   causa] culpa *Sab*   15 fide *Sab, r:* fides *P*   de] se *Sab in err*   16 cestibus *P*   uocibusque *Zinkius:* uotisque *P* cauatisque *Salm*   17 inanibus *Sab* manibus *Salm*   concrepare *Sab:* concremare *P*   20 attellanis *r*   23 differt *Sab:* defert *P* difert *c*¹   26 seilicet *P corr*   28 qualis *P corr* qualis *Salm*

nulla sit corporis circumscriptione finitus, agat aliquid an non agat, uigiletne perpetuo an aliquando soluatur in somnos, currat sedeat ambulet an ab huiusmodi motibus et cessatione sit liber, haec omnia ut dixi nequeuntes scire neque ratione aliqua peruidere in eas sunt opinationes lapsi, ut deos ex se fingerent et qualis sibi natura est et illis talem darent actionum, sensuum uoluntatumque naturam. quodsi animal cernerent nullius esse se pretii nec inter formiculam plurimum seseque esse discriminis, profecto desinerent arbitrari quicquam se habere commune cum superis et intra suos fines humilitatis suae modestiam continerent. nunc uero quia cernunt ora oculos capita buccas | auriculas nasos ceterasque se alias membrorum gerere ac uiscerum portiones, et deos existimant eadem ratione formatos habitumque illos suum compagine in corporea continere: et quia gaudere laeta re maestosque se fieri tristioribus conspiciunt causis, arbitrantur et numina ex rebus hilarioribus gaudere et ex minus laetis animorum contractione conduci: adfici se ludis, putant et caelitum mentes ludorum delectatione mulceri: et quia illis se uolup est lauacrorum refouere caldoribus, et superis ducunt lauationum esse munditias gratas: uindemiamus nos homines, et deos rentur et credunt suas ducere atque agitare uindemias: dies nobis natalicii sunt, et potentias caelites dies autumant habere natales. quodsi possent adscribere ualetudines, aegritudines et corporales diis morbos, non dubitarent eos lienosos, lippulos atque enterocelicos dicere, eo quod ipsi et lienosi et lippi sunt saepe et ingentium herniarum magnitudine ponderosi.

f. 152 (margin, beside "los capita buccas | auriculas")

35 age nunc summatim, quoniam sermo prolatus est et perductus in haec loca, singularum partium oppositionibus comparemus, utrumne uos melius rebus de superis sentiatis an potius nos multo et honoratius opine-

3 an* *P* cessione *Sab* 4 liber. haec *uulgo* 7 sensuum *scripsi:* rerum *P* 8 praetii *P* 13 gerere *Sab:* genere *P* 15 laeta re *Meursius:* laetari *P* mestosque *P* 18 affici se *Sab:* adficisse *P* adfecisse *c'* 19 uolup* (uolupe *scriptum fuisse apparet*) *P* uoluptas *c'*, *uulgo* labac^{r}orum *P* (b *in* u *corr c'*) 21 uindeamiamus *P* 23 autmant *P corr c* 25 enterocelicos *Gel:* interocaelicos *P* enterocaelicos *Sab* 27 herniarum *Sab:* gruenearum *P* *capita 35. 36. 37 Orellius in finem libri reiecit* 28 e^{t} *P* singularum *Orellius:* singulorum *P* 29 parium *Heraldus*

mur et rectius quodque rei diuinae suam praestet atque attribuat dignitatem. ac primum nos deos, quos in rerum natura uel arbitramini esse uel creditis quorumque in templis omnibus simulacra constituistis et formas, profitemini esse natos et ex masculorum feminarumque seminibus conuentionum progenitos f. 152 lege. at uero nos contra, si modo dii certi sunt | habentque huius nominis auctoritatem potentiam dignitatem, aut ingenitos esse censemus — hoc enim religiosum est credere — aut si habent natiuitatis exordium, dei summi est scire, quibus eos rationibus fecerit aut saecula quanta sint, ex quo eis adtribuit perpetuitatem sui numinis inchoare. uos habere sexus deos aliosque ex his mares, feminini generis alios esse censetis: nos potentias caelites discretas esse sexibus abnegamus, quoniam discrimen huiusmodi terrenis animantibus datum est, quas coire, quas generare auctor uoluit rerum substituendis per libidinem prolibus. uos hominum similitudinem gerere et mortalium uultibus existimatis esse formatos: nos effigies remur submotas esse ab his longe, quoniam forma mortalis est corporis, et si forte est ulla, comprehendere neminem posse indubitabili adseueratione iuramus. a uobis artificia singuli opificum more habere perhibentur: ridemus, cum audimus nos ista, quoniam diis artes necessarias ducimus arbitramurque non esse et eas constat et liquidum est paupertatis ad subsidium 36 conparatas. discordias alios ex his uos, alios dicitis qui pestilentias inrogent, alios qui amores, qui furias, alios uero qui praesint bellis et sanguinis effusione laetentur: at uero nos contra ab ingeniis numinum iudicamus esse ** disiunctas, aut si sunt qui haec mala miserrimis inferant subiciantque mortalibus, ab deorum contendimus procul esse natura nec sub huius nominis praedicatione ponendos. irasci et perturbari uos f. 153 numina ceterisque animorum adfectibus | mancipata esse atque obnoxia iudicatis: nos huiusmodi motus alienos existimamus

2 natura *Sab:* naturam *P* 15 quoire *P* 20 firmamus *uel* iudicamus *Urs* 23 et eas] eas *Gel* quod eas *uel* quas *Urs* 24 discordias *Urs:* discordiarum *P* 25 alios uero *Sab:* alius uero *P* 26 uero] haec *Urs* 27 *lacunam signaui: uerborum quae interciderunt primum uidetur fuisse* discordias disiuncta *Canterus, Urs* 30 uus *P corr c*

ab his esse; sunt enim ferocium generum et mortalitatis obeuntium functiones. uos pecorum sanguine, uos caedibus et mactationibus hostiarum gaudere, laetari et in gratiam cum hominibus remini offensionibus redire sopitis: nos amorem sanguinis nullum esse in caelitibus ducimus nec esse tam duros, ut miserorum animantium caede saturatas abiciant iras. uos mero, uos thure honorem arbitramini diis addi et eorum augescere dignitates: nos monstrum et prodigium iudicamus, quod quisquam hominum credit aut augustiorem fieri deum fumo aut ex roribus exiguis uini ipsum sibi ab hominibus ducere satis sancte atque honorifice supplicatum. uos aeris tinnitibus et tibiarum sonis, uos equorum curriculis et theatralibus ludis persuasum habetis deos et delectari et adfici irasque aliquando conceptas eorum ista satisfactione molliri: nos inconueniens ducimus, quinimmo incredibile iudicamus, eos qui gradibus mille genus omne uirtutum perfectionis transierint summitate in uoluptatibus habere atque in deliciis res eas quas homo sapiens rideat et quae non aliis uideantur continere aliquid gratiae quam infantibus paruulis et triuialiter et popu-
37 lariter institutis. haec cum ita se habeant cumque sit opinio-
num tanta nostrarum uestrarumque diuersitas, ubi aut nos impii aut uos pii, cum ex pectorum sensibus pietatis debeat
f. 153b atque inpietatis | ratio ponderari? non enim simulacrum qui sibi aliquod conficit quod pro deo ueneretur aut qui pecus trucidat innoxium sacrisque incendit altaribus thus, is habendus est rebus deditus esse diuinis. opinio religionem facit et recta de diis mens, ut nihil eos existimes contra decus propriae sublimitatis appetere. cum enim cuncta quae his dantur sub oculis hic nostris uideamus absumi, quid ad eos aliud ab nobis dicendum est peruenire nisi opiniones diis dignas et eorum

1 mortalitati *Gel* obeuntium *Urs:* obeuntib. *P* subeuntium *Gel* obeuntis *Meursius* 6 caedae *P* 9 credat *Urs* 11 sanctae *P corr* *nitibus *P corr c'* 12 aequorum *P* theatralibus *Sab, r:* thetralibus *P* 13 et *ante* delectari *om Gel* 14 ista *addidi* mollire *Urs* 17 res *Gel:* esse res *P* iis esse res *Hildebrandius* 19 triuialiter *Sab:* tibialiter *P* 22 pectorum *scripsi:* partium *P* 25 thus *addidi* 27 propriae *Guyetus:* promptae *P* praesumptae *Gel* 30 dïis *P*

conuenientissimas nomini? haec sunt dona certissima, sacrificia haec uera: nam pulticulae, thura cum carnibus rapacium alimenta sunt ignium et parentalibus coniunctissima mortuorum.

38 Sed si dii immortales nequeunt, inquit, irasci neque ullis animorum adfectibus eorum quatitur concutiturque natura, quid historiae sibi uolunt, quid annales, quorum in conscriptionibus legimus nonnullis offensionibus deos motos pestilentias, sterilitates ac frugum inopias aliaque intulisse ciuitatibus nationibusque discrimina eosque rursus sacrorum satisfactione placatos indignationum posuisse feruores et in habitum laetiorem statum caeli tempestatumque mutasse? quid terrarum fremitus, quid motus, quos esse accepimus factos, quod essent acti per indiligentiam ludi nec ad suam formam condicionemque curati, instauratis his tamen et curiosa obseruatione repetitis superorum conquieuisse terrores et ad hominum curam familiaritatemque reuocatos? quotiens, uatum iussis haruspicumque responsis postquam diuina res facta est et ex gentibus | trans- f. 154 marinis acciti dii quidam delubraque his facta et in altioribus columnis signa quaedam et simulacra sunt constituta, et inminentium auersi sunt periculorum metus et grauissimi hostes pulsi et amplificata res publica est et uictoriarum frequentibus gaudiis et prouinciarum possessione conplurium? quod utique non fieret, si sacrificia, si ludos ceterosque aspernarentur dii cultus neque se honorari eorum procurationibus ducerent. si ergo his datis calor omnis numinum indignatioque frigescunt uertunturque in prospera ea quae uidebantur adferre terrores: manifestum est haec omnia non sine caelitum fieri uoluntate, et quod ea tribuantur a nobis, inaniter et cum tota inperitia reprehendi. **39** uentum est ergo, dum loquimur, ad ipsum articulum causae, uentum rei ad cardinem, uentum ueram atque ad iustissimam quaestionem, in quam conuenit ut debea-

16—22 . 273, 5—9. 18.

4 si *om Sab* 7 legimus *Sab:* legibus *P* motos *Sab:* motus *P* 8 aliqua *P corr c* 11 superorum *Sab:* superiorum *P* 17 transmarinis *Sab, r:* transmarini *P* 19 simulaca *P corr* 23 sacrificias *P* 24 sis *P* 27 uoluptate *Meursius* 30 ad ueram *Gel* 31 ad iustissimam *Urs:* adiunctissimam *P* ad iunctissimam *Canterus* ad inuictissimam *Meursius* questionem *P*

mus inspicere formidine superstitionis amota et gratificatione deposita, utrumne hi dii sint quos saeuire adseueratis offensos reddique sacrificiis mites an sint longe aliud et ab huius ui debeant et nominis et potentiae segregari. non enim imus infitias, in annalium scriptis contineri haec omnia quae sunt a uobis in oppositione prolata: nam et ipsi pro modulo ingeniique pro captu et legimus et esse positum scimus, ludis quondam ipsis circensibus, qui Ioui maximo fierent, patremfamilias quendam, antequam inciperent res agi, seruum pessime meritum per circi aream mediam transduxisse caesum uirgis f. 154b | et ex more multasse post patibuli poena. ludis dein terminatis profligatisque curriculis non multi post temporis spatium ciuitatem occepisse pestilentia uastari, cumque dies adderet malum malo grauius, cateruatim et populus interiret, rusticulo cuidam sorte humilitatis obscuro Iouem per insomnium dixisse, uti ad consules uaderet, praesulem sibi displicuisse monstraret, posse melius fieri ciuitati, si ludis sua religio redderetur et ex integro rursus curiosa obseruatione procederent. quod cum ille facere minime curasset, uel quod esse uanum suspicaretur insomnium nullamque habiturum apud audituros fidem uel quod ingenitae humilitatis memor potestatis tantae fugeret et formidaret accessum, cunctatori redditum inimicum Iouem filiorum obitus inrogauisse pro poena. mox cum et ipsi proprium minaretur interitum, ni praesulis pergeret nuntius inprobati, obeundi formidine territatum, cum iam et ipse contactus pestilentiae flagraret incendio, de sententia propinquorum perlatum ad curiam patrum insomnique exposita uisione flammas euolauisse contagii: ludorum deinde instauratione decreta et spectaculis adhibitam grauem curam et priorem populo redditam sanitatem.

2—4 = 277, 11—14   4—7 = 277, 8—11.

2 hii P   seuire P   3 ludis et sacrificiis Urs   mitaes P corr   4 debant P corr   imus infitias P   7 legimus haec eadem et Urs   ****et* esse P   posita Urs   11 mulcasse r poenam Sab   dein terminatis Klussmannus: deinde interminatis P deinde iam terminatis Sab   13 *pestilentia P   16 uaderet Lipsius, Urs: suaderet P   17 ciuitati Sab: ciuitatis P   23 et (eras) cum et P   24 praesules P corr c'   25 territum P corr   27 insomniique Sab

40 Sed neque illud aeque nos negabimus scire, temporibus quondam ciuitatis et reipublicae duris, uel quae lues infesta faciebat continua populum contage conficiens, uel quae hostes ualidi et ad periculum libertatis auferendae proeliorum prosperitate iam proximi, iussis et monitis | uatum transmarinis f. 155 ex gentibus quosdam deos accitos magnificisque honoratos templis et luis sedasse flagrantiam et uiribus hostium fractis frequentissime triumphatum et auctos imperii fines innumerasque prouincias sub leges uestri cecidisse dominatus. sed neque hoc nostram conscientiam fugit lectum et positum, ictum cum esset Capitolium fulmine multaque in hoc alia, Iouis etiam simulacrum, sublimi quod in culmine stabat, suis esse ab sedibus prouolutum. responsum deinde ab haruspicibus editum, res scaeuas tristissimasque portendi ab incendiis, caedibus, ab legum interitu et ab iuris occasu, maxime tamen ab domesticis hostibus atque ab impia coniuratorum manu. sed flecti haec posse, immo aliter publicari scelerata non posse consilia, nisi Iuppiter rursus altiore in culmine figeretur orientalem conuersus ad cardinem radiisque oppositus solis. adfuisse dicto fidem: nam subrecto culmine conuersoque ad solem signo patuisse res abditas et reserata in maleficia uindicatum.

41 Habent quidem miraculi speciem — quinimmo habere creduntur — cuncta ista quae dicta sunt, si ita ut sunt prompta humanum ueniant ad auditum, nec diffitemur inesse his quiddam, quod in prima positum quemadmodum dicitur fronte perstringere aures possit et ueritatis similitudine circumuenire. ceterum si penitus intueri res factas, personas et personarum uolueris uoluntates, nihil esse reperies diis dignum et, quod saepe iam dictum est, quod ad huius nominis speciem dignitatemque referatur. quis est enim primum qui deum illum fuisse credat, qui currentibus frustra delectaretur | eculeis auocarique se f. 155v

30–274, 11. 14 — 277, 14–25 — 277, 26–278, 13

1 negabimus *Sab*: negauimus *P* 2 quodam *P corr* lues *Sab* luis *P* 8 triumfatum *P* 14 scaeuas *Meursius*: saeuas *P* 17 *prius* posse *del Meursius* 19 solis** *P* 20 subrepto *Sab* 24 ueniant *Sab, r*: ueniat *P* 28 uoluntates *Sab*: uoluptates *P* 29 numinis *Meursius* 31 auocarique *Heraldus*: euocarique *P*

genere hoc ludicri iucundissimum duceret? immo illum fuisse quis est qui adsentiatur Iouem, quem deum principem dicitis et rerum quaecumque sunt conditorem, qui spectatum proficisceretur e caelo cantherios de uelocitate certantes, replicantes gyros septem, et quos dissimiles ipse corporum esse in mobilitate uoluisset, eos tamen gauderet transire, transiri, pronos et cernuos ruere, cum curribus resupinos uerti, trahi alios, cruribus et claudicare praefractis, et ineptias nugis et crudelitatibus mixtas summis in uoluptatibus habuisset quas homo quiuis lautus nec ad studium plenae grauitatis ac ponderis eruditus puerilia duceret atque aspernaretur ut ludicra? quis est, inquam, qui credat, repetamus ut assidue hanc uocem, generis eum fuisse diuini, qui, quoniam ludis actus per circi est spatium meritorum poenas et supplicia redditurus, ira exacerbatus ardesceret seseque ad uices adcingeret ultionis? si enim nocens seruus atque illa fuerat animaduersione puniendus: qui debuit Iuppiter indignatione aliqua commoueri, cum ageretur iniuste nihil, immo cum nocens caput poenis conuenientibus plecteretur? sin autem inmunis ab scelere neque ulli obnoxius crimini: uitiosi praesulis ipse fuit in causa, cui cum subuenire potuisset, non fecit, immo ipse quaesiuit et pati quod inprobabat et ab aliis poenas suae permissionis exigere. et cur laesum deinde illo se questus est et pronuntiauit in
f. 156 praesule, quia crucis | ad poenas per circi actus est medium
42 uirgis dilaceratus et flagris? et quid ex hoc facto labis potuit et foeditatis ecfluere, quod aut circum faceret minus purum aut Iouem contaminatum, cum per exigua momenta, per puncta tot in orbe conspiceret milia mortis in generibus uariis et cruciatibus interire diuersis? ante, inquit, est actus, ludi quam

2 dicis *Sab* 3 profic*isceretur *P* 4 replycantes *P* 6 uoluisse? sed eos *Sab* gauderet *Meursius:* gaudere *P* 7 alios debiles, cruribus *Urs* 9 mixtas *Sab*, *r:* mixta *P* habuisset *Meursius:* habuisse *P* 10 lautus *Gel:* laetus *P* 11 duceret *Sab:* ducere *P* 12 assidu*e* (e *in ras c'*) *P* 14 redditurus *Sab:* reddituros *P* exacerbatus *Gel:* exaceruatus *P* 15 uices *Huetius:* uires *P* 22 inprouabat *P corr c* 23 illo *Sab:* illos *P* pronuntiauit *Gel:* praenuntiauit *P* 24 praesulae *P* 26 effluere *Sab:* et fluere *P* 27 exigua *Sab:* exiguā *P* puncta *Sab:* cuncta *P* 29 crutiatibus *P*

inciperent confici. si sacrilego pectore religionisque contemptu, est ut ignoscere debeamus Ioui indignanti se spretum nec circensibus propriis sollicitiorem adhibitam curam. sin autem errore uel casu latens illud non est animaduersum et cognitum uitium, nonne fuerat rectum Iouique conueniens, ut humanis ignosceret lapsibus et inprudentiae caecitatem ueniali concessione donaret? sed uindicanda res fuit. et post haec aliquis fuisse illum deum credet, qui puerilis incuriam ludicri ciuitatis ultus est et persecutus interitu, grauitatis ac ponderis aut ullius habuisse constantiae firmitatem, qui ut sibi ex integro uoluptatis in gaudia curreretur, uenenatam in perniciem aeris haustus uertit et pestilentiae morbo stragem mortalitatis indixit? si ludorum exhibitor magistratus minus curauit ediscere, quisnam esset illo die circi actus per medium, contractaque est ex hoc culpa, quid infelix commeruerat populus, ut aliena delicta capitis sui dissolueret poenis pestilentibusque contagiis crudeliter expelleretur e uita? immo quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis | condicio fragilitatis excepit, I 156
quid adultae uirgines, quid puereuli fecere pusiones, quid denique adhuc parui nutricum sub alimonia constituti, ut in eos inmitteretur par et una saeuitia priusque acerbitatem mortis quam dulcedinem aliquam perciperent luminis? si sibi 43
Iuppiter ludos scrupulosius fieri restituique quaerebat, si fideliter reddere suam populo sanitatem nec malum quod fecerat prorogari ulterius et augeri, nonne rectius fuerat, consulem ut ad ipsum ueniret, sacerdotum ad aliquem publicorum, pontificem maximum aut ad flaminem suum Dialem eique per somnium et praesulis uitium et funesti causam temporis indicaret? quae fuerat ratio, ut ruri hominem suetum, obscuritate

1 contemptu *Sab:* contemptus *P* 2 spraetum *P* 3 sollicitorem *P corr* 4 errore *Sab:* errore *P* 7 concess*ione *P* 9 ullius *Sab, r:* ullus *P* 11 uenenatam *Sab:* uenatam *P* 12 pestilentiae *Salm, r:* pestilentia *P* pestilentiam *Sab* morbos *Sab* mortalitati *P, Iunius* 13 induxit *Urs* 19 adultae *Gel:* adulterae *P* 21 acerbitatem *Sab:* aceruitatem *P* 22 si *add Meursius* sibi] si *Gel* 24 reddere *Gel:* redderet *P* redderes *sic Sab* 25 prorogaret *Sab* augeret *Sab* 26 ut] aut *Urs*

incognitum nominis, urbanarum inscium rerum, quid sit praesul fortasse nescientem, uoluntatis suae deligeret nuntium et expetitae satisfactionis auctorem? quem si utique sciebat, diuinus modo si fuerat, tergiuersatorem in obsequio futurum, nonne fuerat pronius et deo conueniens, mentem hominis uertere et parendi subicere uoluntatem quam uias adgredi saeuiores et latrocinii ritu sine ulla passim ratione saeuire? si enim rusticus senior inexpeditus in rebus obeundis cunctabatur in re iussa causis superioribus retardatus, quid infelices eius commeruerant liberi, ut in eos ira et indignatio uerteretur offensasque alterius luminis sui spoliatione pensarent? et quisquam est hominum qui fuisse illum deum credat tam iniustum, tam impium nec mortalium saltem constituta ser-
f. 157 uantem, | apud quos nefas haberetur magnum, alterum pro altero plecti et aliena delicta aliorum crucibus uindicare? sed et ipsum fecit pestilitatis saeuitia comprehendi. nonne ergo praestantius, quinimmo aequius fuerat, si hoc esse uidebatur faciendum, ut ab ipso patre terror cohercitionis inciperet, apud quem causa tanti fuerat motus et in oboedientia cessatio, quam in eius dolorem uim liberis facere et innoxias urere atque abolere personas? quaenam illa saeuitia, crudelitas fuit quae tanta, ut extincta subole intestinis periculis post territaret patrem? quod iamdudum si facere id est loco priore uoluisset, nec germanitas conficeretur innoxia et uoluntas numinis cognosceretur offensa. at enim conpleto adnuntiationis officio statim morbus euanuit et sanitati homo est continuo restitutus. et quid habet admirationis res ista, si malum quod inspirauerat rettudit seseque inani ostentatione iactauit? quodsi penitus res pendas, magis illa crudelitas quam beneficium salutis fuit, siquidem hominem miserum et interire post filios cupientem

5 probius *Meursius* 6 subiicere *Meursius:* subigere *P* scaeuiores ? 15 crucibus *scripsi:* ceruicibus *P* uindicari *Sab* 16 saeuiaia *P corr* 18 cohercitiones *P corr c'* 19 in oboedientia *Meursius:* inoboeda *P* in obeundo *Sab* 20 facere *Sab:* faceret *P* 21 crudelitas *Meursius:* crudelitatis *P* 23 id est loco priore *del Zinkius* 25 conple*to *P* 27 quod *P corr c'* 28 retudit *Hildebrandius:* rettulit *P* repulit *Gel* inani *Gel:* in alia *P* paenitus *P*

non gaudia seruauit ad uitae sed ut suam solitudinem disceret et orbitatis cruciamenta sentiret. consimili ratione per 44
alias ire licebit historias et ostendere in his quoque longe aliud quam esse dii debeant de his ipsis dici et earum in expositionibus indicari, uelut in hac ipsa quam deinceps ponam, una ei duabusue coniunctis, fastidium ne inmoderatione pariatur.

Non imus infitias in annalium scriptis contineri haec | omnia f. 157
quae sunt a nobis in oppositione prolata. nam et ipsi pro modulo ingeniique pro captu et legimus haec eadem et esse posita scimus. sed quaestionis in hoc summa est, utrumne hi dii sint, quos saeuire adseueratis offensos reddique ludis et sacrificiis mites, an sint longe aliud et ab huius ui debeant et nominis et potentiae segregari. quis est enim primum qui eos deos existimet fuisse aut esse qui credat, qui motibus et saltationibus scaenicis, qui cantheriis frustra currentibus uoluptatum soluuntur in gaudia, ineptas et frigidas actiones spectatum proficiscuntur e caelo offendique se doleant et suis honoribus derogatum, si paulisper constiterit ludius aut tibicen modice interquieuerit fessus, qui praesulem sibi displicuisse pronuntient, si per circi medium pergat nocens aliquis meritorum poenas et supplicia redditurus? quae si penitus cuncta et sine ulla gratificatione cernantur, non tantum ab diis esse reperientur aliena, uerum ab homine quouis lauto nec ad summos apices grauitatis ac ponderis instituto.

Quis est enim primum deos illos qui existimet fuisse aut esse qui credat, qui nocendi habeant saeuiendique naturam ** easque abiciant rursus cyatho uno sanguinis et thuris suffitione molliti, qui motibus scaenicis et saltationibus histrionum festos dies ducant et hilaritatis plenissimas uoluptates, qui cantherios

3 hostendere *P corr* 5 uelud *P* 8 Non imus — 278, 13 erudito *om Gel Canterus Salm, seclusit Urs, post librum separatim collocare maluit Stewechius, quem reliqui secuti sunt: uide praefationem* *in mg r* Haec desiderantur in hactenus impressis codicibus *scilicet in Gelenii et Canteri editionibus* 11 hii *P* 14 potentiae *Sab:* potentia *P* 15 fuisse *addidi* 16 scenicis *P* 18 celo *P corr r* 19 ludius *Urs:* lydius *P* tybicen *P* 22 paenitus *P* 26 qui *Sab:* quis *P* 27 *lacunam signaui* 28 a*biciantu (u *eras*) *P* cyato *P* thuris *P* 29 scenicis *P* 30 dicant *Sab*

frustra et sine ulla ratione currentes spectatum proficiscantur e caelo gaudeantque ex his alios transire, transiri, pronos et cernuos ruere, cum curribus resupinos uerti, trahi alios debiles
f. 158 | et cruribus claudicare praefractis, qui praesulem sibi displicuisse pronuntient, si per circi medium pergat nocens aliquis meritorum poenas et supplicia redditurus, qui offendi se doleant et suis honoribus derogatum, si paulisper constiterit ludius, interquieuerit tibicen fessus, puer ille matrimus decidat fortuito alicuius instabilitate * prolapsus? quae si penitus cuncta et sine ulla partium gratificatione pendantur, non tantum longe longeque ab diis esse reperiuntur aliena, uerum a quouis homine sentiente communia nec ad studium ueri rationum cognitionibus erudito.

Post aduectos, inquitis, transmarinis ex gentibus deos quosdam postque condita his templa, post cumulatas sacrificiis aras male habens sese recreatus conualuit populus et pestilentes morbi inducta sinceritate fugerunt. qui, effamini, dii quaeso? Aesculapius, inquitis, Epidauro, bonis deus ualetudinibus praesidens et Tiberina in insula constitutus. si esset nobis animus scrupulosius ista tractare, uobis ipsis obtineremus auctoribus, minime illum fuisse diuum, qui conceptus et natus muliebri aluo esset, qui annorum gradibus ad eum finem ascendisset aetatis in quo illum uis fulminis, uestris quemadmodum litteris continetur, et uita expulisset et lumine. sed quaestione ab ista discedimus, Coronidis filius sit, ut uultis, ex immortalium numero et perpetua praeditus sublimitate caelesti. ex Epidauro tamen quid est aliud adlatum nisi magni agminis coluber? fidem si annalium sequimur et exploratam eis adtribuimus ueritatem, nihil, ut conscriptum est, aliud.
f. 158b | quid ergo dicemus? Aesculapius iste quem praedicatis, deus

2 transire *om Sab* 4 praefactis *P corr* 5 pronuncietur *Sab* 8 interquieberit *P* tybicen *P* matrimus *Sab:* matrib' *P* 9 *lacunam signaui:* tabulati *intercidisse uidetur* 11 a *add Sab* 12 quoduis *P corr* sentient *P corr c'* nec ad *Sab:* negat *P* 16 recreatas *P corr* pestilentis *P corr c'* 18 aescolapius *P* 28 augminis *Meursius* 30 dicimus *Sab* aescolapius *P*

praestans, sanctus deus, salutis dator, ualetudinum pessimarum propulsator, prohibitor et extinctor, serpentis est forma et circumscriptione finitus, per terram reptans, caeno natis ut uermiculis mos est, solum mento radit et pectore, tortuosis uoluminibus se trahens, atque ut pergere prorsus possit, partem sui postremam conatibus prioris adducit. et quoniam legitur 45
usus cibis etiam, quibus uita in corporibus inmoratur, habet patulas fauces, quibus cibos transuoret oris hiatibus adpetitos, habet receptaculum uentris et ubi mansa et uorata decoquat uiscera, sanguis detur ut corpori et uiribus redintegratio subrogetur, habet et extremos tramites, per quos inmunda faex eat auersabili corpora foeditate deonerans. si quando mutat loca et ab aliis transgredi in alias regiones parat, non ut deus obscure per caeli euolat sidera punctoque in temporis ubi causa postulauerit sistitur, sed uelut animal brutum uehiculum quo sustineatur petit, undas pelagi uitat atque ut tutus possit incolumisque praestari, cum hominibus nauem ascendit et ille publicae sanitatis deus fragili se ligno et tabularum compagibus credit. non arbitramur euincere atque obtinere nos posse, Aesculapium illum fuisse serpentem, nisi hunc colorem uolueritis inducere, ut in anguem dicatis conuertisse se deum, quominus curiose possent quisnam esset aut qualis homines intueri. quod si fuerit a nobis dictum, quam infirmiter inualideque dicatur, ipsa rerum inaequalitas indicabit. si enim | se f. 159
deus uideri ab hominibus euitabat, nec in forma serpentis uelle debuit conspici, cum in qualibet forma non ab ipso se alius, sed ipse esset futurus. sin autem intenderat cernendum se dare — non enim debuit oculorum negare se conspectui — cur non

3 reptans *Sab*: cteptans (c *eras*) *P* 6 contractibus *Ungerus* curuatibus *?* 9 et *Sab:* ut *P* dequoquat *P* 11 tramites *Sab, r:* tramuites *P* 14 obscure] ocius *?* 15 sistitur *Sab:* *ititur *P* sititur *r* 18 fragilis *P corr* compagibus *Sab, r:* compagius *P* 20 escolapium *P* 22 quominus curiose *scripsi:* quo mentiri se *P* possent *Urs:* posse *P* posset *Sab* qualis *Urs:* quales *P* quo mentiri se posset nec quisnam aut qualis possent homines intueri *Urs* quo mentiri se posset et quisnam esset aut qualis hoc minus intueri *Meursius* 24 dicantur *Sab* 25 deus* *P* 26 qualibet *Sab, r:* qualib› et *P* 28 non...conspectui *del Orellius* et non *Zinkius* enim *addidi* se *addidi*

talem uideri se praebuit, qualem sciebat se esse qualemque se nouerat sui numinis in potentia contineri? erat enim hoc potius multoque praestantius augustaeque conueniens dignitati quam fieri beluam horrentisque animalis in similitudinem uerti et dare ambiguis contradictionibus locum, essetne uerus deus an nescio quid aliud longeque ab supera sublimitate seiunctum.

46 sed si deus, inquit, non erat, cur e naui postquam extulit sese et Tiberinam ad insulam repsit, nusquam statim conparuit et uiderier ut ante desiit? possumus enim scire, utrumne aliquod obstaculum fuerit, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit, an hiatus aliquis? uos pronuntiate, uos dicite, quidnam illud fuerit aut cuinam rerum generi debuerit applicari, si personarum officia sunt certa certarum. uestra cum res ista sit deque uestro numine uestraque et religione tractetur, uestrum est potius edocere uestrumque monstrare, quid illa res fuerit, nostras uelle quam exaudire sententias nostraque exspectare decreta. nam nos quidem quid aliud possumus dicere, nisi quod fuit et uisum est, quod historiae prodidere omnes et oculorum sensibus est conprehensum? hanc tamen scilicet colubram ualidissimi corporis et prolixitatis inmensae aut, si nomen hoc sordidum est, anguem dicimus, serpentem f. 159b nominitamus, aut si quod aliud nobis usus uocamen | obtulerit aut ampliatio sermonis ecfinxerit. si enim repsit ut coluber non pedibus se ferens neque suas subexplicans itiones sed uentre nisus ac pectore, si ex materia formatus carnis longitudinem porrigebatur in lubricam, caput si habuit atque caudam, si obsita squamis terga, si macularum corium suffectionibus uarium, si os dentibus horridum et ad infligendos instructum morsus: quid aliud possumus quam generis eum dicere

280, 7—11 = 281, 8—12

6 superum *?* 8 et *ante* Tiberinam *add Zinkius: sed ipse* Tiberinam... repsit *delere mauult* 9 *sqq.* possumus...aliquis *del Zinkius* 13 certarum. uestra cum *Meursius:* certarum uestra. cum *uulgo* ista *Meursius:* ita *P* 14 et *del Meursius* 19 tamen] uocamen *Zinkius* 20 si licet *Meursius, Zinkius* *colubram *P* 21 dicamus *Urs* 22 nominitemus *Urs* 23 ampliatio *Sab:* ampliato *P* ecfinxerit *r:* et finxerit *P* effinxerit *Sab* 25 nixus *Sab* 27 obsita *Urs:* oblita *P* corium *addidi* 28 uaria *Sab* uarium uentrem *Ungerus* tendibus *P corr c*

fuisse terreni, quamuis fuerit inmanis et nimius, quamuis illum ab Regulo exercitus ui caesum longitudine corporis et robore anteierit? sed aliud nos remur et labefactamus et destruimus ueritatem. ergo uestrum est explicare, quidnam ille fuerit uel cuius generis, nominis et qualitatis cuius. nam deus esse qui potuit, cum haberet ea quae diximus, quae dii habere non debent, si cogitant dii esse et uocaminis huius eminentiam possidere? Tiberinam postquam ad insulam repsit, nusquam continuo apparuit: qua ex re numen fuisse monstratur. possumus enim scire, utrumne istic aliquod rei fuerit alicuius obstaculum, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit, an hiatus aliquis aut ex molibus inaequaliter aggeratis successus quidam et fornices, in quos intulit se raptim circumscripto tuentium uisu? quid enim, si flumen transiliuit? quid, si transnatauit? quid, si siluarum densitatibus se dedit? argumentatio flaccida est, ea re suspicari deum illum fuisse serpentem, quod ab oculis sese properata agminis festinatione subtraxit, cum deum non fuisse eadem rursus possit argumentatione monstrari. sed si deus praesens anguis ille non fuit, cur post illius ad- 47
uentum pestilentiae uis fracta est | et populo salus est reddita f. 160
Romano? referimus et nos contra: si ex libris fatalibus uatumque responsis inuitari ad urbem deus Aesculapius iussus est, ut ab luis contagio morbisque pestilentibus tutam eam incolumemque praestaret, et uenit non aspernatus, ut dicitis, colubrarum in formam conuersus: cur totiens Romana ciuitas mali huius afflicta est cladibus, totiens aliis aliisque temporibus dilacerata, uexata est et innumeris stragibus ciuium minor facta est millibus? cum enim deus adcitus in hoc esse dicatur,

2 robore *Meursius:* roboris *P* 3 anteierit *scripsi:* anteiret *P* labefactamus *Hildebrandius:* labefaciamus *P* labefacimus *Sab. r* 4 quisnam *Urs* 10 isti *P corr c* 12 inequaliter *P* 14 trassiliuit *P* si* *P* 14 *sqq.* transnatauit argumentatio flaccida est ea re suspicari quid si (si *add c*) siluarum densitatibus se dedit deum illum *P: rectum uerborum ordinem restituit Gel* 17 agminis *scripsi:* omni *P* festinatio *P corr c* 20 est *ante* reddita *om Sab* 21 batumque *P corr* 22 aescolapius *P* 25 Romana *Urs:* roma *P* 26 *sqq.* cladibus . . . facta est *om Sab* 28 milibus *P*

ut omnino omnes causas quibus pestilentia conflabatur auerteret, sequebatur ut ciuitas intacta esse deberet flatuque a noxio inmunis semper innocuaque praestari. atquin uidemus, ut superius dictum est, saepenumero his morbis cursus eam uitae habuisse funestos nec dispendiis leuibus esse populi fractas debilitatasque uirtutes. ubi ergo Aesculapius fuit, ubi ille promissus oraculis uenerabilibus? cur templa post condita sibique exaedificata delubra diutius aditus habere perpessus est bene meritae ciuitatis luem, cum in id esset adcitus, ut et malis mederetur instantibus nec sineret in futurum tale aliquid quod
48 metueretur inrepere? nisi forte aliquis dicet, minoribus et consequentibus saeculis idcirco dei talis defuisse custodiam, quod impiis iam moribus et inprobabilibus uiueretur, opem autem contulisse maioribus, quod innoxii fuerint et ab omni scelerum contagione dimoti. quod ratione cum aliqua et audiri
f. 160b forsitam potuisset et dici, si aut in temporibus | priscis omnes essent usque ad unum boni aut sequentia tempora malos omnes generarent et nulla diuersitate discretos. cum uero res ita sit, ut in magnis populis, nationibus, quinimmo et in ciuitatibus cunctis mixtum sit humanum genus naturis uoluntatibus moribus tamque potuerint in prioribus saeculis quam in nouellis aetatibus boni simul malique existere, stultum satis est dicere, propter malitias posteros auxilia numinum non meruisse mortales. si enim propter malos sequentium saeculorum boni non sunt protecti temporum nouellorum, et propter antiquos malos boni aeque maiores non debuerant mereri beniuolentiam numinum: sin propter bonos priscos mali etiam conseruati sunt prisci, et propter bonos minores aetas debuit sequens, quamuis esset inprobabilis, protegi. aut ergo iam fracta atque inminuta ui morbi anguis ille perlatus famam conseruatoris adsumpsit, cum nihil omnino commoditatis attu-

1 omnes *P* pestilenti*a *P* 3 adquin *P corr* 8 aditus *addidi* haberi *Salm* est *Sab:* et *P* 9 meritas ciuitates *Sab* 12 id*circo *P* 16 forsitan *e* forsitam *corr P* aut in *Salm:* autem *P* aut *Sab, r* 18 generarent *Sab in err:* generent *P* 19 ciuitatis *Sab* 24 saequentium *P* 26 merere *Sab* 27 s^{i}n *P* 29 essent inprobabiles *?* 30 morbi *Sab:* urbi *P*

isset. aut fatalia dicenda sunt carmina multum ueris aber-
rauisse praesagiis, cum remedium ab his datum non deinceps
cunctis sed auxilio fuisse uni tantum reperiatur aetati. sed et 49
Magna, inquit, Mater accita ex Phrygio Pessinunte iussis con-
similiter natum salutaris populo et magnarum causa laetitiarum
fuit. nam et diu potens hostis ab Italiae possessione detrusus
est et gloriosis inlustribusque uictoriis decus urbi restitutum
est pristinum et imperii fines longe lateque porrecti et innu-
meris gentibus ciuitatibus populis libertatis ius raptum est
et iugum | seruitutis inpositum. multaeque res aliae foris f. 161
domique perfectae ineluctabili firmitate gentis nomen maies-
tatemque fundarunt. si uerum locuntur historiae neque ullas
inserunt rerum conscriptionibus falsitates, adlatum ex Phrygia
nihil quidem aliud scribitur missum rege ab Attalo, nisi lapis
quidam non magnus, ferri manu hominis sine ulla inpressione
qui posset, coloris furui atque atri, angellis prominentibus
inaequalis, et quem omnes hodie ipso illo uidemus in signo
oris loco positum, indolatum et asperum et simulacro faciem
minus expressam simulatione praebentem. quid ergo dicemus? 50
Hannibalem illum Poenum, hostem potentem ac ualidum, sub
quo anceps et dubia res Romana contremuit et magnitudo
* trepidauit, lapis ex Italia depulit, lapis fregit, lapis fugacem
ac timidum suique esse dissimilem fecit? et quod rursus urbs
exsiliuit ad imperii culmen et regium principatum, nihil con-
siliis actum est, nihil hominum uiribus, nec ad reditum sub-
limitatis antiquae tot tantisque ab ducibus quicquam est
scientia militari aut rerum experientia conlatum? lapis aliis
uires, aliis roboris infirmitatem dedit, hos secundis praecipitauit
ab rebus, aliorum extulit stratas desperatione fortunas? et quis
hominum credet terra sumptum lapidem, sensu agitabilem
nullo, fuliginei coloris atque atri, * corporis, deum fuisse matrem?

3 fuisse uni tantum *add c* 7 urbis *P*, *Sab corr c* 13 frygia *P* 14 quidem *Sab:* quid *P* 16 angulis *Sab* 19 expraessam *P* praeuentem *P corr c* 22 *lacunam signaui:* imperii *intercidisse uidetur* 23 urbs *addidi* 27 alliis *P corr* 31 *lacunam signaui:* parui *intercidisse suspicatur Hildebrandus* corporis *del Urs*

aut qui rursus accipiat — hoc enim solum restat — numinis alicuius f. 161b habitasse | uim silicis fragmentis ignis more subiectam uenisque in eius abstrusam? et unde parta uictoria est, si Pessinuntio lapidi nullum inerat numen? sedulitate possumus dicere ac uirtute pugnantium, usu tempore consilio ratione, fato etiam possumus et reciproca uarietate fortunae. sed si auxilio lapidis res facta est melior et felix reciperata uictoria est, ubinam Mater Phrygia tempore illo fuit, cum tot tantisque exercitibus caesis inclinata est res summa et ad ultimae labis periculum uenit? cur non minaci hosti se obtulit? cur impetus tantos belli non prius fregit ac reppulit quam immanes ac * inciderent plagae, quibus omnis effunderetur sanguis et exhaustis rueret uita ipsa paene uitalibus? aduecta enim nondum nec fauorem fuerat ut commodaret rogata. esto: sed bonus auxiliator numquam rogari se poscit spontanea semper opitulatione subueniens. hostem pellere ac fugare non potuit multo adhuc mari terrisque ab Italia discreta. sed deo, si deus est, longum nihil omnino est, cui punctum terra est et sub nutu

51 omnia constituta. sed fuerit praesens, ut exposcitis credi, illo ipso numen in lapide: et mortalium quisquam est, quamuis ille sit credulus et facillimas aures quibuslibet fictionibus praebeat, qui eam iudicet fuisse aut tempore illo deam aut hodie dici appellarique debere, quae modo haec appetat, modo illa f. 162 deposcat, suos deserat fastidiatque | cultores, prouinciis ab humilioribus migret, potentioribus populis ditioribusque se iungat? uerum bellicas res amet interque esse desideret pugnis caedibus mortalitatibus et cruori. si deorum est proprium, si modo sunt ueri et quos deceat nuncupari ui uocis istius et

1 quis *Gel* 2 uim *Orellius:* in *P* ignis *addidi: cf. Verg. georg. 1, 135* 'ut silicis uenis abstrusum excuderet ignem' more] molem *Gel* molem *uel* maiestatem *Urs* humorem *uel* materiam *Stewechius* mire *Orellius* 7 uictotoria *sic P* 8 frygia *P* 10 hosti *scripsi:* forti *P* fortiter *Sab* fortis *Oehlerus* portis *Zinkius* 11 immanes ac] immanes hae *r* immanes *Sab* *lacunam signaui* 14 fauorem *Gel:* pauorem *P* esto *Oehlerus:* ẽ *P om Sab* 17 ab Italia *Oehlerus:* habitabilia *P* habitabilibus *Sab* 21 facillimas* *P* fictionibus *Sab:* finctionibus *P* 26 uerum] nedum *Oehlerus* bellicas *Sab:* bellica *P* amat *Sab* desiderat *Sab*

potentia nominis, nihil facere malitiose, nihil iniuste hominibusque se cunctis una et parili gratia sine ulla inclinatione praebere, credet generis eam fuisse diuini quisquamne hominum aut habuisse aequitatem diis dignam, quae humanis sese discordiis inserens aliorum opes fregit, aliis se praebuit exhibuitque fautricem, libertatem his abstulit, alios ad columen dominationis euexit, quae ut una ciuitas emineret in humani generis perniciem nata, orbem subiugauit innoxium?

1 nominis *Cotelerius:* numinis *P* facere *Sab:* facerent *P* hominibusque *Sab:* hominibusqui *P* 3 praebere, credet *Oehlerus:* praeberent *P* praebere *Sab* ea *Sab corr in err* hominum credat *Gel* 5 *fregit *P* 6 columem *P* 7 euexit *P. Iunius:* erexit *P* 8 '*uidentur deesse nonnulla*' *Urs* ARNOUII LIBER. UII. EXPLI. | INCIPIT LIBER. UIII. FELICITER. *P: sequi Minucii Felicis Octauium primi intellexerunt Franciscus Balduinus et Gulielmus Sirletus*

INDICES

I

INDEX AUCTORUM

'cum hominum uis tanta magisteriis eius accepimus ac legibus, malum malo rependi non oportere' cf. Matth. 5, 49 Rom. 12, 17 I Thess. 5, 15 I Petr. 3, 9 — 8, 7 sq.

'numquamne illud uulgatum perstrinxit aures uestras, sapientiam hominis stultitiam esse apud deum primum?' I Cor. 3, 19 — 52, 2 sqq.

II

INDEX NOMINUM ET RERUM

III

INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM